Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabitur. ℞m Hodie scietis quia veniet dominus Alleluia alleluia. ẏsus. Et mane videbitis gloriam eius. Alleluia alleluia. ẏ⁹. Constantes estote. ℞. Videbitis auxilium domini super vos. Si hec vigi. natiuita. domini in sabba. contige. ieiu. iiij. temporū nō in ipsa hebdo. sed in precedenti erunt. Si autem hec vig. in do. eue. totum seruitiū fiat de do. vsq ad ẏ. tertij noctur. q erit Constātes estote. ante pronunciationem euange. preter inuit. qd erit de vigi. scilicet Hodie scietis. Deinde vero totū de vigi. dicitur: ⁊ post primam coll. que erit de vigi. post p̄m. Benedictus. fiat mēo. de do. tantū. Sed nulla fiat mēo de sctā maria: nec etiā matut. de ea dicantur in cōuentu: neq mēo. de oib⁹ sctis. Ad. j. afia. Judea et hierusalē. ane cp. ẏ. ℞. ⁊ coll. super oēs alias hor. de vig. erūt cum oratione de vigi. pced. ⁊ nichil de do. Missa vero do. dicitur in cap. post. j. ante. iij. et ante proces. dicitur: et missa de vigilia dicitur post. vj. in cho. ad autenticum altare cum alla. ẏ Crastina. Sequentia. Jubilemus. ¶ In vigilia natiuitatis domini. Ad primas vesperas antiphona.

Rex pacificus magnificatus est: cuius vultum desiderat vniuersa terra. ps. Laudate pueri. an. Magnificatus est rex pacificus super omnes reges vniuerse terre. ps. Laudate dominum omnes gentes. an. Scitote quia prope est regnum dei: amen dico vobis quia non tardabit. ps. Lauda anima. an. Leuate capita vestra: ecce appropinquabit redemptio vestra. ps. Laudate dominum quoniam bonus. an. Completi sunt dies marie vt pareret filium suum primogenitum. ps. Lauda hierusalem dominum. Capitulum.

Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Rem. Iudea et hierusalem nolite timere. Cras egrediemini. Et dominus erit vobiscum. V. Constantes estote, videbitis auxilium domini super vos. Cras egre. Gloria. Et. Hymnus.

Veni redemptor gentium: ostende partum virginis: miretur omne seculum, talis decet partus deum.

Non ex virili semine, sed mystico spiramine: verbum dei factum caro, fructusque ventris floruit.

Aluus tumescit virginis: claustra pudoris permanent: vexilla virtutum micant: versatur in templo deus.

Procedens de thalamo suo pudoris aula regia: gemine gygas substantie, alacris vt currat viam.

Egressus eius a patre, regressus eius ad patrem: excursus vsque ad inferos, recursus ad sedem dei.

Equalis eterno patri carnis stropho accingere: infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

Presepe iam fulget tuum, lumenque nox spirat nouum: quod nulla nox interpollet, fideque iugi luceat.

Deo patri sit gloria, eiusque soli filio, cum spiritu paraclito: et nunc et in perpetuum. Amen. Non dicitur in fine huius hymni. Gloria tibi domine. nec ad completo. sed V. Deo patri. V. Tanquam sponsus. Re. Dominus procedens de thalamo suo. sine alleluia. an. Dum ortus fuerit sol de celo videbitis regem regum procedentem a patre: tanquam sponsum de thalamo suo. Psal. Magnificat. Tota cantetur a. antequam inchoetur psal. Magnificat. Hec sunt fes. maiora dup. in quibus ad primas vesperas tantum super psal. Magnificat. tota cantabitur a. ante psalmi intonationem. Scilicet primus dies natiuitatis domini: dies epipha. dies purificationis beate marie: primus dies pasc. dies ascen. do. primus dies pente. Festum sancte trinitatis, festum corporis christi, fest. reliquiarum, festa visitationis, assumptionis, et natiuitatis beate marie, festum dedicatio. ecclesie, festum omnium sanctorum, et festum loci. or. Deus qui nos redem. vers. ad matut. et terminetur vt ibi dr. Dominus vobiscum. A duobus clericis de. ij. forma dr. Benedicamus do. sine alla. Et sciendum est quod in omnibus vigi. sanctorum siue fuerit de temporali siue de sanctis: semper ad. i. vesperas dicitur oratio de vigilia nisi festum differatur, et nisi in vigilia sancti thome apostoli et sancti iacobi et sancti bartholomei. Quando vero fest. differtur tunc in vig. predictorum apostolorum oratio de die dicatur ad. i. vesp. Ad compl. bis de sapiori gra. sup ps. incipiat a. Estote parati similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis. ps. Cum inuocarem. et ceteri psalmi consueti. Cap. Tu in nobis. hy. Sal.

uator mundi. ℣. Custodi nos. añ. Uigilate oēs et orate: nescitis eñi quādo tēp⁹ sit vigilate ergo nescitis eñi quādo dñs dom⁹ veniet: sero an media nocte, an galli cātu, an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. psal. Nunc dimittis. Preces et cetera que ad completor. pertinent sunt exequenda. ¶ In die natiui. domini. Ad matuti. Inuita. Christ⁹ natus est nobis. Uenite adoremus Uenite exultemus domino.

Hymnus.

Christe redemptor omnium ex patre patris vnice: solus ante principium natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor patris, tu spes perennis omnium: intēde quas fundunt preces tui per orbē famuli.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis: ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.

Hic presens testatur dies currens per anni circulum: quod solus a sede patris mundi salus adueneris.

Hunc celum, terra, hunc mare, hunc omne quod in eis est: auctorē aduētus tui laudat exultans cantico.

Nos quoque qui sancto tuo redempti sanguine sumus: ob diem natalis tui hymnū nouū concinimus.

Gloria tibi domine qui natus. &c. Hic primum dicetur Gloria tibi dñe. Hic etiam &. dicitur in fine omnium hymnorū eiusdē metri vsque in crastinum puri. preterquam in fest. epi. et per oct. et nisi in hym. De⁹ creator oīm. Dicetur etiam in fine omniū hym. eiusdē metri: et in oib⁹ fest. et per oct. beate ma. et in cōmē. btē ma. virginis eiusdē metri per totū annū. Et in fest. corporis xpi et per oc. et in oct. qñ de ipsis oct. fit seruī nisi in hym. Uerbum supernum. In .j. noct. aña. Dñs dixit ad me, fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremue. añ. Tanquam sponsus dñs procedēs de thalamo suo. ps. Celi enarrant. añ. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea bñdixit te de⁹ i eternū. ps. Eructauit. ℣. Tanquam sponsus. ℟. Dñs procedēs de thalamo suo. sine alla Tres prime lectiones de prophetia esaie legantur. Lectio prima.

Primo tempore alleuiata est terra zabulon et terra neptalim: et nouissimo aggrauata est via maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem: non magnificasti letitiam. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe: sicut exultant victores capta preda, quando diuidunt spolia. Iugū enim oneris eius, et virgam humeri eius, et sceptrū exactoris superasti: sicut in die madian. Quia omnis violenta predatio cum tumultu: et vestimentum mixtum sanguine erit in combustione et cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus sup humerū ei⁹: et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: et pacis non erit finis. In fine harum trium lectionū dicitur Hec dicit dominus. Non dicitur Qui hodierna die de virgine nasci dignatus est secundum vsum Sar. ℟. Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignatus est, vt hominem perditū ad regna celestia reuocaret: gaudent exercit⁹

angelorum. Quia salus eterna humano ge-
neri apparuit. V. Gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone voluntatis.
Quia salus eterna. Lectio secunda.
Esaie Consolamini consolamini po-
pule meus: dicit deus vester.
Loquimini ad cor hierusalem et ad-
uocate eam: quoniam completa est
malitia eius: dimissa est iniquitas
illius. Suscepit de manu domini
duplicia: pro omnibus peccatis suis.
Vox clamantis in deserto, parate
viam domini: rectas facite in solitu-
dine semitas dei nostri. Omnis val-
lis exaltabitur: et omnis mons et col-
lis humiliabitur. Et erunt praua in
directa: et aspera in vias planas. Et
reuelabitur gloria domini: et videbit
omnis caro pariter quod os domini locutum
est. Vox dicentis. Clama. Et dixi.
Quid clamabo? Omnis caro fenum:
et omnis gloria eius quasi flos agri.
Exiccatum est fenum: et cecidit flos.
Verbum autem domini manet in eter-
2 num. Hec dicit. Rem Hodie nobis de ce-
lo pax vera descendit. Hodie per totum mun-
dum melliflui facti sunt celi. Versus. Ho-
die illuxit nobis dies redemptionis noue,
reparationis antique, felicitatis eterne.
Hodie per totum mundum. Lectio.iij.
Consurge consurge: induere
fortitudine tua sion: induere
vestimentis glorie tue ciuitas san-
cta hierusalem: quia non adijciet vl-
tra vt pertranseat per te incircunci-
sus et immundus. Excutere de pul-
uere: consurge sede hierusalem: sol-
ue vincla colli tui captiua filia sion.
Quia hec dicit dominus deus. Gra-
tis venundati estis: et sine argento
redimemini: quia hec dicit dominus
deus. In egyptum descendit popu-
lus meus in principio vt colonus es-
set ibi: et assur absque vlla causa ca-
lumniatus est eum. Et nunc quid mi-
chi est hic: dicit dominus? Quoniam
ablatus est populus meus gratis.
Dominatores eius inique agunt di-
cit dominus: et iugiter tota die no-
men meum blasphematur. Hec dicit
dominus. R. Descendit de celis missus 3
ab arce patris: introiuit per aurem virginis
in regionem nostram indutus stola purpu-
rea. Et exiuit per auream portam. Lux et de-
cus vniuerse fabrice mundi. V. Tanquam spon-
sus dominus procedens de thalamo suo.
Et exiuit per. Gloria patri. Lux et decus.
Non dicatur prosa ad matutinas:
sed tantum ad process. huius diei an-
te missam. In secundo nocturno an.
Suscepimus deus misericordiam tuam in
medio templi tui. Ps. Magnus dominus.
An. Orietur in diebus domini abundantia
pacis et dominabitur. Ps. Deus iudi.
An. Veritas de terra orta est: et iustitia de
celo prospexit. Ps. Benedixisti. V. Ipse
inuocauit me. Pater meus es tu. sine alla.
Sermo beati Isidori episcopi de na-
tiuitate domini. Lectio quarta.
Natalis domini dies ea de causa
a patribus votiue solemnitatis
institutus est: quia in eo christus pro
redemptione mundi nasci corpora-
liter voluit: prodiens ex virginis vte-
ro, qui erat in patris imperio. Cuius
suscepte carnis causa hec est. Postquam
enim inuidia diaboli parens ille primus
spe seductus inani cecidit: confestim
exul ac perditus in omni genere suo
radicem malitie et peccati traduxit.
Crescebatque in malum vehementius
omne genus mortalium: diffusis vbique
sceleribus: et (quod est nequius om-
nium) cultibus idolorum. Volens er-
go deus terminari peccatum: consuluit
verbo, lege, prophetis, signis, pla-

gis, prodigiis. Sed cum nec sic qui-
dem errores suos admonitus agno
sceret mundus: misit deus filiū suū
vt carnem indueret: et homini bus
appareret: & peccatores sanaret. Iste
lc. & oēs lc. sequen. terminantur cum
4 Tu. R. Quem vidistis pastores dicite:
annūciate nobis in terris quis apparuit.
Natum vidimus in choro angelorum sal-
uatorem dominum. V. Secundum quod di
ctum est nobis ab angelo de puero isto: in-
uenimus infantem pannis inuolutū & po-
sitū in presepio in medio duū aialiū. Na.
Alius V. per hebd. Dicite quidnā vidi-
stis: & annūciate christi natiuitatē. Natū.
Et dicitur p hebdo. siue do. fue. siue
nō. Lectō. v. et. vi. legantur de ser. bea
ti leonis pape. de natiui. do. Lectō. v.

Exultemus in domino dilectissi-
mi: & spirituali iocunditate le-
temur: quia illuxit nobis dies redē-
ptionis noue, reparationis antique,
felicitatis eterne. Reparatur enim
nobis salutis nostre annua reuolu-
tione sacramentū ab initio promis-
sum, in fine redditū, sine fine man-
surum. In quo dignum est nos sur-
sum erectis cordibus diuinum ado-
rare mysterium: vt quod magno dei
munere agitur, magnis ecclesie gau
5 diis celebretur. R. O magnū mysteriū
& admirabile sacramentū, vt animalia vi-
derent dñm natū iacentē in presepio: btā
virgo cuius viscera meruerūt portare dñm
xpm. V. Dñe audiui auditū tuum et timui:
consideraui opera tua et expaui, in medio
duum animaliū. Iacentem. Lectō sexta.

Ingreditur ergo huius mun
di infima filius dei: de celesti
sede descendens et a paterna gloria
non recedens: nouo ordine, noua na
tiuitate generatus. Nouo ordine:
quia inuisibilis in suis, factus est
visibilis in nostris: incomprehensi-
bilis voluit cōprehendi: ante tēpora
manens, esse cepit ex tempore. Uni-
uersitatis dñs seruilē formā obum-
brate maiestatis sue dignitate susce
pit: impassibilis deus non dedigna
tus est homo esse passibilis: et im-
mortalis mortis legibus subiacere.
Noua autem natiuitate generatus: 7
quia inuiolata virginitas concupi-
scentiam nesciuit, substantiam mi-
nistrauit. R. Te laudant angeli sancta
dei genitrix que virum non cognouisti et
dominum in tuo vtero baiulasti: concepi-
sti per aurem dominum nostrū. Ut benedi
cta dicaris inter oēs mulieres. V. Ipsum
genuisti et in presepe posuisti quem adorat
multitudo angelorū. Ut bene. Gloria. Ut.
In .iii. no. ā. Ipse inuocauit me alla.
pater meus es tu alla. ps. Misericordias.
ān. Letentur celi et exultet terra ante fa-
ciem dñi qm venit. ps. Cāta. i. ān. Notū
fecit dñs alleluia: salutare suum alla. ps.
Cātate. ii. V. Verbū caro factum est. R.
Et habitauit i nobis alla. Tres vlti. lc.
legātur i cappis seri. Scdm lucā.

In illo tempore. Exiit edictum
a cesare augusto vt describere-
tur vniuersus orbis. Hec descriptio
prima facta est a preside syrie cyrino
Et ibant omnes vt profiterētur sin
guli in suam ciuitatem. Et reliqua.
Homelia beati grego. pa. Lectō. vii.

Quia largiente domino missarū
solennia ter hodie celebraturi su-
mus: loqui diu de euangelica le-
ctione nō possumus. Sed nos qui-
dem aliquid vel breuiter dicere il-
la redemptoris nostri natiuitas cō-
pellit. Quid est quod nascituro do-
mino mundus describitur: nisi hoc
quod aperte monstratur: Quia ille
veniebat in carne: qui electos suos

ascriberet in eternitate. Quod contra de reprobis per prophetam dicitur. Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur. Qui bene etiã in bethleem nascitur: bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nãqz est qui ait. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Tu autẽ. ℟ Beata dei genitrix maria: cuius viscera intacta permanent. Hodie genuit saluatorẽ seculi. ℣ Beata que credidit quoniam perfecta sunt omnia que dicta sunt ei a domino. Hodie. Euangelium Secundum Lucam. Lec. viij.

Cap. ij.
In illo tẽpore. Pastores loquebantur adinuicẽ. Trãseamus usqz bethleem: et videamus hoc verbũ quod factum est: quod fecit dominus et ostendit nobis. Et reliqua.

Homelia venerabi. bede presbyteri.

Nato in bethleem domino saluatore (sicut sacra euangelij testatur historia) pastoribus qui in eadem regione erant vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum: angelus domini cum magna luce apparuit. Exortumque mundo solem iustitie, non solum celestis voce sermonis: verumetiam claritate diuine lucis astruxit. Nusquã enim in tota veteris testamenti serie reperimus angelos (qui tam sedulo apparuere patribus) cum luce apparuisse. Tu autem. Responsorium. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium, et beata vbera que lactauerunt christum dominum. Quia hodie pro salute mũdi de virgine nasci dignatus est. ℣ Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes et adorate dominum. Quia hodie pro salute mũdi de virgine nasci dign.

Initium sancti euangelij secũdũ Joannem. Lectio nona.



In principio erat verbum, et verbum erat apud deũ, et deus erat verbum. Hoc erat ĩ principio apud deũ. Omnia per ipsum facta sũt: et sine ipso factũ est nichil. Et reliqua. Ca. i. A.

Homelia venerabilis bede presbyte.

Quia temporalem mediatoris dei et hominum hominis iesu christi natiuitatem que hodierna die facta est: sanctorum verbis euangelistarum (matthei videlicet et luce) manifestatam cognouimus: libet etiam de verbi (id est de diuinitatis eius eternitate (in qua patri semper manet equalis: beati ioannis euangeliste dicta scrutari, qui singulari priuilegio meruit castitatis vt ceteris altius diuinitatis ipsius caperet simul et patefaceret arcanum. Alij enim euangeliste christum ex tempore natũ describunt: ioannes in principio eundem fuisse testatur, dicens. In principio erat verbum. Alij inter homines eum subito apparuisse commemorant: ille ipsum apud deũ semper fuisse declarat, dicens. Et verbũ erat apud deum. Alij eum verum hominẽ: ille verũ confirmat esse deum, dicens. Et deus erat verbũ. ℟ Verbum caro factum est et habitauit in nobis. Cuius gloriam vidimus quasi vnigeniti a patre. Plenũ gratie et veritatis. Vers. In principio erat verbũ: et verbũ erat apud deum, et deus erat verbũ. Cuius gloriã. Gloria. Plenum gra. Dum istud vltimum ℟. cum suo versu et Gloria patri canitur:

procedat diacon⁹ cū subdia: ⁊ thuribul. ⁊ cerofer. ⁊ accolli. crucē ferēte: oib⁹ solēni appatu indutis ad thuri. altare: ⁊ accepta bñdictiōe ab exe- cut. offi. per mediū cho. ad pulpitum accedat ad cantandū euāg. sequens. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Initium sancti euangelij secundū Mattheum Gloria tibi dñe.

Cap. 1. A.



Iber generationis iesu christi filij dauid: filij abrahā. Abrahā genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autē genuit iudam ⁊ fratres eius. Judas autē genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autem genuit esron. Esron autem genuit aram. Aram autē genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abiā. Abia autem genuit aza. Aza autē genuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram. Joram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan. Joathā autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassem. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Josias autem genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babylonis. Et post trāsmigrationē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim aūt genuit azor. Azor autē genuit sadoch. Sadoch autē genuit achim. Achim autē genuit eliud. Eliud autē genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Jacob autē genuit ioseph virū marie: de qua nat⁹ est iesus q̄ vocatur christus. Finito euange. incipiat sacer. execut. officij in cappa serica in stallo suo loco nō muta. ꝑm. Te deum. alta voce. ¶ Notādū est q̄ per totū annum dr̄ ad mat. Te deum. extra aduen. et nisi a lxx. vsq̄ ad pasc. et nisi in fer. qn̄ de feria agitur: ⁊ nisi in fes. iij. lec. que fiūt in vig. et in. iiij. tēporib⁹ extra heb. pente. ⁊ exceptis q̄busdā fes. iij. lec. his scilz. In maio, scē petronille virginis qn̄ post oc. trini. et corporis xpi contige. In mēse septēb. scti bertini abba. Eodē mense sancte tecle virgi. In mense octob. scti romani epi ⁊ confes. Quo finito: iiij. rectores cho. scilicet duo de superiori gradu: ⁊ duo de. ij. forma incipiāt missam hoc mō. Offin. Dñs dixit. Et post missā statim principalis sacer. dicat añ laud. hunc ꝟ. corā altari. ꝟ. Verbū caro factū est. R. Et habitauit in nobis. Cū alla. Itē ibidē sacer. dicat. De⁹ in adiutoriū meū. anteq̄ recedat ab altari. In lau. añ.

Quem vidistis pastores dicite: annūciate nobis in terris quis appuit: natū vidim⁹ in choro angelorū saluatorē dñm alla. alla. ps. Dñs regn. añ. Genuit puerpera regem cui nomen eternum: et gaudium matris habens cum virginitatis honore, nec primā similem visa est: nec habere sequentem alleluia. ps. Jubilate deo. añ. Angelus ad pastores ait: annuncio vo

ps gaudiū magnum: quia natus est nobis hodie saluator mundi alla. ps. Deus deus meus. añ Facta est cū angelo multitudo celestis exercitus laudantium et dicentium, gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone volūtatis alla. ps. Benedicite. añ. Paruulus filius hodie natus est nobis et vocabitur deus fortis alla alla. ps. Laud. do. de ce. Cap. et cete. oīa q̄ ad mat. pertinēt eodē modo explean tur quo adue. excepto q̄ ad lau. non incensat nisi p̄cipale altare. Cpm.

Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus: erudiens nos vt abnegātes impietatē et secularia desideria, sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Deo gratias. Hymnus.

A Solis ortus cardine, et vsqz terre limitem: christum canamus principē: natū maria virgine.

Beatus auctor seculi, seruile corp⁹ induit: vt carne carnem liberans, ne perderet quos condidit.

Caste parentis viscera celestis intrat gratia: venter puelle baiulat, secreta que non nouerat.

Domus pudici pectoris, templum repente fit dei: intacta nesciens virū verbo concepit filium.

Enixa est puerpera, quem gabriel predixerat: quē matris aluo gestiēs, clausus ioannes senserat.

Feno iacere pertulit, presepe non abhorruit: paruoqz lacte pastus est, per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus celestium, et angeli canunt deo, palamqz fit pastoribus pastor creator omnium.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre et sancto spiritu. &c. Añs. Benedictus qui venit in nomine domini. ps. Deus dominus et illuxit nobis. añ. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis alla alla. ps. Benedictus. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. que sic terminetur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. &c. Duo clerici de superiori gradu in superpellicijs cantent simul hoc Bñdicamus dño. ad has matu. tñ: scz Uerbū p̄ris hodie p̄cessit ex virgine: venit nos redimere et celesti p̄rie voluit nos reddere: virtutes angelice cū canore iubilo laudes reddant dño. Alij duo clerici de superiori gradu in consimili habitu ex vtraqz parte assumpti respōdeāt Refulgens pastoribus nunciauit angelus pacis pacē nuncius, tu pastor ecclesie pacē nobis tribue, filios et instrue redēptori debitas iubilando grās. Deinde fiat memoria de sctā maria ad cōsummatiōnē toti⁹ mysterij incarnationis. añ. Ecce completa sunt omnia que dicta sunt per angelum de virgine maria. Ꝟs⁹. Post partum virgo inuiolata. &c. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate Marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dñm nostrum iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. &cete. Dñs vobiscum. Duo pueri in superpellicijs dicant Bñdicamus dño. sine alla. Et est notandum q̄ nunq̄ p̄ totū annū dr̄ Benedicam⁹ dño. cū alla. nisi in pasch. tēpore. His peractis cū summo mane duo [illegible] de [illegible] forma [illegible] miss. Officium Lux fulgebit. [illegible]

Iã lucis. añ. Quẽ vidistis. psal. Deus in noie. psal. Beati imaculati. p. Retribue. ã. Gratias tibi. psal. Quicũqz. cap. Regi secu. Rx. Iesu xpe. cum alla. V. Qui de virgine dignatus es nasci. Miserere nobis. Gloria. Iesu xpe. Vs9. Exurge dñe. Hic etiã V. Qui de virgine. dicitur quotidie vsqz in crasti. puri. btẽ marie nisi in die epi. et per octa. eiusdẽ et etiã in octa. Dicetur etiã idẽ vers. in oib9 fest. et per oct. beate marie et i cõme. eiusdẽ per totũ annũ: et in fest. corporis xpi et per oct. et in oct. qñ de ipsis octa. fit servi. vers9 Exurge dñe. Preces etc. que pertinent ad primã expleãtur. Ad iij. Hy9 Nunc sancte. Sup p. in superiori gradu icipiatur ã Genuit puer. psal. Legẽ pone. cap. Apparuit gratia. Rx. ij. forma dicitur. Idẽ ordo in cete. horis servetur. Rx. Verbũ caro factũ est Alla alla. V9 Et habitauit in nobis Alla alla. Glia. Verbum. vers. Ipse inuocauit me. Chor9 rñdeat. Pater meus es tu. sine alla. quod per totum annum obseruetur extra tẽpus pasc. nisi post Rx. istum Verbũ caro. vt su. dict ĩ est. oratio. Cõcede qs oipotẽs deus. Ad vj. Hy9 Rector potẽs. ãn. Angelus. psal. Defecit. Capitulũ.

Titũ. iij. B. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitie que fecim9 nos: sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecit. Rx m. Ipse inuocauit me alleluia alleluia. versus. Pater meus es tu Alleluia alleluia. Vs9 Notum fecit dominus. Rx m. Salutare suum. sine alleluia. oratio vt su. Ad ix. Hy9 Rerum deus. aña Paruulus. psalmus Mirabilia. Capitulum.

Heb. i A. Multifarie multisqz modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Rxm. Notum fecit dñs Alleluia alleluia. vers. Salutare suum Alleluia. Gloria patri. Notum fecit. Versus. Benedictus qui venit in nomine domini. Rx. Deus dominus et illuxit nobis. sine alleluia. Oratio vt su. Ad vesperas. aña. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorũ ex vtero ante luciferum genui te. psal. Dixit dominus. aña. Redemptionẽ misit dominus populo suo, mandauit in eternũ testamentum suum. psal. Confitebor. ã. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors et miserator et iustus dominus. psal. Beatus vir. añ. Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. psalm. De profundis. añ. De fructu ventris tui ponam super sedẽ tuã. psalm. Memento. He predicte ãe cũ suis psal. dicũtur quotidie ad vespe. vsqz ad octa. epipha. et in ipsis octa. de quocũqz fit servi. Capitulũ. Multipharie. Rx. Verbum caro hymnus. A solis ortus cardine. vers. Benedictus. ãn. Hodie christus natus est, hodie saluator apparuit, hodie in terra canũt angeli, letantur archangeli, hodie exultãt iusti dicentes, gloria in excelsis deo alleluia. ps. Magnifi. oratio Concede qsumus. Finita hac oratione cũ Bñdicamus a duobus clericis de. ij. forma in superpellicijs cõueniãt oẽs diaconi ĩ cappis sericis portantes cereos ardentes in manibus: et sic eat pcess. p mediũ chori ad altare scti stephani cantantes Rx. quodã diac. incipiente Rx. Sancte dei preciose protomartyr stephane qui virtute charitatis circumfultus vndiqz dominum pro inimico exorasti populo. Fũde preces pro deuoto tibi nunc collegio. Tres diaconi dicant V. Ut tuo propitiatus interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus. Funde pre.

Omnes diaconi simul cantent prosam videlicet Te mundi climata protomartyr laudant omnia. Chorus respondeat cantum prose in cantu versuum precedentium super literam A. post unumquenque versum. V. Qui primus ad martyrium gloriosa currens brauia. V. Hodie sacra plenus gratia. V. Domini sequens vestigia. V. Que videre. V. Meruisti. V. Patris in gloria. V. Ut pelleres lapidatum crimina supplicans de venia. Fundc. Non dicitur Gloria. ad hanc processionem: sed dum prosa canitur sacer. thuri. altare. deinde imaginem sancti stephani: et postea dicat sacerdos modesta voce. V. Gloria et ho. Oratio.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: ut discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. In redeundo dicitur Rem. de sancta maria: videlicet Stirps iesse virgam produxit, virgaque florem. Et super hunc florem requiescit spiritus almus. V. Uirgo dei genitrix virga est, flos filius eius. et cum hoc V. Speciosus forma pre filiis hominum. R. Diffusa est gratia in labiis tuis, non ulterius Oratio Deus qui salutis. Ab hac die usque ad purifica. semper ad memo. beate Marie dicitur ad matu. V. Post partum. et ad vesperas. V. Speciosus forma tantum: nisi quando fit memor. de commemo. eiusdem ad vesperas alicuius sancti cum hac aña. Sub tuam protectionem. tunc enim dicitur V sus Sancta dei genitrix. et semper cum oratione Deus qui salutis. Ubi non fit processio de sancto stephano dicetur ad memoriam eiusdem. aña. Tu principatum tenes in choro martyrum similis angelo: qui pro te lapidantibus deum deprecatus es, beate stephane intercede pro nobis ad dominum. V. Gloria et honore. Oratio. Da nobis ut su. Et tunc nulla fiat memoria de sancta maria ad matutinas usque in crast. circumcisionis: nec etiam ad vesperas: nisi ubi fit process. Ad completo. aña. Natus est nobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid. ps. Cum inuocarem. Cap. Tu in nobis. hy. Saluator. V sus Custodi nos domine. aña Alla. Uerbum caro factum est alleluia: et habitauit in nobis alleluia alleluia. ps. Nunc dimittis. Preces et orationes ut sup. Hoc completo. non mutatur usque ad circumcisionem dñi. añ. vero super ps. Nunc dimittis. dr usque ad vigiliam epi. Et a prima die natalis dñi regendus est cho. in cappis sericis usque Ueterem homi. Excepta vigilia epi. quando extra dominicam contigerit.

¶ In die sancti stephani ad matutinas. Inuitatorium. Christum natum qui beatum hodie coronauit stephanum. Uenite adoremus. psal. Uenite. Hymnus. Martyr dei. ¶ In primo nocturno. añ. Beatus stephanus iugi legis dei meditatione roboratus: tanquam lignum fructiferum secus salutarium aquarum plantatum decursus: fructum martyrii in tempore suo dedit primus. ps. Beatus vir. añ. Constitutus a deo predicator preceptorum eius in timore sancto illi seruire studuit: officioque fideliter peracto in monte sancto eius ascendere dignus fuit. psal. Quare fremuerunt. aña In tribulatione lapidum se prementium positus milia populi se circumdantis non timuit: quia susceptorem suum iesum ut eum saluum faceret exurgere in celum vidit. psal. Domine quid multiplicati. V sus. Gloria et honore coronasti. Lectio prima.


Eri celebrauimus temporalē sempiterni regis nostri natalem: hodie celebramus triūphalē militis passionē Heri eñ rex noster trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediēs visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triūphator migrauit ad celum. Ille sempiterne deitatis maiestate seruata seruile cinctoriū carnis assumēs, in huius seculi campum pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilib⁹ corporis indumentis, ad celi palatium perenniter regnaturus ascendit. Tu autē. ℟. Hesterna die dñs natus est in terris vt stephanus nasceretur in celis. Ingressus est dñs in mundū. Ut stephanus ingrederetur in celum. ℣. Heri enī rex noster trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens visitare dignatus est mūdum. Ut stephanus. Lectio.ij.

I Ile descendit carne velatus: iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste lapidantibus iudeis: quia ille descendit letātibus angelis. Gloria in excelsis deo, heri exultantes sancti angeli cantauerūt: hodie stephanum letātes in suum consortiū susceperunt. Heri dñs exiuit de vtero virginis: hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri christus ꝓ nobis pannis inuolutus est: hodie stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri presepis angustia christum portauit infantem: hodie immensitas celi suscepit stephanum triumphantem. Tu. ℟em. Uidebant oēs stephanum qui erant in concilio. Et intuebātur vultū eius tanꝙ vultū angeli stātis inter eos. ℣. Stephanus autem plen⁹ grā & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Et. Lectio.iij.

S olus descēdit dominus vt multos eleuaret. Humiliauit se rex noster: vt suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo virginis preparauit vterum: ipse martyri suo aperire dignatus est celum. Dominus iesus christus angustias intrare non dedignatus est vteri: vt animam stephani latitudo susciperet celi. Necessarium tamē nobis est fratres agnoscere quibus armis precinctus stephanus seuitiam iudeorum potuit superare: vt ita meruisset feliciter triūphare. Neqꝫ enim parui pendenda sunt talis virtus talisqꝫ triumphus. Haud vero vilibus armis potuit premuniri: qui a multis non potuit superari. Tu autē domine miserere nostri. Deo gratias. ℟em. Impetum fecerunt vnanimes in eum: et eiecerunt eum extra ciuitatem. Inuocantem et dicentem. Dñe accipe spiritum meum. ℣. Stephanus dei gratia plenus erat, in plebe multa signa faciebat: celos apertos aspiciebat: iesum stātē videbat a dextris dei: & dicebat. Dñe. ℣⁹. Glīa deo prī summo, eiusqꝫ soli sibi regi nato: ac vtriusqꝫ spiritui sancto sicut erat primo & nunc & semꝑ et in secula amen. Domine. Alius ℣. in octa. die si dñica fuerit tm̄. ℣. Et testes deposuerūt vestimēta sua secus pedes adolescētis q̄ vocabatur saul⁹: & lapidabāt stephanum. Inuocātem. Gloria. Domine.

¶ In.ij.noct.ān. Lumine vultus tui dñe insignitus protomartyr stephanus sacrificium iustitie seipsum tibi sacrificauit: ideoqꝫ in letitia cordis in pace obdormiēs requiescit. ps. Cum inuoca. ān. Benedictiōis tue dñe munere iustificatus, & scuto tue protectionis in passiōe munitus, nois

[q]ui coronam stephanus a te percipere meruit. ℟. Uerba. a͂. O q̄ admirabile est nomē tuum domine deus noster: pro quo beatus stephanus passus, gloria ⁊ honore a te est coronatus: ⁊ super celos dono tue magnificentie exaltatus. psal. Dñe dominus noster. vers. Posuisti dñe. Lec. iiij.

Inuicte nanq̄ in eo enituit insigne virtutis indiciū: que nec frementium seuitiam formidauit: nec lapidantium ictibus deuicta succubuit. Usq̄ adeo ei inter fremētes permāsit impertercitus: ⁊ inter lapidum fuit cruciamēta securus: vt incredulitatem iudeorum fidenter argueret, ⁊ benignus pro lapidātibus exoraret. Quod ergo tā magnū atq̄ insuperabile genus armorum, quo munitus seuientes argueret: lapidātes nō repercutiēs sed patiens superaret: insuper et occisus aulam celestis regni viuus ⁊ coronat⁹ intraret. Proculdubio munimine regio septus: nullaten⁹ est ab aduersarijs superatus. Quoniam rex noster cū sit altissimus, pro nobis humilis venit: sed inanis venire nō potuit. Tu

4 autem domine miserere. ℟. Impij super iustū iacturam fecerūt: vt eum morti traderent. At ille gaudēs suscepit lapides vt mereretur accipere coronā glorie. vers. Hebreorū gēs perfida morte christi sanguinea: stephanū maliuola perfecerūt cōsilia: quē occiderūt nequiter lapidādo crudeliter. At. Ali⁹ vers. in or. hic si do. fue. tm̄. ℣. Continuerunt aures suas ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. At. Lectio. v.

Magnum quippe donatiuum suis militibus attulit: quo eos nō solum copiose ditauit, sed etiam ad certandum inuictissime confortauit. Attulit nanq̄ donum charitatis: quo perduceret homines ad consortium diuinitatis. Quod ergo attulit erogauit, nec sibi aliquid minuit: sed mirabiliter ⁊ suorum fidelium pauperiem ditauit: et indeficientibus thesauris plenus ipse permansit. Charitas ergo que ad terrā de celo deposuit christum: ipsa stephanum de terris eleuauit ad celum. Tu. ℟. Lapidabāt

5 stephanū inuocantem et dicentem. Domine iesu christe accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc pctm̄. vers. Positis ante genibus beatus stephanus orabat dicēs Domine iesu christe. Lectio sexta.

Charitas que precessit in rege: ipsa subsequenter refulsit in milite. O admiranda vbiq̄ potentia saluatoris: o predicanda indesinēter gratia redemptoris. Ostendit in matre virginitatis eterne miraculum: demonstrauit in martyre inuicte charitatis indicium. Integritas quippe intemerata permansit in virgine: dilectionis virtus inuicta perseuerauit in martyre. Tu autem dñe miserere nostri. Deo g. ℟. Lapides torrentes illi dulces fuerunt. Ipsum sequuntur omnes anime iuste. ℣. Morte enī quam saluator dignat⁹ est pro oibus pati, hāc ille primus reddidit saluatori. Ipm. Gloria Ipsum. In. iij. noct. a͂n. In dño deo suo confisus fortis athleta stephanus lapidū fortiter sustinuit ictus: ⁊ idcirco ad montē virtutū trāsmigrauit victoriosus. ps. In dño cōfi. a͂n. Sine macula beatus stephanus ingressus est domine in tabernaculum tuum: ⁊ quia operatus est iustitiam, requiescit in monte sancto tuo. psal. Domine quis ha. a͂. Domine virtus ⁊ letitia iusto rum: quoniam tu preuenisti dilectū tibi stephanum dono tue gratuite benedictionis, te primū secutus est morte gloriose passionis: vnde cum corona martyrij dedisti ei vitam in seculū seculi. ps. Domine in vir.

Versus Iustus vt palma florebit. Non dicitur vlterius. ℟ Sicut cedrus liba.

Euangelium Secundum Mattheum.

Cap. 26. In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex illis flagellabitis in synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Et reliqua.

Homelia vene. bede presby. Lect. vij

Sancti euangelij lectio narrat superius qualiter dñs incredulitatem iudeorum redarguens, ostenderit illos homicidarum esse filios: illorum videlicet qui sanctos prophetas occiderant. Ipsos quoque similia ac etiam peiora facturos denunciauit dicens. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Acsi apertius dixisset. Quod illis defuit: vos implere cupitis. Quia illi persecuti sunt membra: vos caput persequimini. Illi occiderũt prophetas et sapientes & scribas: vos autem ipsum dñm qui ab eis predicat⁹ est interfi

3 cere cogitatis. ℟. Intuẽs in celũ btũs stephanus vidit gloriam dei & ait. Ecce video celos apertos: & filium hominis stantem a dextris virtutis dei. ℣. Cũq₃ aspiceret beatus stephanus in celum vidit gloriam dei & ait. Ecce video celos apertos: & filium hominis stantem. Lectio. viij.

Deinde annexuit que in presenti lectione dicuntur. In quibus ostendit vnum deum fuisse testamenti veteris & noui: dũ dixit. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas. Quod tale est acsi diceret. Ego qui quondã misi ad vos prophetas & sapientes & scribas id est christus: et nunc mitto prophetas et sapientes et scribas. Fuerunt etenim in veteri testamento prophete et sapientes et scribe: fuerunt et in nouo. In veteri testamento fuerunt prophete esaias et hieremias et plures alij: in nouo autem agabum et quatuor filias philippi legimus prophetasse. Et omnis qui in ecclesia dei futuras penas reproborum et premia iustorum predicat, prophetiam nunciat: et propheta dici potest. Tu autem. ℟. Patefacte sunt ianue celi christi martyri beato stephano. Qui in numero sanctorum inuentus est primus: et ideo triumphat in celis coronatus. ℣. Vidit beatus stephan⁹ celos apertos: vidit & introiuit. Qui in numero sanctorum inuentus est primus. Lectio nona.

Sapientes vero in veteri testamẽto fuerunt moyses & salomon & alij: in nouo autẽ sancti apostoli. Scribe quoq₃ fuerunt in veteri testamento sicut esdras et neemias: et in nouo sancti euangeliste, qui dicta vel facta domini nobis scripta reliquerunt. Sed sicut patres infidelium iudeorum priores prophetas ad se missos occiderunt: vt esaiã quem secuerunt, & hieremiam quem lapidauerunt: ita & isti post passionem dñi perfidiam suorũ patrum sequentes: sanctos predicatores ad suam correctionem destinatos: diuersis penis & mortibus affecerunt. Petrum enim et andream crucifixerunt: paulum et iacobum occiderunt: & beatũ stephanum (cuius hodie festum recolimus) lapidauerunt. Tu. ℟. Sãcte dei preciose. vt sapra ad proces. et dicitur cum sua prosa et cum Gloria. ab omnib⁹ diaconis. scilicet in ecclesia Sar. propter solemnitatem diaconorum. Alibi vero vt in ecclesijs pa-

rochialib⁹ dicitur solūmodo in pro-
cessione ad vespe. Ubi vero non sit
process. facta ad vesperas, tunc dici-
tur hec prosa ad matutinas suo lo-
co in statione puerorum in superpel-
liciis. Similiter fiat de sancto Jo-
anne: & de innocentibus: et de san-
cto thoma. Ante laudes. Versus. Ora
pro nobis. In laud. an. Lapidauerunt
stephanū & ipse inuocabat dñm, dicens: ne
statuas illis peccatum. psal. Dominus
regnauit. Aña. Lapides torrentes illi
dulces fuerūt: ipsum sequuntur oēs anime
iuste. ps. Jubilate deo oīs terra. aña.
Adhesit aīa mea post te q: caro mea lapida
ta est p te de⁹ me⁹. ps. De⁹ de⁹ me⁹. an.
Stephan⁹ vidit celos apertos vidit & introi
uit: btūs hō cui celi patebūt. ps. Bñdici
te oīa opera dñi dño. aña. Ecce video
celos apertos & iesum stātē a dextris dei.
ps. Laud. dominū de celis. Capm.

Stephanus plen⁹ gr̄a et for-
titudine, faciebat prodigia &
signa magna in populo. Hymnus.

Sancte dei preciose protomar
tyr stephane: q̄ virtute chari-
tatis, circūfultus vndiq3, dominum
pro inimico exorasti populo.

Hinde preces pro deuoto tibi nūc
collegio: vt tuo propitiatus interuē
tu, dominus nos purgatos a pecca
tis iungat celi ciuibus.

Gloria & honor deo vsq3quo altissi
mo: vna patri filioq3 inclyto para-
clito, cui laus est et potestas per eter
na secula. Amen. Versus. Justus germi.
an. Impii super iustū iacturā fecerunt vt
eum morti traderent: at ille gaudēs susce-
pit lapides vt mereretur accipere coronam
glorie all'a. ps. Benedictus. Or. Da
nobis quesumus. Memoria de nati-
uitate. an. Uirgo hodie fidelis & si verbū
genuit incarnatū: virgo māsit & post partū

quam laudantes omnes dicimus: benedicta
tu in mulierib⁹. Versus. Benedictus qui ve.
Oratio. Concede quesumus omni-
potens deus. ¶ Ad primā. an. Lapida-
uerunt. psal. Deus in noīe. ¶ Ad ter-
tiam. ān. Lapides torrentes. Psal. Le-
gem pone. cap. Stephanus plenus
gratia. Rem. Gloria et honore. cum alle
luia. Vs⁹. Et constituisti eum. Glia patri.
Glia & honore. Uersus. Posuisti domine
sine alleluia. Oratio vt supra. Et di-
cuntur responsoria super horas cū
alleluia. quotidie vsq3 ad octa. epipha
nie & in ipsis octauis. ¶ Ad sextā. an.
Adhesit. Capitulum.

Cum autem esset stephanus
plenus spiritu sancto, inten- Actu. vi. G.
dens in celum vidit gloriam dei: & ie
sum stantem a dextris dei: & ait, ec-
ce video celos apertos, et filium ho-
minis stantem a dextris virtutis
dei. Rem. Posuisti domine. cum alleluia.
Uersus. Coronam de lapide. Vsus. Ju-
stus vt palma florebit. R. Sicut cedrus.
Oratio vt s. ¶ Ad nonā. Antipho.
Ecce vi. psal. Mirabi. Capitulum.

Positis autem genibus bea- Ubi supra
tus stephanus clamabat voce
magna dicens: domine ne statuas
illis hoc peccatum, et cum hoc dixis-
set obdormiuit in domino. Rem. Ju-
stus vt palma. cum alleluia. Versus. Si-
cut cedrus. Alleluia. Gloria patri. Versus
Justus germi. R. Et flore. sine allel uia
Oratio vt supra. ¶ Ad vesperas. an.
Rerum principium. psal. Dixit domi-
nus domino meo. Capm. Stepha-
nus plenus gratia. R. Impetum fece.
Hoc Rem a solo diacono incipiatur
ad gradum chori in cappa serica: et
finis R. ab omnibus diaconibus cā-
tetur in superpelliciis ad mo dum
prose in statione puerorum: cum R.

Glia deo. Hy. Sancte dei preciose. vers. Iustus germina. ān. Patefacte sunt ianue celi christi martyri beato stephano: qui in numero sanctorum inuentus est primus: et ideo triumphat in celis coronatus alleluia. ps. Magnificat. Oratio. Da nobis. Memoria de natiui. ā. Lux orta est super nos: quia hodie natus est saluator alleluia. v. Verbū caro. oratio. Cōcede q̄s. Tūc cōueniāt oēs sacerdotes in cappis sericis cū cereis ardētibus: et sic eat pcess. ad altare aplorū per mediū cho. cātādo R. cātore sic incipiente. In medio ecclesie aperuit os eius. Et impleuit eum dūs spiritu sapiētie et intellectus. Tres sacerdotes dicant v. Misit dūs manū suā et tetigit os meū. Et. et oēs sacerdotes sil' dicant psā. Nascitur ex patre zebedeo mre maria. et cho. ad vnū quāq; v. rūdeat R. cū cātu vers. pce. vers. Et volat ante alios in dūi theologia v. Nole neq; dei gra. v. Asiana vicit gymnasia. v. Vas penale. v. Ius letale. v. Pathmos exilia. vers. Vocatur xpi presentia semp ad cōuiuia. Et imple. nō v. Glia pri. ad hāc prosā sed dū psa cantat thurificet sacer. altare, deinde imaginē scti ioannis: et postea dicat sacerdos modesta voce ān. Valde honorādus est beatus ioānes q supra pect' dūi in cena recubuit. versus. In oēm terrā. Oratio.

Ecclesiam tuā quesumus domine benign' illustra: vt beati ioannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. In rede ioo de sancta maria. vers'. Solem iustitie regem paritura supremū, Stella maria maris hodie pcessit ad ortū. versus Cernere diuinū lumen gaudete fideles. Stella. v. Specios' for. R. Diffusa. Vbi non fit process. de sancto ioanne tūc fiet in primis de eo memoria ante memo. de natiuita. cum hac ān. Valde honorandus est btūs ioānes qui supra pect' dūi i cena recubuit. vers. In omnē terram. oratio Ecclesiā tuā. vt sup.

In die. s. ioānis apo. ad mat. inui. Adoremus regem apostolorum. Qui priuilegio amoris ioannem dilexit apostolum. ps. Venite exultemus. Hymnus.

Bina celestis aule luminaria iacobe: necnon ioannes theologe, poscite nobis veniam rogantibus, quā venit ips gratis dare miseris. Annue xpe. et dicit in hoc hymn. p horū tibi chara merita. In .j. noct. ān. Ioannes apostolus et euangelista virgo est electus a dño: atq; inter ceteros magis dilectus. psal. Celi enar. ān. Supra pectus dñi iesu recubēs euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. psal. Benedicā. ān. Quasi vnus de paradisi fluminibus euangelista ioannes verbi dei gratiā in toto terrarū orbe diffudit. psal. Eructa. vers. In omnem terrā exiuit sonus eorum. Lectio prima.

Ioannes apostolus et euangelista, filius zebedei, frater iacobi virgo est electus a domino: atq; inter ceteros magis dilectus. Qui enim super pectus domini et magistri recumbens, euangelij sui fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit: et quasi vnus de paradisi fluminibus verbi dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. Respōsoriū. Valde honorandus est beatus ioānes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Cui xps in cruce matrem virginem virgini commendauit. versus. Virgo est electus a domino: atq; inter ceteros magis dilectus. Cui christus. Lectio secunda.

Quicunqȝ in loco christi ipso iubente successit: dum suscipiens matrem christi discipulus, par post christū alter quodāmodo derelictus est filius. Hic dum euangeliū christi in asia predicaret: a domitiano cesare in pathmos insula metallo relegatur. Ubi etiam positus apocalypsim scripsit. R. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus quia verum est testimonium eius. Vsus. Qui contestatus est verbum dei, et testimonium iesu christi in his quecunqȝ vidit. Et scimus. Lectio tertia.

Interfecto autem a senatu domitiano: ioannes exilio resolutus recessit ad ephesum: ibique ob hereticorum refutandas versutias efflagitatus ab asie episcopis, euangeliū nouissimus edidit. Huius autē electi discipuli dñi inter alias virtutes magnitudo signorū hec fuit. Mutauit in aurum siluestres frondium virgas: littoreaqȝ saxa in gēmas. Item fragmina gemmarum in propriam reformauit naturam. R. Iste est ioannes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Beatus apostolus Cui reuelata sunt secreta celestia. V. Ioannes is theologus quem debriauit spiritus: aquila volens celitꝰ, palam fecit mortalibus: christus marie filius, quod sit verbū dei deus. Beatus. Gloria sit altissimo genitori ingenito: ingenitique genito: et flammini paraclito. Beatus. Alius V. in oct. die si dñica fuerit tantū. V. Valde honorandus est beatus ioannes qui supra pectus domini in cena recubuit. Beatus. Gloria pa. Cui. ¶ In .ij. noc. ān. In feruentis olei dolium missus ioannes apostolus: diuina se protegente gratia illesus exiuit. ps. Omnes gētes. ā. Propter insuperabilem euangelizandi constātiam exilio relegatus, diuine visionis et allocutionis meruit crebra cōsolatione releuari. ps. Exaudi deꝰ depre. ān. Occurrit beato ioanni ab exilio reuertēti oīs populus virorum ac mulierum clamantiū et dicentium: benedictus qui venit in nomine domini. ps. Exaudi deꝰ orationē. Vꝰ. Constitues eos principes. Lectō. iiij.

Viduam quoqȝ precatu populi suscitauit: et rediuiuum iuuenis corpus remeante anima reparauit. Cum autem omnis ciuitas ephesiorum et omnes prouincie asie ioannem extollerent et predicarent: cultores idolorum excitantes seditionem trahebant ioannem ad templum diane, vt ei feditatem sacrificiorum offerret. Tunc beatus ioannes ait. Ducam vos ad ecclesiā domini nostri iesu christi: vt inuocantes nomen diane vestre, si feceritis cadere ecclesiam eius: consentiam vobis. Sin autem, ego inuocans nomē domini mei, faciam cadere templum hoc: et comminui idolum vestrum. Quod cum factum fuerit: iustum erit vt relicta superstitione vestra, ad deum meum conuertamini. Rem. In 4
die illa suscipiam te seruum meum: et ponam te sicut signaculum in cōspectu meo. Quoniam ego elegi te dicit dominus. Vꝰ. Esto fidelis vsqȝ ad mortem, et dabo tibi coronam vite. Quoniam. Lectio quinta.

Huic diffinitioni maior pars populi consensum prebuit. Tunc beatus ioannes dixit. Domine iesu christe: corruat templum hoc cum vniuersis idolis suis. Quo facto: clamauit populus. Unus est deus verus: quem ioannes colit. Cumqȝ ioannes venenum bibisset, et multi ex eo lesionē sensissent: duosque viros ex veneno defunctos su-

Glia deo. Hy⁹. Sancte dei preciose. vers. Justus germina. an. Patefacte sunt ianue celi christi martyri btō stephano: qui in numero sanctorum inuētus est primus: et ideo triumphat in celis coronatus alla. ps. Magnificat. Oratio. Da nobis. Memoria de natiui. an. Lux orta est super nos: quia hodie natus est saluator alleluia. v. Verbū caro. oratio. Cōcede q̄s. Tūc cōueniāt oēs sacerdotes in capis sericis cū cereis ardētibus: et sic eat proces. ad altare aplorū per mediū cho. cātādo R. cātore sic incipiente. In medio ecclesie aperuit os eius. Et impleuit eum dūs spiritu sapiētie et intellectus. Tres sacerdotes dicant v. Misit dūs manū suā et tetigit os meū. Et. et oēs sacerdotes sic dicant psā. Nascitur ex patre zebedeo mre maria. et cho. ad vnū quāq; v. rūdeat Et. cū cātu vers. pce. vers. Et volat ante alios in dūi theologia v. Nole neq; dei gra. v. Asiana vicit gymnasia. v. Vas penale. v. Jus letale. v. Pathmos exilia. vers. Vocatur xpi presentia senex ad cōuiuia. Et iple. nō v. Glia pri. ad hāc prosā sed dū psa cantat thurificet sacer. altare. deinde imaginē scti ioannis: et postea dicat sacerdos modesta voce an. Valde honorādus est beatus ioānes q̄ supra pect⁹ dūi in cena recubuit. versus. In oēm terrā. Oratio.

Ecclesiam tuā quesumus domine benign⁹ illustra: vt beati ioannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. In rede⁹ de sancta maria. vers⁹. Solem iustitie regem paritura supremū. Stella maria maris hodie pcessit ad ortū. versus Cernere diuinū lumen gaudete fideles. Stella. v. Specios⁹ for. R. Diffusa. Vbi non fit process. de sancto ioanne tūc fiet in primis de eo memoria ante memo. de natiuita. cum hac an. Valde honorandus est btūs ioānes qui supra pect⁹ dūi i cena recubuit. vers. In omnē terram. oratio Ecclesiā tuā. vt sup.

¶ In die. s. ioānis apo. ad mat. inui. Adoremus regem apostolorum. Qui priuilegio amoris ioannem dilexit apostolum. ps. Venite exultemus. Hymnus.

Bina celestis aule luminaria iacobe: necnon ioannes theologe, poscite nobis veniam rogantibus, quā venit ipse gratis dare miseris. Annue xpe. et dicit in hoc hym. p horū tibi chara merita. In. j. noct. an. Joannes apostolus et euangelista virgo est electus a dūo: atq; inter ceteros magis dilectus. psal. Celi enar. an. Supra pectus dūi iesu recubēs euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. psal. Benedicā. an. Quasi vnus de paradisi fluminibus euangelista ioannes verbi dei gratiā in toto terrarū orbe diffudit. psal. Eructa. vers. In omnem terrā exiuit sonus eorum. Lectio prima.

Joannes apostolus et euangelista, filius zebedei, frater iacobi virgo est electus a domino: atq; inter ceteros magis dilectus. Qui enim super pectus domini et magistri recumbens, euangelij sui fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit: et quasi vnus de paradisi fluminibus verbi dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. Respōsoriū. Valde honorandus est beatus ioānes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Cui xps in cruce matrem virginem virgini commendauit. versus. Virgo est electus a domino: atq; inter ceteros magis dilectus. Cui christus. Lectio secunda.

Quiciuqꝫ in loco christi ipso iubente successit: dum suscipiens matrem christi discipulus, par post christū alter quodāmodo derelictus est filius. Hic dum euangeliū christi in asia predicaret: a domitiano cesare in pathmos insula metallo relegatur. Ubi etiam positus apocalypsim scripsit. ℟. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus quia verum est testimonium eius. ℣sus. Qui contestatus est verbum dei, et testimonium iesu christi in his quecunqꝫ vidit. Et scimus. Lectio tertia.

Interfecto autem a senatu domitiano: ioannes exilio resolutus recessit ad ephesum: ibique ob hereticorum refutandas versutias efflagitatus ab asie episcopis, euangeliū nouissimus edidit. Huius autē electi discipuli dñi inter alias virtutes magnitudo signorū hec fuit. Mutauit in aurum siluestres frondium virgas: littoreaqꝫ saxa in gēmas. Item fragmina gemmarum in propriam reformauit naturam. ℟. Iste est ioannes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Beatus apostolus Cui reuelata sunt secreta celestia. ℣. Ioannes is theologus quem debriauit spiritus: aquila volens celit᷒, palam fecit mortalibus: christus marie filius, quod sit verbū dei deus. Beatus. Gloria sit altissimo genitori ingenito: ingenitique genito: et flammini paraclito. Beatus. Alius ℣. in oct. die si dñica fuerit tantū. ℣. Ualde honorandus est beatus ioannes qui supra pectus domini in cena recubuit. Beatus. Gloria pa. Cui. ¶ In. iꝭ. noc. ān. In feruentis olei dolium missus ioannes apostolus: diuina se protegente gratia illesus exiuit. ps. Omnes gētes. ā. Propter insuperabilem euangelizandi constātiam exilio relegatus, diuine visionis et allocutionis meruit crebra cōsolatione releuari. ps. Exaudi de᷒ depre. ān. Occurrit beato ioanni ab exilio reuertēti oīs populus virorum ac mulierum clamantiū et dicentium: benedictus qui venit in nomine domini. ps. Exaudi de᷒ oratione. ℣. Constitues eos principes. Lectō. iiij.

Druam quoqꝫ precatu populi suscitauit: ⁊ rediuiuum iuuenis corpus remeante anima reparauit. Cum autem omnis ciuitas ephesiorum ⁊ omnes prouincie asie ioannem extollerent et predicarent: cultores idolorum excitantes seditionem trahebant ioannem ad templum diane, vt ei feditatem sacrificiorum offerret. Tunc beatus ioannes ait. Ducam vos ad ecclesiā domini nostri iesu christi: vt inuocantes nomen diane vestre, si feceritis cadere ecclesiam eius: consentiam vobis. Si autem ego inuocans nomē domini mei, faciam cadere templum hoc: et comminui idolum vestrum. Quod cum factum fuerit: iustum erit vt relicta superstitione vestra, ad deum meum conuertamini. ℟. In
4
die illa suscipiam te seruum meum: et ponam te sicut signaculum in cōspectu meo. Quoniam ego elegi te dicit dominus. ℣. Esto fidelis vsqꝫ ad mortem, ⁊ dabo tibi coronam vite. Quoniam. Lectio quinta.

Huic diffinitioni maior pars populi consensum prebuit. Tunc beatus ioannes dixit. Domine iesu christe: corruat templum hoc cum vniuersis idolis suis. Quo facto: clamauit populus. Unus est deus verus: quem ioannes colit. Cumqꝫ ioannes venenum bibisset, ⁊ multi ex eo lesionē sensissent: duosque viros ex veneno defunctos su

scitasset, aristodimum idolorum pontificem et proconsulem baptizauit. Qui confringentes idola ecclesiam fabricauerunt: in qua idem beatus ioannes assumptus est, vt sequens sermo declarabit. Tu autem domine.
5 R. Ecce puer meus quem elegi (dicit dominus) electus meus. Complacuit michi in illo anima mea. V. Dedi spiritu meu super eum: iudicium gentibus proferre. Complacuit michi.

Lectio sexta.

Cum esset ioannes annorum nonaginta: dixit ei iesus. Ueni dilecte mi ad me: quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cu fratribus tuis. Adueniente autem die dominica: beatus ioannes iuxta altare foueam fieri fecit, in qua descendens gratias egit deo: et filios ecclesie christo orans commendauit. Et cum populus respondisset ame: lux magna per vnam fere horam apparuit super populu, vt nullus sufferret aspectus. Post hec inueta est fossa plena mana: quam gignit vsque hodie. Unde quidam asserunt eum adhuc viuere: nec mortuum sed dormietem in sepulchro iacere. Tu aute domine.
6 R. Apparuit charo suo ioanni dominus cum discipulis suis: et ait illi. Ueni dilecte mi. Quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. V. Cumque complesset apostolus cursum vite presentis, apparuit ei saluator mundi: et ait illi. Ueni. Gloria pa. Quia.

In tertio nocturno. An. Apparuit charo suo ioanni dominus Jesus christus cum discipulis suis et ait illi: veni dilecte mi ad me, quia temp9 est vt epuleris in co-uiuio meo cum fratribus tuis. Ps. Confitebimur. Ana. Expandens manus suas ad deum dixit: inuitatus ad conuiuium tuum venio, gratias agens quia me dignatus es domine iesu christe ad tuas epulas inuitare, sciens quod ex toto corde meo desiderabam te. Ps. Dns regnauit exultet. An. Domine suscipe me: vt cu fratribus meis sim cu quibus veniens inuitasti me, et aperi michi ianua vite: et perduc me ad conuiuium epularum tuarum, tu es enim christus filius dei viui, qui precepto patris mundum saluasti: tibi gratias referimus per infinita seculorum secula. Ps. Dominus regnauit irascantur. V̄sus. Nimis honorati sunt.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum que diligebat iesus sequentem: qui et recubuit in cena supra pectus eius. Et reliqua. Homelia venerabilis bede presbyteri.

Lectio septima.

Commendat nobis beatus ioannes euangelista et apostolus priuilegium amoris precipui: quo ampli9 ceteris meruit honorari a domino. Comendat testimoniu euagelice descriptionis: qd veritate diuina subnixum nullus fideliu dubitare permittitur. Commedat placidam sue carnis absolutionem: qua specialiter domino se visitate percepit. Tu autem. R. Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? tu me sequere. V. Hunc ergo cum vidisset petrus, dixit iesu: domine hic autem quid?

Lectio octaua. 1

Cum enim domin9 post resurrectionem suam septem disci- 2
pulis (inter quos petrus et ioannes erant) apparuisset: eisque ad prandium 3
inuitatis in prandendo ter amorem confitenti petro oues suas pascendas commisisset: deinde quia pro ea- 4
rundem ouium cura vsque ad martyrium crucis peruenturus esset, inti-

[me]ruit. Sed ne forte grauis videretur petro predicta a dño passio crucis: hanc cõfestim lenire suo curauit exemplo, dicens. Sequere me. Acsi diceret. Quia ego prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui: tu quoqꝫ pro mei confessione nominis crucem pati formidare non debes. Tu autem. ℟. Diligebat aũt eũ iesus: quoniam specialis prerogatiua castitatis ampliori dilectione eũ fecerat dignum. Quia virgo electus ab ipso: virgo in euum permansit. ℣. In cruce deniqꝫ moriturus, huic matrem virginem virgini commendauit. Quia virgo electus ab ipso.

Lectio nona.

Secutus est autem eum petro dominum et ille discipulus quem diligebat iesus: ioannes videlicet ipse cuius hodie festa celebramus, qui hoc scripsit euangelium. Diligebat autem eũ iesus, quia specialis prerogatiua castitatis amplio[ri] dilectione eũ fecerat dignum. Virgo enim electus ab ipso: virgo in euum permansit. Deinde moriturus in cruce huic matrem suam commẽdauit: vt virgo virginem seruaret. ℟. In medio ecclesie. vt supra ad processionẽ, et dicitur hic cũ sua prosa: et cũ Gloria patri. ab omnibus sacerdotibus. Ver. ante laud. Valde honorandus est beatus ioannes. In laudibus. aña. Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibuit: et scimus quia verũ est testimonium eius. ps. Dominus regnauit. Aña. Hic est discipulus meus: sic eum volo manere donec veniam. ps. Jubilate deo omnis terra. aña. Ecce puer meus electus quem elegi, posui super eum spiritũ meũ ps. Deus deus meus. ãn. Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno suo.

ps. Bñdicite omnia. ãn. Sic eum volo manere donec veniam, tu me sequere. ps. Laudate dñm de celis. Capitulum.

Qui timet deum faciet bona: et qui continens est iustitie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. (Eccl. 15 A) hymnus. Exultet celũ laudibus. ℣. Annunciauerũt opera dei. ℟. Et facta eius. ℣. Iste est ioannes qui supra pectus domini in cena recubuit, beatus apostolus cui reuelata sunt secreta celestia. ps. Benedictus dominus deus israel. Oratio. Ecclesiam tuam quesumus domine. Memoria de natiuita. ãn. Hodie intacta virgo deũ nobis genuit teneris indutum mẽbris, quẽ lactare meruit, omnes ipsum adoremus qui venit saluare nos. ℣. Benedictus qui venit. Oratio. Cõcede quesumus. Memoria de sancto stephano ad has matutinas fiat cum hac ãn. siue de eo prius facta fuerit proces. siue non, scilicet. Aña. Sepelierunt stephanũ viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum. ℣. Justus germinabit sicut lilium. ℟. Et florebit in eter. Oro. Da nobis quesumus. ¶ Ad primã. ãn. Hic est disci. ps. Deus in nomine tuo sal. ¶ Ad tertiam ãn. Hic est discipulus. ps. Legem pone. Cap. Qui timet deum. ℟. et ℣. de commum vnius apostoli ad omnes horas dicuntur cum alla. et responsiones versiculorum dicuntur sine alleluia. ¶ Ad sextam. aña. Ecce puer. ps. Defecit. Capitulum.

Cibauit illum dominus pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum: et firmabitur in illo et non flectetur, et cõtinebit illum et non confundetur: et exaltabit illũ apud proximos suos. (Eccl. 15 A) ¶ Ad nonam ãn. Sic eũ vo. ps. Mirabilia. Capitulum.

Sap. 15. c. In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus, stola glorie induit eum. Ad vesperas an. Tecu principiu. ps. Dixit dns. Capm. Qui timet deum. R. Iste est ioannes. Hoc R. a solo sac. icipiatur ad grad. chori in cappa serica. Et suus V. ab omnibus sacerdo. cantetur in superpellicijs ad modum prose in statioe puerorum: cum V. Gloria sit altissimo. hy. Exultet celu. V. Annunciauerunt opera dei. an. In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: stola glorie induit eum alleluia alleluia alleluia. ps. Magnificat. Or. Ecclesiam. Meo. de nati. an. Gaudeamus omnes fideles: saluator noster natus est in mundum: hodie processit proles magnifici germinis: et perseuerauit pudor virginitatis. Vsus. Uerbum caro. Oratio. Concede quesumus. Iste modus seruetur ad memo. de nati. in V. dicendis tam ad ves. q ad matu. scilicet quod ad vespe. dicitur V. Uerbu caro. et ad matu. dr V. Bndictus qui ve. Memo. de scto. stepha. cum hac ana. Tu principatu. Ubi proces. fcta fue. de eo Ubi vero fcta no fue. dr a. Lapidauerut. V. Gloria et ho. or. Da nobis qs. Similiter fiat de sancto ioanne: et de sancto thoma. Dictis vero proprijs anis de sancto stephano fiat de eo memo. cum anis de lau. suo ordine. Quibus dictis: dicuntur ane de noc. similiter suo ordine. Et de sancto ioanne: et de innocentibus: et de scto thoma eode modo fiat meo. In oct. vero predictorum sanctorum dr vna de proprijs ais ad meo. q ibide repertitur notata: tuc eat proces. puerorum ad altare innocen. vel sancte trinit. cum cappis sericis et cereis illuminatib: in manib catado R. Centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra: hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim permanserunt. Ideo regnant cu deo: et agnus dei cum illis. Episcopo puerorum (si assit) incipiente hoc Rm. tres pueri dicant Vsus Hi empti sunt ex omnibus primitie deo et agno: et in ore eorum no est inuentu mendaciu. Ideo. Omnes pueri catent simul prosam vt sequitur: videlicet. Sedente in superne maiestatis arce. Et chorus respondeat cantum prose post vnum quenqz V. super litera E. V. Adoratur humillime proclamates ad te. V. Scte sancte scte sabaoth rex. V. Plena sunt oia glorie tue. V. Cu illis vndeuigintiquinque. V. Atqz cu innocetissimo grege. V. Qui sine vlla sunt labe. V. Dicetes excelsa voce. V. Laus tibi sit dne rex eterne glorie. Ideo. Ad hanc prosa. non dicit Gloria pa. sed cu prosa canitur. thurificet eps puerorum altare: deinde imagine sancte trinita. et postea dicat sacer. modesta voce hunc V. Letamini in do. Or.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam qua lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas. In reuertendo de sancta maria R. Felix nanqz cum suo V. quo finito: dicat epus puerorum modesta voce V. Speciosus forma. Or. Deus q salutis. q sic terminet. Qui tecu viuit et regnat in vnitate spusscti deus per oia secula sclorum. Ame. Dns vobiscu. Et cu spu tuo. Deinde sequitur Bndicamus dno. a duobus vel tribus ex

[con]tra regulam. Ubi vero non fit processio de innocentibus: tunc fiat in primis de eis mem. ante memoriam de natiuitate cum hac antiphona. Innocentes p christo infantes occisi sunt: ab iniquo herode lactentes interfecti sunt: ipsum sequuntur agnum sine macula, & di[cunt] semper: gloria tibi domine. V. Letamini in dño. or. Deus cuius hodierna.

In die sanctorum innocentium.

Ad matu. Inuita. Uenite adorem[us] dominum. Qui in sanctis gloriosus est. ps. Uenite. hy[us]. Sanctorum meritis. In primo noctur. añ. Herodes videns quia illusus esset a magis: misit in bethleē et occidit omnes pueros qui erant in ea et in oibus finibus eius. ps. Beatus vir. añ. Christus infans non despexit suos coetaneos milites sed prouexit: quibus dedit ante triumphare q̄ loqui. ps. Quare fremuerunt. aña. Arridebat paruulus occisori: gladio adiocabatur infantul[us]: nutricis loco attendebāt lactentes percussoris horrorem. ps. In domino confido. V. Letamini in domino. Lectio prima.

Zelus quo tendat, quo prosiliat liuor, inuidia quo feratur, herodiana hodie patefecit immanitas. Que dum temporalis regni emulatur angustias: eterni regis ortū molitur extinguere. Herodes enim videns quia illusus esset a magis: misit in bethleem et occidit omnes pueros qui erant in ea, et in omnibus finibus eius. Dolet impietas se esse illusam: fremit dolositas se esse deceptā. Terreno querit furore: quem natum celitus non credit. Ad sinus matrum militum cogit castra: inter vbera arcem pietatis oppugnat. Tu autem domine. Rem. Sub altare dei audiui voces occisorum dicentium. Quare non defendis sanguinem [nostrum]: et acceperunt diuinū responsum, adhuc sustinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrū vestrorum. V. Uidi sub altare dei animas sanctorum propter verbum dei quod habebāt: et clara voce dicebant. Quare non defendis sanguinem nostrum. Lectio secūda.

Herodes obsidens terrenum regnum: impugnat celeste. Terrenis inhians: ruit in diuina. Audierat natum regem: destinatur ad scelus. Causas innocentie nō requirit: cui de timore stat totum, de amore nichil cōstat. Tu autem domine. R. Sub throno dei omnes sancti clamāt Uindica sanguinem nostrum deus noster. V. Sub altare dei audiui voces occisorum clamantium et dicentium. Uindica sanguinem nostrum. Lectio tertia.

Herodes tunc cecus sic christum gladiis querit, inuestigat cruore, crudelitate rimat. Successorum timēs, incessit in auctorē. Premit innocentes, volens innocētiam diripere. Negotium saluantis saluandorum iubet esse discrimen. Quorum enim lingua tacuit, oculi non viderunt, nil audierunt aures, manus nil fecerunt: apud herodem vero solum quod nati sunt hoc fuit crimen. Christus vero futurorū prescius, mentium perscrutator: nō deseruit quos sciebat querendos esse propter se. Coetaneum sibi non contempsit exercitum. Tu autem. Rem. Dignus a dignis laudatur. Et innocentium. Testimonio comprobatur. V[us]. Accipiunt enim a christo & referūt: consequuntur et reddunt. Et in. Gloria. Testimonio. In. ij. noctur. añ. Norunt infantes laudare deum qui loqui non nouerant: fiunt periti laude qui fuerant imperiti sermone. ps. Domine quis habi. aña. Erigitur

itaqꝫ infantium etas in laudem, que deli-
ctorum non nouerat crimen. ps. Cõser-
ua. añ. Dignus a dignis laudatur, et in-
nocens innocentiũ testimonio cõprobatur.
ps. Domini est terra. ℣. Exultent iusti
in conspectu dei. Lectio quarta.
Beati qui labores in requiem,
in refrigerium dolores, mero-
res in gaudiũ cõmutauerũt. Viuũt
viuũt. Quare viuũt? Quia pro chri
sto merẽtur occidi. Beati vẽtres qui
portauerunt tales. Beata vbera que
se talibus infuderunt. Beate lachry
me que pro talibus fuse, flentibus gra
tiam baptismatis contulerunt. Tu
4 autem domine. ℟. Effuderunt sangui-
nem sanctorum velut aquam. In circuitu
hierusalem: et nõ erat qui sepeliret. ℣sus.
Vindica domine sanguinem sanctorũ tuo
rum qui effusus est. In circuitu hierusalẽ:
et non erat. Lectio quinta.
Arridebat igitur paruulus oc
cisori, gladio adiocabatur in-
fantulus: nutricis loco attendebat
lactens percussoris horrorem. Ma-
tres tulerũt quicquid et angoris ex-
titit et doloris. Nam gladius filiorũ
pertransiens membra, ad matrũ cor
da deuenit: et necesse est vt sint pre-
mij consortes: que fuerunt socie
passionis. Tu autem domine. ℟.
5 Isti sunt sancti qui passi sunt ꝑpter te do-
mine: vindica eos Quia clamant ad te quo
tidie. ℣sus. Sub throno dei omnes san-
cti clamant: vindica sanguinem nostrum.
Quia clamant ad te. Lectio sexta.
Non enim carebunt martyrijs
gaudio: martyrij lachrymas
que fuderunt. Hoc loco attendat au
ditor: vt intelligat martyriũ non cõ
stare per meritum, sed venire per gra
tiam. In paruulis que voluntas, quod
arbitrium: vbi captiua fuit et ipsa

natura? De martyrio ergo demus
deo totũ: nichil nobis. Vincere dia-
bolum, corpus tradere, contemnere
viscera, tormenta expendere, lassare
tortorem, capere de iniurijs gloriã, 7
de morte vitam: non virtutis huma
ne sed muneris est diuini. Tu autẽ
domine. ℟. Norunt infantes laudare
dominum qui loqui non nouerant. Fiunt
periti laude. Qui fuerãt imperiti sermone.
℣sus. Licuit sanguine loqui quibus lin-
gua non licuit: miscent cum domino col-
loquia quibus humana negata sunt verba
Fiunt Gloria. Qui fuerant. In tertio no
cturno. aña. Dicũt infantes domino lau
des trucidati ab herode: occisi predicant
quod viui non poterant. ps. Exultate iu
sti. añ. Licuit sanguine loqui quibus lin-
gua non licuit, miscent cum domino col-
loquia quibus humana negata sunt verba.
ps. Benedicam. añ. Vindica domine san
guinem sanctorum tuorum qui effusus est.
℣. Deus venerunt. ℣. Iustorum anime. 8
¶ Secundum Mattheum.
In illo tempore. Angelus do-
mini apparuit in somnis Io-
seph: dicens. Surge, et accipe pue-
rum et matrem eius: et fuge in egy-
ptum: et esto ibi vsqꝫ dum dicam ti-
bi. Et reliqua. Homelia venerabilis
bede presbyteri. Lectio septima.
De morte preciosa martyrum chri
sti innocentium sacra est nobis fra-
tres charissimi euangelij lectio reci-
tata: in qua tamen omnium christi
martyrũ preciosa est mors designa-
ta. Quod enim paruuli occisi sunt:
significat per humilitatis meritum
ad martyrij perueniẽdum gloriam.
Quod in bethleem et in omnibus fi-
nibus eius occisi sunt: ostẽdit nõ so-
lum in iudea (vnde ecclesie origo ce-
pit) sed et in oĩbus eiusdẽ ecclesie fini-

bus quacunq3 per orbem parte dif-
fusa est, persecutionem senturā per-
fidorum: et piorum patientiam es-
se coronandam. Tu autem domine.
7 ℟. Isti sunt sancti qui non coinquinaue-
rūt vestimenta sua. Ambulabūt mecum in
albis quia digni sunt. ℣. Hi sunt qui cum
mulieribus nō sunt coinquinati, virgines
enim sunt. Ambulabūt mecū in albis quia
digni sunt. Lectio octaua.

Qui a bimatu occisi sunt: do-
ctrina & operatione perfectos
indicant. Qui vero infra: simplices
vel idiotas, fidei tamen non ficte cō-
stantia fortes eque denūciat. Quod
illi quidem occisi sunt, sed christus
qui querebat viuēs euasit: insinuat
corpora quidē ab impijs posse peri-
mi, sed christū (pro quo persecutio to
ta seuit) nullaten⁹ eis vel viuentib⁹
vel occisis posse auferri: sed eos vera-
citer contestari, quia siue viuim⁹ si-
8 ue morimur domini sum⁹. ℟. Adora-
uerunt viuentem in secula seculorum. Mit
tens coronas suas ante thronum domini
dei sui. ℣. Et ceciderunt in cōspectu throni
in facies suas, et benedixerūt viuentem in
secula. Mittens coronas. Lectio nona.

Vaticiniū autē hieremie quo
dicitur, vox in rama (id est
in excelsis) audita est ploratus & v-
lulat⁹: manifeste denunciat luctum
sancte ecclesie quo de iniusta mēbro⁊
suorum nece gemit: non (vt hostes
garriunt) in vacuum cedere: sed vsq3
ad solium superni ascēdere iudicis.
Et sicut protomartyris abel: ita etiā
sanguinem ceterorum martyrū de
terra clamare ad dominū. Quod ra
chel plorasse filios suos dicitur, nec
voluisse consolari quia non sunt: si-
1 gnificat ecclesiam plorare quidē san
ctorum de hoc seculo ablationē: sed
non ita velle consolari vt qui seculū
morte vicerunt, rursus ad seculi cer
tamina secum tolleranda redeāt. ℟. 9
Centum quadraginta. vt supra ad pro-
ces. et dicitur hic cum sua prosa & cū
versu. Gloria patri. ℣⁹. Justi autē in per 1
petuum viuent. In laud. ān. Herodes
iratus occidit multos pueros in bethleem 2
iude ciuitate dauid. ps. Dn̄s reg. ān. A
bimatu et infra occidit multos pueros he- 3
rodes ꝓpter dn̄m. ps. Jubilate. aña Vox
in rama audita est plorat⁹ & vlulat⁹, rachel 4
plorās filios suos. ps. De⁹ de⁹. ān. Sub
throno dei oēs scti clamāt: vīdica sanguinē 5
nr̄m deus nr̄. ps. Bn̄di. ā. Laudes reddāt
pueri tibi rex sabaoth q̄ ꝑ tropheū ꝑ te fa-
ctū exultāt innocētes. ps. Laud. Capm. Apo.

Vidi supra mōtem syon agnū 14.
stantem, et cum eo centum
quadraginta quatuor milia: haben-
tes nomen eius & nomen patris eius
scriptum in frontibus suis. Hymn⁹.
Rex gloriose martyrum. ℣. Mirabilis
deus. ān Hi sunt qui cū mulierib⁹ nō sunt
coinquinati, virgines enim sunt & sequun
tur agnū quocūq3 ierit. ps. Bn̄d⁹. Or.
De⁹ cui⁹ ho. Mēo. de natiui. ā. Ne-
sciēs mr̄ virgo virū peperit sine dolore sal
uatorē sclorū, ipsum regem angelorum so-
la virgo lactabat vbere de celo pleno. ℣.
Benedictus qui venit. orō. Cōcede que-
sumus. Memo. de sancto stepha. vbi
proces. de eo facta fue. cum hac ān.
Lapidauerūt. vbi vero proces. fctā non
fuerit dr̄ ān. Lapides torrētes. ℣⁹ Ju-
st⁹ ger. orō. Da nobis q̄s. Mēo. de s.
ioan. vbi ꝓces. de eo prius facta fu.
dr̄ cū hac ān Valde honorandus. ℣ An
nūciauerūt. orō. Ecclesiam tuam q̄s.
vbi vero proces. facta non fue. dici-
tur ista ān Hic est discipulus. ℣⁹ Valde
honorandus. Oratio. Ecclesiam tuā.
Dictis memorijs dicat episcopus

puerorum bñdictionē super populū sicut et post compl. supradictum est.
¶ Ad .i. aña Herodes irat⁹. ps. De⁹ i no. ¶ Ad .iij. aña. A bimatu. ps. Legem pone. cp. Uidi supra montē. ℟. ꝛ ℣. de cōi plurimorū mar. ad omnes ho. dicit cum Alleluia. ꝛ responsiones ℣si. sine alla dicūtur. ¶ Ad .vj. aña. Uox in rama. ps. Defecit. Capitulum.
Apo. 14. Hi sunt qui cum mulierib⁹ non sunt coinquinati: virgines eñi sunt. ¶ Ad nonam. ān. Sub throno. ps. Mirabilia. Capitulum.
Apo. 14. Hi empti sunt ex omnib⁹ primitie deo et agno: ꝛ in ore eorum non est inuentum mendacium. ¶ Ad vesp. ān. Tecum principium. ps. Dixit do. cpm. Uidi supra montem. ℟. Centū quadraginta hoc ℟. ab vno solo puero incipiat ad gradū chori in cappa serica: et suus ℣⁹. ab omnibus in superpelliciis cantetur in statione puerorū cū psa si placet. ꝛ etiā cum Gloria patri. hy⁹. Rex gloriose marty. ℣. Mirabilis deus. aña. Ecce vidi agnum stantem supra montem sion, et cum eo sanctorum milia: et habebant nomen eius et nomē patris eius scriptum in frontibus suis. ps. Magnificat. Orō. Deus cuius. Mēo. de nati. ān. Uirgo verbo concepit: virgo permansit: virgo peperit regem omnium regum. ℣. Uerbū caro. Orō. Cōcede quesumus. Mēo. de sctō stepha. vbi proces. de eo prius fctā fue. cū hac ān. Lapides. vbi vero proces. facta non fue. dr aña. Adhesit anima. ℣sus. Gloria et honore. Or. Da nobis. Mēo. de s. ioanne vbi proces. de eo prius facta fuerit cū hac ān. Hic est discipulus. vbi vero proces. facta non fuerit dr hec aña. Hic est discipulus. ℣. Ualde honorandus. Orō. Ecclesiam tuam. Postea accipiat cruciferarius baculum episcopi et cantet ān. Principes ecclesie. sicut ad primas vesperas. Similiter ꝛ episcopus puerorum benedicat populum supradicto modo: et sic compleatur officiū puerorum huius diei. Tunc eat processio ad altare sancti thome martyris habitu non mutato absq; cereis in manibus cantando. ℟. cātore incipiente. ℟. Jacet granū oppressum palea: iustus cesus prauorum framea. Celum domo commutans lutea. ℣⁹. Cadit custos vitis in vinea, dux in castris, cultor in area. Celum domo. Deinde dicitur prosa ab omnibus qui volunt in superpelliciis coram altari. prosa. Clangat pastor in tuba cornea. Chorus respōdeat cantum prose post vnumquemque versum super literam A. ℣sus. Ut libera sit christi vinea. ℣sus. Quam assumpsit sub carnis trabea. ℣. Liberauit cruce purpurea. ℣. Aduersatrix ouis erronea. ℣sus. Fit pastoris cede sanguinea. ℣. Pauimenta christi marmorea. ℣sus. Sacro madent cruore rubea. ℣sus. Martyr vite donatum laurea. ℣sus Uelut granum purgatum palea. ℣ In diuina transfertur horrea. Celum. Ad hanc prosā non dicitur Gloria patri. sed dum prosa canitur thurifi. sacerd. altare: deinde imaginem beati thome marty. et postea dicitur modesta voce ℣. Ora pro nobis beate thoma. Responso. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex thomas gladiis impiorum occubuit: presta quesumus vt oēs qui eius implorāt auxilium, petitionis sue salutarē consequantur effectum. Per dñm. In redeundo dicitur ℟. de sancta maria. Te laudant angeli sancta dei geni-

...que virum non cognouisti & dñm i tuo ventro baiulasti: cõcepisti per aurẽ dñm nostrũ. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. V. Paries quidẽ filiũ sed virginitatis non patieris detrimentũ: efficieris grauida & eris mater semp intacta. Ut bene. Ubi vero nõ fit pcessio de sãcto thoma: tũc fiat i primis de eo memo. ante memo. de natiuitate cum hac ãn. Pastor cesus i gregis medio pacẽ emit cruoris precio: letus dolor in tristi gaudio grex respirat pastore mortuo: plangens plaudit mater in filio quia viuit victor sub gladio. V. Ora pro nobis. or. Deus pro cuius. Hec sequentes añe dicãtur ad memo. de innocenti. per octa. quibus dictis dñr añe de laut. & postea de noct. ãn. Lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni. añã. Ambulabunt mecum in albis quoniam digni sunt: & nõ delebo nomina eorum de libro vite. Añã. Cantabant sancti canticum nouum ante sedem dei & agni: & resonabat terra in vocibus eorum. In die sancti thome martyris. Ad matutinas. Inuitatoriũ. Assunt thome martyris solẽnia. Uirgo mater iubilet ecclesia. Psal. Uenite exul. Hymnus. Martyr dei qui vnicum. In primo nocturno. ã Summo sacerdotio thomas sublimatus: est in virum alium subito mutatus. Ps. Beatus vir. ãn Monachus sub clerico clã ciliciatus: carnis carne fortior edomat conatus. Ps. Quare fre. ã. Cultor agri dñi tribulos euellit: et vulpes a vineis arcet et expellit Ps. Dñe quid. V. Gloria & ho. Lectõ. j.



Loriosi martyris thome fratres charissimi natalem celebrantes: quia totius vite & conuersationis eius insignia recolere nõ sufficimus, passionis eius modum causamq; succinctus sermo percurrat. Beatus igitur thomas sicut in cancellarie vel archidiaconatus officio in rebus gerendis incomparabiliter extiterat strenuus: ita et post susceptum pastoris officiũ supra humanã estimationẽ factus est deo deuotus. R. Studens liuor thome supplicio thome genus dãnat exilio. Tota simul exit cognatio. vers. Ordo, sexus, etas, conditio nullo gaudet hic priuilegio. Tota simul exit cognatio. Lectio secunda.

Consecratus enim repente mutatus est in virũ alium. Ciliciũ clam induit: femoralibus etiam vsus est vsq; ad poplites cilicinis. Et sub veste clericalis honestate habitum celans monachalem: carnem prorsus seruire spiritui coegit, deo studens omnium virtutum exercitio sine intermissione placere. Sciens igitur se cultorem positum in agro dominico, in vinea custodem, pastorem in caulis: ministeriũ sibi creditum studiose cõpleuit. R. Thomas manũ mittit ad fortia: spernit damna, spernit opprobria. Nulla thomã frãgit iniuria. vers. Clamat cũctis thome cõstãtia: omne solũ est forti patria. Nulla thomã. Lectio. iij.

Iura et dignitates ecclesie (quas sibi publica potestas vsurpauerat) resarcire, et in statum debitum reuocare conatus est. Unde graui questione super iure ecclesiastico et regni consuetudinibus inter ipsum et regem anglorum exorta: coacto consilio proposite sunt consuetudines ille, quas idem rex tam archiepiscopi q̃ suffraganeorum suorũ scripto roborari pertinaciter exegit. Negauit cõstanter archiepiscopus: manifestam in eis asserens libertatis

1 eccl'ie subuersionē. ℟ Jacet granum. vt supra ad processionem: et dicitur hic sine prosa, siue processio de sancto thoma facta fuerit: siue non.

¶ In secundo noctur. Antiphona.

Nec i agnos sustinet lupos deseuire: nec i hortum olerū tineam trāsire. ℣. Cum inuoca. Añ. Exultat vir optim⁹ sacer & insignis: ne cedat ecclesie dignitas indignis. Ps. Verba mea auribus. Añ. Exulantis pdia preda sunt malignis: sed in igne positum nō exurit ignis. Psal. Dñe dñs noster. ℣ Posuisti dñe. Lectio. iiij.

Affectus est igitur contumeliis immensis: dānis grauioribus attritus, et innumeris lacessitus iniurijs. Tandem morte sibi intentata: quia causa ecclesie nondū plene innotuerat, et personalis videbatur persecutio: cedendum censuit esse malitie. Actus igitur in exilium, a domino papa alexādro senonis honorifice susceptus est: & in monasterio pontiniacensi studiose commendatus. Confiscantur interim in anglia omnes archiepi redditus, vastantur predia, possessiones diripiūtur, & excogitato nouo supplicii genere tota simul proscribitur thome
4 cognatio. ℟ Tūc ex summa rerum letitia summ⁹ plāctus fit i ecclesia: de patroni tāti absētia. Sed cū redesit miracula redit pplo letitia. ℣ Cōcurrit turba plurimorū languidorū: & cōsequitur gratiā remediorum. Sed cum redeunt miracula redit.

Lectio quinta.

Omnes etiam amici eius vel familiares vel quicunque eum quocunqz titulo contingebāt: sine delectu conditionis aut fortune, dignitatis aut ordinis, etatis aut sexus, pariter relegantur. Nā & senes et decrepiti, vagientes in cunis et mulieres in puerperio decubantes in exiliū acti sunt. Quotquot autem discretionis annos attigerant: tactis sacrosanctis iurare cōpulsi sunt q mari transito statim cantuariensi archiepiscopo se presentarent: vt vel compassionis gladio totiens confossus, conceptum animi rigorem ad regis voluntatem inflecterent. Sed vir dei manum suam mittens ad fortia: exilium, damna, contumelias et opprobria, parentum & amicorum proscriptionem pro christi nomine constanter sustinuit: nulla prorsus tactus aut immutat⁹ iniuria. ℟ Mundi florem a mūdo cōteri rachel plorans iā cessa cōqueri. Thomas cesus dū datur funeri nouus abel succedit veteri. ℣. Vox cruoris vox sparsi cerebri celum replet clamore celebri. Thomas cesus dum datur funeri nouus abel succedit. Lectio sexta.

Tanta nāqz fuit confessoris christi constantia, vt oēs coerules suos docere videretur: quia omne solum forti patria est. Audiens ergo rex immobilem eius constantiam, directis per abbates quosdam cisterciensis ordinis ad capitulum generale litteris comminatorijs: eum a pontiniaco perturbare curauit. Timēs autē beatus thomas occasione sui viris sanctis imminere dispendium: sponte recessit. Sed anteq progrederet diuina reuelatione confortatus est: ostenso sibi celitus indicio q ad ecclesiam suam rediturus esset cum gloria: et per martyrii palmam migraturus ad dñm. ℟ Christe iesu per thome vulnera q̄ nos ligant relaxa scelera Ne captiuos ferāt ad infera hostis mūdus vel carnis opera. ℣ Per te thoma post leuia munera āplexetur nos dei dextera. Ne captiuos ferant. Gloria patri. Ne capti-

¶ In .iij. noct. añ. Sathane satellites irrumpẽtes templum, inauditum perpetrant sceleris exemplum. ps. In dño confi. añ. Strictis thomas ensibꝰ obuiã procedit: nõ minis, nõ gladijs, sed nec morti cedit. ps. Dñe quis ha. añ. Felix locus felix ecclesia in qua thome viget memoria. felix terra que dedit presulem, felix illa q̃ fouit exulem: felix pater succurre miseris vt felices iungamur superis. psal. Dñe in virtute. ℣. Iustus vt palma florebit.

Secundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Et reliqua.

Omelia bti gregorij pape. Lectio. vij.

Audistis fratres charissimi ex lectione euangelica eruditionem vestram: audistis et periculũ nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti bono sed essentialiter bonus est: dicit. Ego sum pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit: dicens. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Fecit quod monuit: ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis aĩam suam posuit: vt in sacramẽto nostro corpus suum et sanguinem verteret: et oues quas redemerat carnis sue alimento satiaret. Tu autem domine miserere nostri. Rñ. Thome cedunt et parent omnia: pestes, morbi, mores, demonia Ignis aer tellus et maria. ℣. Thomas mũdum repleuit gloria, thome mundus prestat obsequia. Ignis aer tellus et maria.

viij. et nona lectiones de passione sancti thome legantur: et non de expositione euangelij. Lectio octaua.

Igitur exilij sui anno septĩo redijt pastor nobilis in angliam: vt oues christi a morsibus luporum liberaret. Quinto vero dominice natiuitatis die venerunt cantuariam anglici quatuor viri, preclari quidem genere: sed malefactis famosi. Et ingressi pontificem verbis contumeliosis aggrediuntur: lacessunt conuicijs, tandemque minas ei graues intẽtant. Respondit vir dei modeste (iuxta quod ratio exigebat) ad singula: adijciens multas sibi et ecclesie dei post pacis reformationem irrogatas esse iniurias: non esse qui errata corrigeret: dissimulare se de cetero nec posse nec velle, quin cure pastoralis officium exerceret. Tu autem domine miserere nostri. Rñ. Nouis fulget thomas miraculis: mẽbris donat castratos masculis. Ornat visu priuatos oculis. Versus. Mundat lepre conspersos maculis: soluit mortis ligatos vinculis. Ornat visu priuatos oculis.

Lectio nona.

Irruentes igitur in pastorem pium lupi rapaces: in patrem proprium degeneres filij: in hostiam christi crudelissimi lictores: consecratam capitis coronam funestis gladijs amputauerunt: et christum domini solo tenus precipitantes, cerebrum cũ sanguine (quod dictu quoque horrendum est) per pauimentum crudelissime sparserunt. Sic itaque granum frumenti oppressit palea: sic vinee custos in vinea, dux in castris, in caulis pastor: cultor in area cesus est. Sic iustus ab iniustis occisus: domum luteam celesti palatio commutauit. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. R. Iesu bone per thome merita, nostra nobis dimitte debita: domum portam sepulchrũ visita. Et a trina nos morte suscita. ℣.

Actu mente vel vsu perdita pietate restau
ra solita. Et tri. Gloria pa. Et. V. Ora p
nobis beate thoma. Re. Vt. ¶ In lau. ã.
1 Granum cadit, copiam germinat frumẽ
ti: alabastrũ frangitur, fragrat vis vnguẽ
2 ti. ps. Dñs regnauit. ãn. Totus orbis
martyris certat in amorẽ: cuius signa sin
gulos agunt in stuporem. psal. Jubilate
3 ãn. Aqua thome quinquies varians colo-
rem in lac semel transijt: quater in cruo-
4 rem. ps. Deus deus meus. ãn. Ad tho
me memoriam quater lux descendit: et in
5 sancti gloriam cereos accendit. ps. Bene
dicite. ãn. Tu per thome sanguinem quẽ
p te impendit: fac nos christe scãdere quo
thomas ascendit. ps. Laudate. Capm.
Ois ponti. hy. Deus tuorum mili.
vers. Justus ger. ã. Opẽ nobis o thoma por
rige: rege stãtes, iacẽtes erige, mores act9
et vitã corrige, et in pacis nos viam dirige.
ps. Bñ9. or. Deus pro cuius. Mẽo.
de nati. ãn. Beatus venter qui te porta-
uit christe: et beata vbera que lactauerunt
dominum et saluatorem mundi alla. vers.
Bñdictus qui ve. Orõ. Concede quesu-
mus. Mẽo. de sctõ stepha. vbi pro-
ces. prius de eo facta fuerit cum hac
ãn. Adhesit anima. vbi vero proces. fa-
cta non fuerit dr ãn Stephanus vidit.
vers. Posuisti do. Orõ. Da nobis. mẽo.
de sancto ioan. vbi proces, de eo pri9
facta fuerit cum hac ãn. Hic est disci-
pulus meus. vbi vero proces. facta nõ
fuerit dr ã Ecce puer. vers. Valde hono.
or. Ecclesiam. Memo. de inno. vbi
proces. puerorũ facta fue. cũ hac ãn.
Innocẽtes pro christo vbi vero proces.
facta nõ fue. dr ãn Lauerunt sto. vers.
Mirabilis deus Orõ. Deus cuius ho.
¶ Ad. i. ã Granum. ps. Deus in noĩe
¶ Ad. iij. ã Totus orbis. ps. Legẽ po.
cp Ois põti. Re. et vers. de cõi vnius
mar. et põt. ita q Re. ia dicũtur cũ alla

¶ Ad sextam. ãn. Aqua tho. ps. Defecit
¶ Ad. ix. ã Tu per thome. psal. Mira.
¶ Ad ves. ãn. Tecum principiũ. ps Di
xit dominus. Cap. Omnis pontifex.
Rem. Jesu bone. et dr a tribus pueris
de superiori gradu sicut in ceteris
festis dup. per annum. Hymn9. De9
tuorum mili. versus. Justus germi. ãn. 1
Salue thoma virga iustitie, mundi iubar,
robur ecclesie, plebis amor, cleri delicie: sal
ue gregis tutor egregie, salua tue gauden
tes glorie. ps Magni. or. Deus pro
cuius. Memoria de natiuitate. ãna.
Virgo dei genitrix: quem totus non capit
orbis: in tua se clausit viscera fact9 homo:
vera fides geniti, purgauit crimina mundi
et tibi virginitas inuiolata manet. Vsus.
Verbum ca. or. Concede quesumus.
Mẽo. De sancto stepha. vbi proces. de
eo prius fctã fue. cũ hac ã. Stephanus 2
vbi vo proces. nõ fue. fctã: tũc dr ãn.
Ecce video. V. Gloria et hono. or. Da no-
bis qs. Mẽo. de sãcto ioan. vbi pro-
ces. de eo facta fue. cũ hac ãn. Ecce pu
er. vbi vero non, tũc dicitur ãn. Sunt
de hic. V. Valde ho. oratio. Ecclesiam.
Mẽo. de inno. vbi proces. puerorũ fctã
fue. cũ hac ãn. Lauerunt stolas. vbi vo
non: tũc dr ã. Ambulabũt. V. Letamini.
oratio. De9 cui9 ho. ¶ Sexta die a
nati. do. Ad matu. inuit. hy9. añ. ps.
sicut in die natalis dñi dñr. V. Tanq̃
spon. tres lect. fiãt cũ regimine chori.

Secundum Lucam.

In illo tempore. Erant pater et mater iesu mirantes super his que dicebãtur de eo. Et reliqua. Sermo ex commentarijs venerabilis bede presbyteri. Lectio. i.

Patrẽ saluatoris appellat ioseph: non q vere (iuxta fotinianos) pater fuit ei9: sed q ad famã marie conseruandã pater sit ab oĩbus estimatus.

Neque enim oblitus est euangelista eam de spiritu sancto concepisse et virginem peperisse narrauerit: sed opinionem vulgi exprimens (que vera historie lex est) patrem ioseph nuncupat christi. Tu autem dñe. Rem. Hodie nobis celorum. Lectio secunda.

Quamuis et eo modo pater filij valet dici, quo et vir marie recte intelligitur sine cōmixtione carnis copulatione coniugij: multo videlicet cōiunctius q̃ si esset aliunde adoptat⁹. Neq; enim propterea nō erat appellandus ioseph pater christi, quia nō eum concumbendo genuerat: q̃quidem recte pater esset etiã eius quē non ex sua coniuge procreatũ aliunde adoptasset. Responsor. Hodie nobis de ce. Lectio tertia.

Et benedixit illis simeon: et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in israel: et in signum cui contradicetur. Bene in resurrectionem: quia lumē est, quia gloria plebis israel. Quia dicit. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: nō morietur in eternum. Quomodo autē in ruinã: nisi q2 et lapis offensionis et petra scandali (id est ruine) his qui offendunt verbo nec credunt? De quibus ipse ait. Si non venissem et locutus eis fuissem: peccatum nō haberent. Rē. Descendit de celis. ps. Te deum. et dicitur quotidie Te deum vsq; ad oct. epipha. et in ipsis octa. nisi in vigilia epipha. cum extra dominicam contige. V̄⁹. Verbum caro factum est. In laudi. hec sola ãn. Quem vidistis. ps. Dñs reg. et ceteri ps̄ cōsueti dicūtur. Capitulum. Ga. 4

Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt a seruo cū sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est vsq; ad prefinitum tempus a patre. Hoc cap. dr ad has matutinas tãtum. Hy⁹. A solis ortus. V̄⁹. Benedictus qui venit. ãn. Dum medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu iter perageret: omnipotens sermo tuus dñe a regalibus sedibus venit alla. ps. Benedictus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussctī. Oratio ista dicitur ad has matutiñ. tantum: et ad .j. suo loco tm̄. Ad alias horas dicitur ōrō sicut in die natalis dñi. Memo. de natiui. ã. Pastores dicite quidnã vidistis et annunciate christi natiuitatē: infantem vidimus pannis inuolutum, et choros angelorū laudãtes saluatorem. V̄. Ipse inuocauit me. Oratio. Cōcede q̃s. Mēo de sancto steph. vbi process. de eo facta fuerit cum hac ãn. Ecce video. vbi vero non, tunc dicitur ãn. Beatus stephanus. V̄⁹. Justus ger oratio. Da no. Memo. de .s. ioanne vbi proces. de eo prius facta fuerit cū hac ã. Sunt de. vbi vero non, tūc dicitur ãn. Sic eum volo manere. V̄⁹. Valde honorandus. Or. Ecclesiam. Mēo. de innocē. vbi processs. puerorum facta fuerit cum hac ãn. Ambulabunt. vbi vero non, tūc dr ãn. Cantabant. V̄⁹. Mirabilis deus or. Deus cuius ho. Mēo. de .s. tho. vbi process. de eo prius facta fue. cū hac ãn. Pastor cesus. vbi vero nō, tunc dr ã. Granū cadit. V̄⁹ Ora pro no. Or. De⁹ pro cuius. ¶ Ad .j. ã. Quē vidistis. ps. Deus i noie. ã. Te inte. ps. Quicūq;.

Ad .iij. vj. ꝛ ix. eꝑ. R. ꝛ V. sicut in die nati. dñi dñr cũ hac or. Cõcede q̃s.

¶ Si dies dñic⁹ in .vj. die a na. dñi contige. fiant .ix. lectio. sez sex de sermone beati maximi epi de nati. domini sez lect. j. Hodierni mysterij. et addantur .iij. lec. de expo. euange. sez Erãt pater ꝛ mr̃. Inui. hy⁹, añe, ps, V, ꝛ R. sicut i die nati. dñi dñr. lec. j.



Hodierni mysterij fratres charissimi sacramentũ sicut credidistis semper ꝛ creditis: reparatio est salutis humane, virtutũ natiuitas, ꝛ ruina viciorũ. Hodie nã q christus iesus dñs nr̃ in quo diuinitatis est plenitudo, carnis nr̃e infirma suscipiẽs nouus natus est homo. Hodie refulsit secũdus ille adã, non incola sed dñs paradisi: quẽ inter cetera arboris pulchritudo nõ fallat, serpens non decipiat, mulier non seducat. Tu autem. Lectio secunda.

Hodie exortũ est lumẽ in tenebris. Hodie illud quod celum ꝛ celi celorũ se habere gaudebant: mundus dum nescit accepit. Neq ei vt tp̃alis quidam nec qui ante non fuerit, de femina nobis repentinus emersit: sed qui semper erat cum p̃re deus semp quoq regnabat, non nouo per virginem voluit mortalibus apparere mysterio. Nouus quidẽ hõ sed dñs sempiternus: nouus christus sed rex omnium seculorum. Lectio tertia.

Ipse est in fine temporũ natus ex maria: qui ante oĩa secula vnigenitus processit a patre. Hic est creditus a patriarchis, a prophetis predicatus, annunciatus ab angelis, ab apostolis approbatus. De vno codẽ legis. In principio erat verbum, et verbum caro factum est. Gaude ergo nunc ꝛ exulta tãdem ad deum tuum conuersa gẽtilitas: percepisti donum quod abraham in spũ vidisse letatus est. Meruisti per christum quod mereri quondam gens electa non potuit. Lectio quarta.

Timẽs enim israel ꝛ tremens mirabatur (vt legimus) ꝙ moyses populi princeps reconditus in nube ꝛ in vertice montis altissimi solus cum domino loqueretur. Tibi vero sic natus est christus, et tantam nobis dignationem concessit: vt loqueretur hominibus, et ab hominibus videretur. Ad illum tunc montem sinai quicunque accessisset ex populo: presenti puniebatur interitu. Ad hunc vero montem qui hodie natus est mundo: quicunq non accesserit morietur. Tu autẽ domine miserere. Lectio quinta.

Et tũc quidem vnus populus erudiebatur ad fidẽ: nunc vero oẽs gentes vocãtur ad vitam. Viderunt venerabiles patres nostri innumera magnaq mirabilia. Celum illis angelicas rorauit escas, dulcia pocula lapis durissimus ministrauit, iordanis perpetem meatum suum retorsit in fontem, validissimi hostiũ muri tubarum strepitu corruerunt. Sol quoq commoratus in celo: lõgiorem triumphanti populo prestitit diem. Lectio sexta.

Hoc vero nullis añ seculis videre datũ est, vt vnigenitus altissimi quẽ tremẽtes archãgelorũ suscipiũt potestates: hominem se hoĩbus exhiberet, ꝛ carnẽ quam assumpsit ab hoĩe transformaret in deum. Amplectere ergo dignationẽ maiestatis eterne.

et ne arcanam dei tui discutias voluntatem: quia omnib⁹ quidē natus est xp̄s, sed fidelibus dat salutē. Et addantur. iii. lectio. de expositione euangelii. Erant pater et mater. In laudi. omnia fiant sicut prenotatū est siue dn̄ica fuerit hac die siue non. Hoc modo dn̄r hore. Ad primam. ān. Quem vidistis. ps. Deus in nomine. Afia. Te iure. Psal. Quicunqꝫ vult. Ad. iii. vi. et ix. cp̄. Re. et V. sicut in die natiuitatis dn̄i dn̄r cum hac ofone. Concede quesumus. Si dies do. in die sancti stephani, vel sctī ioannis, aut sctoꝝ innocē. aut scti thome, aut scti siluestri, aut circūcisionis euen. totū serui. fiat de fest. et nihil de do. Sancti siluestri pape et confesso. Ad vesp. ān. Eccē p̄rin. ps. Dixit dominus. Cpm. Ecce sacerdos. Re. Miles christi. Hy⁹. Iste confes. V. Amauit. ān. Confessor domini. Oratio.

Da quesum⁹ omnipotēs de⁹: vt beati siluestri confessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dominum nostrum. Memoria de natiuitate. antiphona. Uirgo hodie fidelis et si verbū genuit icarnatū virgo mā̄sit et post partū: quā laudātes oēs dicim⁹: benedicta tu in mulierib⁹. V. Uerbum caro. Or. Concede q̄sum⁹. Mēo. de sctō steph vbi de eo proces. sctā fuerit cū hac ān. Btūs stephanus. vbi vero non, tunc dr̄ ān Cōstitut⁹. V. Gloria et ho. Or. Da nobis quesumus Memo. de sctō ioā. vbi de eo p̄ces. facta fue. cū hac ān. Sic eū volo manere. vbi vero non, tūc dr̄ ā. Ioānes apo. V. Ualde honoran. Or. Ecclesiam tuam. Memoria de innocen. vbi processio puerorum facta fuerit cum hac ān. Cantabant. vbi vo nō, tūc dr̄ ān. Vero des irat⁹. V. Letamini. Or. Oro. De⁹ cuius. Mēo. de sancto tho. vbi de eo p̄cess. facta fue. cum hac ān. Granum cadit. vbi vero non, tunc dr̄ ā. Totus or. Hy⁹. Ora pro nobis. Or. Deus pro cuius. Ad matu. de sctō siluest. inuita. hy⁹. āe. pi. Hy⁹. Reli de cōi vnius confesso. et ponti. dicantur. ix. lec. fiāt. Lectō. i.



Siluester vrbis rome episcopus cū esset infantulus: a vidua matre iusta nomine tradit⁹ est cyrino presbytero. Cuius et vitā imitatus et mores: ad summum apicem christiane religionis attigit. Sanctus iuuenis hospitalitatem tota animi diligētia exhibebat: quam non diuitie terrene sed bone voluntatis thesauri adimplebant. Tantamqꝫ gratiam ei deus dedit: vt non solum a christianis, sed etiā ab ethnicis simio diligeretur affectu. Lectio. ii.

Tricesimo autem etatis sue anno a sancto melchiade vrbis rome episcopo diaconus factus est: nec multo post omnis populus christianoꝝ in vrbe presbyterum eum sibi expo scunt fieri. Sancto igitur siluestro presbytero ordinato tantam deus ei gratiam contulit: vt nullus esset q̄ non illum ex affectu diligeret: et verum famulum dei esse acclamaret. Erat eni aspectu angelicus, sermone nitidus, opere sanctus, corde integer, ingenio optimus, consilio magnus, fide catholicus, spe sapientissimus, charitate diffusus. Lectio. iii.

Sancto itaqꝫ melchiade episcopo migrante ad dn̄m, ab oi populo siluester eligit: ita vt nullus inueniret qui non eius electionem acclamaret.

Sanctus vero siluester etatis sue excusationem opponens, quantum se excusabat indignum: tātum dignus ab omnib⁹ clamabatur. Quid multa? His et huiusmodi assertionibus populorum arctatus: auctore deo leuatur vrbis rome episcopus: et quia hoc esse meruit, operibus declarabat. Medie lec. de nati. domini fiant cum hoc V. Ipse inuocauit me. Sermo beati fulgentij. Lectio quarta.

Bene nunciate (ait propheta) diē de die salutare ei⁹. Quid est diē de die nisi filiū de patre? Est igit de patre et fili⁹ de die dies. Sed tamē pater et filius nō duo dies: sed vnus est dies. Est de patre filius: de deo deus. Pater tñ et filius non duo dij: sed vn⁹ est deus. Unus igit dies eternitatis simul pater et filius a nobis cognoscitur: in die aūt tpis sol⁹ filius inuenitur. Dies eñi etern⁹ pater et filius nrm corp⁹ et animā fecit: in die vero tēporis solus filius nostrum corpus animāq; suscepit. R. Quem vidistis pastores. Lectio quinta.

Christus dies eternus vnigenitus in forma dei manēs: christus in die temporis vnigenitus formam serui accipiēs. Christus dies etern⁹, dies permanens vt cōderet nos: christus in die tpis pauper factus vt redimeret nos. Dies etern⁹ christus de deo patre: christ⁹ in die tpis deus homo de virgine matre. Christus dies eternus verbū eructatū de corde patris: christus in die patris verbū caro factum de vtero virginis matris. R. O magnum mysterium. Lectio sexta.

Christus dies eternus deus verus de deo vero: christus in die temporis sponsus procedens de thalamo suo. Dies eternitatis christus angelos creās: dies in tēpore christus hoīes saluās. Dies eternitatis christus in celo sanctos angelos pascens: dies tēporis christus homines in terra reficiens. Ut enim panem angelorum manducaret homo: creator angelorum factus est homo. Utrosq; pascens: et integer permanens. R. Te laudent. nisi hoc festum in die lune cōtigerit tantū: tūc enim dicitur R. Tanq̄ sponsus. cum his R. Hodie nobis celo. R. Hodie nobis de cel. R. Descendit de cel.

Uocauitq; pharao abrahã et dixit ei. Quidnam hoc est qđ fecisti mihi? Quare nõ idicasti mihi: q sarai vxor tua esset? Quã ob causam dixisti esse sororẽ tuã: vt tollerẽ eã mihi vxorẽ? Nũc igit ecce coniunx tua: accipe eã & vade. V. Fiat mia. In lau. ãe. & psal. illius fer. cp. Cõuertimini. Hy⁹. & V. illius fer. ã. Dñe puer meus iacet paralyticus in domo: & male torquetur, amẽ dico tibi ego veniã & curabo eum. p. Bñd⁹. or.

Deus q culpa offenderis: penitentia placaris preces populi tui supplicãtis propitius respice: & flagella tue iracũdie q pro peccatis nrĩs meremur auerte. Per do. Ad ves. ãe. & psal. ferial. cp. Dñs aũt dirigat. hy⁹ Magne deus. V. Dirigatur. añ. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo: et sanabitur puer meus. p. Mag. or.

Parce dñe parce populo tuo: vt dignis flagellationib⁹ castigatus i tua miseratione respiret. Per dominum nostrum.

¶ Feria sexta. Inuita. hymnus antiphone, & psalmi, & V. illius ferie. R. de histo. do. dicuntur per ordinem: ita tñ q R. fe. nõ omittãtur. Lect. i.

Recepitque pharao super abraham viris: & deduxerunt eum & vxorem eius, & omnia que habebat. Ascendit ergo abraham de egypto: ipse et vxor eius et omnia que habebat, et loth cũ eo ad australẽ plagã. Erat aũt diues valde in possessione auri & argẽti. L.ij.

Regressusque per iter quo venerat ascendit in bethel vsque ad locũ quo fixerat tabernaculum inter bethel et hay in loco altaris quod fecerat prius. Et inuocauit abrahã ibi nomen domini: sed & loth erat cum eo. Fueruntque eis greges ouium & armenta & tabernacula nec poterat eos capere terra, vt habitarẽt simul. L.iij.

Erat quippe substãtia eorum multa: et nequibant habitare communiter. Facta est autem rixa inter pastores gregum abraham et loth. Eo autem tempore chananeus et pheresęus habitabant in illa terra. Dixitq; abraham ad loth. Ne queso sit iurgium inter me & te: nec inter pastores nostros. añ. Cum facis elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Psalmus Benedictus. Oratio.

Inchoata ieiunia quesum⁹ domine benigno fauore proseq̃re: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus, mẽtibus etiam sinceris exercere valeamus. Per dñm. Ad vesperas, antiphone, hymnus, & V. illius fer. Cap. Dominus autem dirigat. Hy⁹. Plasmator. V⁹. Dirigatur domine. añ. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum: et clauso ostio ora pa-

trem tuum. Ps. Magnificat. Oratio.

Tuere domine populum tuũ: et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per dominum nostrum.

¶ Sabbato. Inuitato. Dominũ deũ. ps. Venite. Hymnus. Summe de⁹. In noc. añ. Quia mirabilia. Ps. Cantate. ij. Vsus. Domine exaudi orationem meam. R. dicũtur de hyto. do. suo ordine cum R. ferie. Lectio prima.



Isitauit deus saram sicut promiserat: et impleuit que locutus est. Concepitque & peperit filium in senectute sua: tempore quo predixerat ei deus. Vocauitque abraham nomen filij quem genuit ei, ysaac: et circuncidit eum octaua die sicut ꝑceperat ei dñs cũ esset centum annorum. Lectio scda.

Dixit autem sara. Risum fecit mihi dominus. Quicunque audierit: corridebit mihi. Rursumque ait. Quis auditur⁹ crederet abraham; quod sara lactaret filium quem peperit ei iam seni. Creuit ergo puer & ablactatus est. Fecitque abraham grande conuiuium in die ablactationis sue. Lectio tertia.

Quadam die cum vidisset sara filium agar egyptie ludentem cum ysaac: ait ad abraham. Eiice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio meo ysaac. Dure accepit hoc pro filio suo abraham. In laud. añ. Benigne. Ps. Miserere. Cp. Conuertimini. Hy⁹. Aurora iam. Si aliquod festum ix. lectio. in hoc sab. contigerit tunc predicti tres hym. in illo ãno oĩno ꝑtermittãtur. V. In matu. añ. Quare ieiunauimus et non aspexisti: humiliauimus animas nostras et nescisti. Ps. Benedictus. Oro.

Adesto domine supplicationibus nostris & concede: ut hoc solẽne ieiuniũ quod aĩab⁹ corporibusq; curãdis salubriter institutum est: deuoto seruitio celebrem⁹. Per.

1.A ¶ Dominica prima xl. tota dicitur histo. & in 4. fe. et sabba. dicuntur respon. fer. Feria tertia et 5. fiat
2.A memo. de sanctis ad ves. & ad matu. de sancta maria. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur his. et in quinta
fe. dicuntur respon. fe. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in sabba. Et tunc ab hoc sab. usque
3.A ad inchoationem histo. In principio. accipietur. 2. G. & inchoetur ad 2. do. xl. ¶ Dominica prima xl. to-
ta cantetur histo. In 2. fe. cantentur respon. fe. Feria quarta & quinta de fes. nouem lectio. omnia de com-
4.A muni. ¶ Dominica prima xl. tota cantetur histo. Feria quarta et sabbato dicitur respon. fe. ¶ Domini.
prima xl. tota cantetur histo. & festum sancti gregorij differatur in crasti. Ad secundas vesperas que erunt
5.A de fes. fiat solen. memo. de dominica & in 5. fe. dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur hist.
1.B In quarta fe. & sabbato dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. fer. de do. et in 6. feria. dicitur resp. fe.
In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in 6. fe. & respon. fe. dicitur in 5. fe. & tunc ab hoc sab. usq;
2.B ad inceptionem histo. In principio accipietur. 2. A. & inchoetur ad 2. do. xl. ¶ Dominica prima. xl. tota
dicitur histo. Feria tertia de sancto dauid nouem lectio. omnia de communi unius confessoris et pontifi.
Feria quarta de s. cedda nouem lectio. de communi unius confesso. Fe. 6. dicitur respon. fe. ¶ Dominica
3.B prima xl. de seruitio do. Feria quarta dicuntur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur hist. Ad pri-
4.B mas ves. que erunt de fes. & solen. me. de do. et in 4. fe. dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. tota di-
5.B citur hist. et nihil de fest. Feria quarta et sabba. dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur his.
1.C et in 6. fe. dicitur respon. fe. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in 5. fe. Et ab hoc sab. usq; ad
2.C inceptionem his. In principio. accipietur. 2. G. pro litera dominicali & inchoetur ad 2. do. xl. ¶ Domini-
3.C ca prima xl. tota dicitur hist. Feria 2. de sancto dauid ix. lect. omnia de communi unius confesso. & ponti.
4.C Feria tertia de s. cedda ix. lect. oia de communi unius conf. et pon. & in 6. fe. dicitur. R. fe. ¶ Do. 1. xl. to-
5.C ta dicitur his. Feria quarta dicitur respon. fe. Feria sexta de sancto gregorio. ¶ Dominica prima xl. tota
1.D dicitur his. Feria 4. dz respon. fe. Feria 5. de sancto edwardo añ. Iste sanctus. Cp. Beatus vir qui in
2.D sapientia. R. Beatus vir qui inuenit. Sab. de sancto cuthberto ix. lect. ¶ Dominica prima xl. to. dz hist.

Feria 4. ⁊ sab. dr R. fe. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur historia. Feria 4. ⁊ sab. R. fe. ¶ Do. 1. xl. 3.D
tota dicitur his. ⁊ fes. sancti petri differatur in crasti. ⁊ in 6. fe. dicitur R. feria. In anno bissextili fiat ser
ui. de sancto mathia in quarta feria. Et abhinc usque ad secundam diem augusti accipietur. 2. ¶ pro
littera dominicali ⁊ inchoetur ad 2. domi. quadragesime. ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur 4.D
historia ⁊ fes. s. dauid differatur usque ad tertiam fe. Feria secunda de sancto cedda nouem lectio. Or. ⁊
cetera de communi unius confessoris ⁊ pontificis. Feria tertia de sancto dauid nouem lectio. omnia de
communi. In sexta fe. dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur histo. ⁊ in 4. fer. dr respon. 5.D
fe. Feria quinta de sancto grego. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. Feria quarta ⁊ sabbato dr respon.
fe. Memoria de fes. ad vesperas ⁊ ad matutinas beate marie. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur hist. in
4. fe. dicitur respon. fe. ⁊ sabba. vespere erunt de do. et solen. memoria de apostolo. ¶ Dominica prima 1.E
xl. de serui. do. secunde vespere erunt de apostolo: et solen. memo. de do. ⁊ in 5. fe. dicitur respon. fer. In 2.E
anno bissextili fiat serui. de apostolo in 3. fe. et vespe. erunt de do. Et abhinc usque ad inceptionem hist.
In principio accipitur. 3. D pro littera dominicali ⁊ sabbato de sancto dauid nouem lectio. Or. sc. de
communi unius confessoris ⁊ pontificis. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur histo. et fes. s. cedde differa-
tur in crasti. ⁊ ibi fiant nouem lectio. de communi unius confessoris ⁊ pontificis. Feria quinta dr respon. 3.E
fe. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. in 5. fe. dicitur respon. fe. Feria quarta de sancto gregorio. Capm.
Ecce sacerdos. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. in 4. fe. ⁊ sabba. dicitur respon. fe. et memoria de san 4.E
cto ad vesperas de sancta maria. ¶ Dominica prima xl. tota dicitur histo. ⁊ in. 4. fe. dicitur respon. fer. 5.E
¶ Dominica prima xl. de serui. do. secunde vespere erunt de sancto mathia cum pleno serui. in crasti. et 1.F
solen. memo. de do. Feria quinta dicitur respon. fe. Feria sexta de sancto dauid omnia de communi unius 2.F
confesso. ⁊ pontificis. Si fuerit bissextus: tunc in do. vespere erunt de do. de apostolo in 3. fe. Et abhinc
usque ad inceptionem historie. In principio accipietur. 3. E pro littera dominicali et inchoetur ad do. 2.
xl. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. Feria quarta et sabbato dicitur respon. fe. In quinta fe. memoria 3.F
de fes. ad vesperas et ad matutinas de sancta maria. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. Feria quinta di 4.F
citur respon. fe. Feria tertia de sancto Gregorio. Ch. Ecce sacerdos. ¶ Dominica prima xl. de seruitio do. 5.F
Feria quarta ⁊ sabbato dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. totum seruitium do. et in 4. fe. dicitur 1.G
respon. fe. Sabbato de sancto mathia secunde vespere erunt de apostolo: ⁊ solen. memo. de do. In anno 2.G
bissextili fiat serui. de sancto mathia: in 2. fe. sequen. et tunc ad primas vesperas fiat solen. memo. de do. 3.G
Et abhinc usque ad inceptionem historie. In principio accipietur. 2. F pro littera dominicali ⁊ inchoetur 4.G
ad 2. do. xl. ¶ Dominica 1. xl. de seruitio do. et in 4. fe. dicitur respon. fe. Feria quinta ⁊ sexta de sanctis
nouem lectio. Or. sc. de communi unius confessoris et pontificis. ¶ Dominica prima xl. de serui. do. in .5.G.
4. fe. et sabba. dicitur respon. fe. ¶ Dominica prima xl. de seruitio do. secunde vespere erunt de sancto
grego. Ch. Ecce sacerdos solen. memo. de dominica: in quinta feria dicuntur respon. fe.

¶ Dominica prima xl. ad vesp. an. Benedictus. ps. Ipsum. Capitulum.

Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis: ait enim tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. R. Emendemus. Hy.

Ex more docti mystico seruemus hoc ieiunium: deno dierum circulo ducto quater notissimo.

Lex ⁊ prophete primitus hoc pretulerunt, postmodum: christus sacrauit omnium rex atque factor temporum.

Utamur ergo parcius verbis cibis et potibus: somno iocis ⁊ arctius perstemus in custodia.

Uitemus autem pessima que subruunt mentes vagas: nullumque demus callido hosti locum tirannidis.

Dicamus omnes cernui clamemus atque singuli: ploremus ante iudicem flectamus iram vindicem.

Nostris malis offendimus tuam deus clementiam: effunde nobis desuper remissor indulgentiam.

Memento q sumus tui licet caduci plasmatis: ne des honorem nominis tui precamur alteri.

Laxa malum quod gessimus auge bonum quod poscimus: placere quo tandem tibi possimus hic ⁊ perpetim.

Presta beata trinitas concede simplex unitas: ut fructuosa sint tuis ieiuniorum munera. Amen. V. Angelis suis deus mandauit de te, R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. an. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: in his ergo diebus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, et in charitate non ficta. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: pñsta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operib⁹ exequatur. Per. Ad comple. ã. Signatum est. Ps. Cum inuocarem. Cp. Tu in nobis. ℞. In pace. Hy⁹. Christe qui. ℣. Custodi. ãn Cum videris nudum. ps Nunc dimittis. quere hec omnia ad comple. post psal. Ad matu. Inui. Non sit vobis vanum mane surgere ante lucem: qz promisit dominus coronam vigilantibus. Psalmus Venite. Hymnus.

Summi largitor pmii spes q̄ es vnica mundi: preces intende seruorũ ad te deuote clamātum.

Nostra te conscientia graue offendisse monstrat: quā emundes supplicamus ab omnibus piaculis.

Si renuis quis tribuet, indulge qz potens es: te corde rogare mūdo fac nos precamur domine.

Ergo acceptare nostrum qui sacrasti ieiunium: quo mystice paschalia capiamus sacramenta.

Summa nobis hoc cōferat in deitate trinitas: in qua gloriatur vnus per cuncta secula deus. Amen. In.j. noctur. ãn Seruite. ps Beatus vir. ℣. Dicet domino. ℞. Susceptor meus es tu et refugium meum deus meus. Nō vz vlterius. Sex prime lectiones de sermone btī leonis pape legātur. Lec.j.

Licet nobis dilectissimi appropinquante pascha ieiuniū quadragesimalis obseruātie ipse legitimi tpis cursus indicet: cohortatio tamē etiā nostri sermonis adhibenda est, que auxiliante domino nec inutilis sit pigris: nec onerosa deuotis. ℞. Ecce nunc tempus acceptabile, Ecce nunc dies salutis: cōmendemus nosmetipsos in multa patientia, in ieiuniis multis, Per arma iustitie virtutis dei. ℣. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, vt non vituperetur ministerium nostrum. Per arma iustitie. Lectio secunda.

Cum enim omnem obseruantiam nostram ratio istorum dierum poscat augeri: nemo est vt confido de vobis qui se ad opus horum non gaudeat incitari. Natura enim nostra adhuc manente mortalitate mutabilis: etiam si ad summa queqz virtutũ studia, puehat: semper tamen sicut potest habere quo crescat: ita potest habere quo recedat. ℞. In oīnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patiētia, Ut non vituperetur ministeriū nostrum. ℣. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis nemini dantes vllā offensionē. Ut. L.iij.

Hec est perfectorum vera iustitia vt nunquam presumant se esse perfectos: ne ab itineris nōdum finiti intentione cessantes, ibi icidat deficiendi periculum: vbi proficiendi posuerunt appetitum. Quia ergo nemo nostrum dilectissimi tam perfectus et sanct⁹ est: vt perfectior sanctiorque esse non possit: omnes simul sine differentia graduum, sine discretione meritorum ab his ĩ que peruenimus, in ea que nondum apprehendimus pia auiditate curramus: et ad mensuram consuetudinis nostre necessariis aliquid addamus argumentis. ℞. Emendemus in melius q̄ ignorāter peccauim⁹: ne subito p̄occupati die mortis queramus spacium penitentie et inuenire non possimus. Attende domine et miserere quia peccauimus tibi. ℣. Peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus. At-

tende. Gloria patri et filio. Attende.
¶ In secundo nocturno. añ. Bonorum. ps. Conserua. V. Ipse liberauit me. R. De laqueo venantium et a verbo aspero. Lectio quarta.

Nam rum enim religiosus alio tempore demonstratur: qui in his diebus religiosior non inuenitur. Unde opportune lectio apostolice predicationis auribus nostris insonuit: dicens. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. R. Paradisi porta. R. Scindite, et R. Abscõdite.quere hec tria R. in quarta feria in capite ieiunij. Lec. v.

Quid acceptius hoc tempore? Quid his diebus salubrius, in quibus bellum vitiis indicitur: et omnium virtutum profectus augetur? Semper quidem tibi o anima christiana vigilandum contra salutis tue aduersarium fuit: vt nullus existeret locus tentatoris insidiis. Sed modo maior tibi cautio, et sollicitior est assumenda prudentia: quando idem hostis tuus acrior seuit inuidia. Lectio sexta.

Nunc enim in toto mundo potestas ei antique dominationis aufertur: et innumera illi captiuitatis vasa rapiuntur. Renunciatur atrocissimo predoni a populis omnium nationum, omniumque linguarum: et nullum iam genus hominum reperitur, quod non tyrannicis legibus reluctetur. Dum per omnes fines terrarum regeneranda in christo multorum milium milia preparantur, et appropinquante noue creature ortu, spiritualis nequitia ab his quos possidebat extruditur. Fremit ergo expoliati hostis impius furor: et nouum querit lucrum, quia ius perdidit antiquum. Captat indefessus et peruigil si quas reperit oues a sacris gregibus negligentius euagantes, quas per procliua voluptatum et deuexa luxurie in diuersoria mortis inducat. ¶ In tertio noc. añ. Preceptum. ps. Celi enarrant. V. Scapulis suis obumbrabit tibi. R. Et sub pennis eius sperabis.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Ductus est iesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et reli. Ome. bti greg. pape. Le. vij. Cap. 4. A.

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu ductus est iesus in desertũ, propter hoc quod subditur. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursum. Assumpsit eum in montem excelsum. Sed vere et absque vlla dubitatione conuenienter accipitur vt a spiritu sancto in desertum ductus credatur, vt illuc eum suus spiritus duceret, vbi hunc tentandum malignus spiritus inueniret. R. In ieiunio et fletu orabant sacerdotes dicentes. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in perditionem. V. Inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes dicentes. Parce domine parce populo tuo. Lectio octaua.

Sed ecce cũ dicitur deus homo vel in excelsum mõtẽ vel in sanctã ciuitatẽ a diabolo assumptus, mens refugit, humane hoc audire aures expauescunt. Que tñ nõ esse incredibilia ista cognouimus, si in illo etiam alia facta pẽsamus. Certe iniquorũ oĩm diabolus caput est, et huius capitis

membra sunt omnes iniqui. Non-
ne membrum diaboli fuit pilatus?
Judei etiam persequentes: et mili-
tes christum crucifigentes? Quid
mirum fratres si se dominus ab illo
permisit in montem duci: qui se per-
tulit a membris eius crucifigi? ℟.
8 Tribularer si nescirem misericordias tu-
as domine: tu dixisti nolo mortem pecca-
toris, sed magis vt conuertatur et viuat.
Qui chananeam et publicanum vocasti ad
penitentiam. ℣. Et petrum lachrymantem
suscepisti misericors domine. Qui chana-
neam et publicanum. Lectio nona.
NOn est ergo indignum redẽ-
ptori nostro q̃ tentari voluit:
qui venerat occidi. Justum quippe
erat vt sic tentationes nostras suis
tentationibus vinceret: sicut mor-
tem nostram venerat sua morte su-
perare. Sed sciendum nobis est q̃
tribus modis tentatio agitur: sug-
gestione, delectatione, consensu. Et
nos cum tentamur: plerumqꝫ in de-
9 lectationem labimur. ℟. Ductus est
iesus in desertũ a spũ vt tẽtaretur a diabo
lo. Et accedens tentator dixit ei. Si filius
dei es, dic vt lapides isti panes fiant. ℣.
Et cũ ieiunasset quadragita diebus & qua-
draginta noctibus postea esuriit. Et. Glo-
ria. Si. Fer. ℟. Angelis suis mãdauit de
te vt custodiãt te in omnibus viis tuis. In
manib⁹ portabũt te. Ne vnq̃ offendas ad
lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem
et basiliscum ambulabis, & cõculcabis leo
nem & draconem. In ma. Gloria. Ne. Hoc
℟. erit tertium quotiens dicitur ℣.
iij. noc. p hebd. scz de tp'ali. ℣. Ipse li-
berauit. ℟. De laqueo venan. In lau. ã.
1 COr mũdum crea in me deus: & spiritum
rectum innoua in viscerib⁹ meis. ps. Mi
2 serere. ãn. O dñe saluum me fac, o domine
bene prosperare. ps. Confitemini. ãn.

Sic benedicam te in vita mea domine: et
in nomine tuo leuabo manus meas. ps.
Deus deus meus. ãn. In spiritu humi
litatis & in animo cõtrito suscipiamur do
mine a te: & sic fiat sacrificiũ nostrum vt a
te suscipiatur hodie, & placeat tibi domine
deus. ps. Benedicite. ã. Laudate deum
celi celorum et aque omnes. ps. Lauda-
te. Cap. Hortamur. Hymnus.
AUdi benigne conditor nostras
preces cum fletibus: ĩ hoc sa
cro ieiunio fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium, infirma
tu scis virium: ad te reuersis exhibe
remissionis gratiam.
Multum quidem peccauimus, sed
parce confitentibus: ad laudẽ tui no
minis, confer medelam languidis.
Sic corpus extra cõteri dona per
abstinenciam: ieiunet vt mẽs sobria
a labe prorsus criminum.
Presta beata trinitas. ℣. Scuto cir
cundabit. ℟. Non timebis. ãn. Ductus
est iesus in desertum a spiritu vt tenta-
retur a diabolo: et cum ieiunasset quadra-
ginta diebus et quadraginta noctibus,
postea esuriit. ps. Benedictus. Or. De-
us qui ecclesiam. ¶ Ad j. ãn. Jesus au
tem cum ieiunasset quadraginta diebus et
quadraginta noctibus postea esuriit. ps.
Deus de⁹ meus resp. ¶ Ad. iij. ãn.
Non in solo pane viuit homo, sed in omni
verbo quod procedit de ore dei. ps. Le-
gem pone mihi do. Cap. Hortamur.
℟. Participem ¶ Chorus prosequatur.
me fac deus omnium timentium te. Et cu-
stodientium mandata tua. Clericus di-
cat versum. Aspice in me et miserere mei
secundum iudiciũ diligẽtium nomen tuũ.
Et. Gloria. Participem. ℣. Dicet domi-
no. ℟. Susceptor meus. ¶ Ad. vj ãn.
Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam
ciuitatem & statuit eum supra pinnaculum

templi, et dixit ei: si filius dei es mitte te deorsum. ps. Defecit. Capitulum.

2. cor. 6. A. Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem vt non vituperetur ministerium nostrum. ℟. Ab omi. Chorus prosequatur totum ℟. Vias mala prohibui pedes meos. Ut custodiam mādata tua domine. Clericus ℣. A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Ut custo. Gloria pa. Ab omni. ℣. Ipse liberauit me. ¶ Ad nonā. ān Vade satana: non tentabis dominum deum tuū. ps. Mirabilia. Capitulum

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia, in ieiuniis multis, per arma iustitie. ℟. Declara. Chorus prosequatur ℟. Super nos deus Tuam misericordiam. ℣. Declaratio sermonum tuorum dat intellectum domine. Tuam. Gloria patri. Declara. ℣. Scapulis suis. ¶ Ad vesperas ān. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. Cp. Hortamur. ℟. Esto nobis domine. Chorus prosequatur ℟. Turris fortitudinis. clericus dicat versum A facie inimici. Tur. Gloria patri. Esto nobis. Hoc ℟. dicitur quotidie ad ves. per. xv. dies nisi in sabbato et in festis sanctorū. Hy. Ex more docti. ℣. Angelis suis. ē Reliquit eum tentator: et accesserunt angeli et ministrabant ei. ps. Magnificat. Oratio Deus qui ecclesiā. Supradictus ordo versu. huius dominice ad vtrasque vesperas et ad matutinas et ad alias horas seruetur vsque ad passionem domini tam in feriis quam in dominicis quando de temporali agitur: excepto quando ℣. Ipse liberauit. dicitur ante lectio. tunc ante laud. dicitur. ℣. Scapulis. ¶ Feria secunda prime hebdo. xl. ad matuti. Inuita. Uenite exultemus. ps. Ipsum. Hymnus. Summi largitor. ¶ In noctur. ān Dn̄s defensor. ps. Dominus illuminatio. et cetere antiphone cum suis psalmis istius fe. Quotidie per hebdoma dicuntur ℣. et ℟. ad matutinas secundum ordinem noctur. histo. do. quando de temporali agitur: ita tamen quod ℟. ferialia non omittantur. Nota quod si festum nouem lectio. hac die contigerit tunc omittantur lec. de hac secunda feria illo anno. Eodem modo fiat per totam hebdomadam ¶ Lectiones de sermone bti maximi epi. Lectio .j.



Ante dies deuotionis quadragesime predicātes sacrarum literarum exempla protulimus quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum: sed diuinitus consecratum. Nec terrena cogitatione initiatum: sed celesti maiestate preceptum. Lectio secunda.

Atque ideo qui cōstitutum numerum vna die manducando preterit: non vnius diei violator accusatur, sed et totius quadragesime transgressor arguitur. Lectio tertia.

Unde bonū est homini vt ad diem sine labore ieiunet: et totius quadragesime cōsequatur pariter felicitatē. Hec aūt nō tā sacerdotū precepta quā dei sunt. Atque ideo qui spernit non sacerdotē spernit: sed christū qui i suo loquitur sacerdote. ℣. Ipse liberauit me. In lau. āe et psalmi illius fe. cp. Conuertimini. Hy. Audi be. ℣. Scuto circunda. ān. Uenite benedicti patris mei.

percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. ℣. Benedictus. Deinde dicuntur preces fer. cum psal. Miserere. et cū ℣o. Domine ne in furore. j. qui dicetur post psal. Miserere. Et sciēdū est ꝙ p oēs horas p totam xl. qñ de fer. agitur vn⁹ de septē psal. penitētialibus suo ordine post psal. Miserere. dicetur, nisi ad sextā: tunc enim dicetur psal. Deus misereatur nostri. loco psalmi. Miserere. Et si festum ix. lect. in crastino sequatur: tunc ad nonā tres vltimi psal. dñr. Similiter fiat in sabbato. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt ieiunium nobis quadragesimale proficiat, mentes nostras celestibus instrue discipli-nis. Per do. ¶ Ad. j. ān. Viuo ego dicit dominus: nolo mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur et viuat. ℣. Deus in nomine. Cetera omnia que ad. j. ptinēt expleātur. Omni die p totam xl. vsq₃ ad cenā dñi qñ de fer. agit̄: statim post. j. āte missam capitalem dr cōmēdatio aiaꝝ nisi in crasti. duplicis festi. Et dr sine nota qñ. Dirige. sine nota pcesse. hoc modo. Sup ℣. ān. Requiem eternam. ℣s. Vbi imacu. vt s̄ scriptū est in. j. do. aduē. do. post ij. vespe. ¶ Ad. iij. ān. Per arma iustitie virtutis dei cōmēdemus nosmetipsos in multa patiētia. ℣s. Legem pone. Cap.

Iohe. 2. C.

Conuertimini ad dominū deū nostrum, quia benignus ⁊ misericors est: patiens ⁊ multum misericors ⁊ prestabilis super malitiam. ℟. Participē. Ab hac die vsq₃ ad. iiij. fer. ante pasc. quando de fer. agitur: post. iij. dicuntur xv. psalmi graduū pro omni populo dei hoc modo. ān. Ne reminiscaris. ℣s. Ad dñm cū tribularer. vsq₃ ad ℣. Laudate nomē dñi. hic nunꝗ̄ dicitur ℣s. Laudate dominum in sanctis eius. post psal. Ecce nunc. et dicitur post vnūquenque ℣. Gloria patri. cum letania ⁊ collectis subsequētibus. Et quicq̄d dicat sacerdos de letania: chorus idem repetat plene ⁊ integre vsq₃ ad prolationē ℣. Vt pacē nobis dones. Tūc respondeat chorus tm̄. Te rogamus audi nos. et sic de singulis vsq₃ ad Fili dei. Te rogamus audi nos. tūc tm̄ rn̄deat chor⁹ idē. et sic de singulis vsq₃ dum dr. Kyrie el. Christe el. Kyrie eleison. Pater no. Et ne nos. Et notandū est ꝙ oi die fe. dr leta. sicut in. ij. fer. vsque ad martyres. et a Propitius. vsque ad finem. Preces et collecte que hac die, ceteris etiam fer. dñr. ⁊ hec oia in pstratiōe tam a sacer. ꝙ a toto choro sine nota dñr. ¶ Ad. vj. ān. Commendemus nosmetipsos in multa patientia: in ieiuniis multis per arma iustitie. ℣s. Defecit. Capl̄m.

Derelinquat impius viā suā et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dominum et miserebitur eius: et ad deū nostrum quoniam multus est ad ignoscendū. ℟. Ab omni via. Et sciendum est ꝙ oi die per totam. xl. scilicet in dieb⁹ fer. dicuntur omnes hore ante missam. ¶ Ad nonā. ān. Aduenerunt nobis dies penitentie ad redimenda peccata ⁊ saluandas animas. ℣s. Mirabilia. Capl̄m.

Frange esurienti panē tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum: et carnem tuam ne despexeris, ait dominus oīps. ℟. Declara super nos. He predicte āñe super hor. quotidie dicūtur quando de fer. agitur vsq₃ ad passionem dñi. Cap. vero et ℟. per xv. dies dñr. Quotidie per

totam.xl.de quocumqz fit seruicium dicun tur ves.post mis.ante prandium: nisi solummodo i do.dieb⁹. In oib⁹ fer. p totam.xl.usqz ad.iiij. fer. ante pasc. post mis.ante vespe. dicitur **Placebo.** nisi in seqn.die fiat.ix.lect. et nisi qn corp⁹ in crast.sepeliendu fue. Si vero tale corpus fue. dr **Placebo.** et **Dirige.** post prandiu ante cople. more solito sez usqz ad lau. ¶ Nota q qn in duplici fest.no dicitur **Placebo.** et **Dirige.** in sequen. fer. no dicitur comedatio nec missa p defunctis. Ad vesperas antiphone et psalmi feria. Capitulum.

Ezec. 18.b

Anima q peccauerit ipsa morietur: filius no portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filij: ait domin⁹ omnipotens. Hoc cpm. dicitur quotidie ad ves. usque ad passionem domini quando de feria agitur. R. **Esto nobis.** Hymn⁹. Ex more. V. **Angelis suis.** an. **Quod uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis dicit dns.** ps. Magnificat. Or.

Absolue quesum⁹ domine nostrorum vincula omniu delictorum: et quicquid p eis meremur propitiatus auerte. Per dominum. Predicti hym. pcedetis do. dicuntur in suis locis per. xv. dies. Pulsato his ad collatione: sed et utraqz vice etia in duplici fest. q i aliis cu una sola campana dnr vigi. mor. scz **Dirige.** usqz ad l.sz post ulti. R. dr **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleiso. Pater no.** sine pnuciatioe. **Et ne nos.** Dicitur ps. Exaltabo. deinde pces cu colt. ut s. in aduen. Postea immediate legatur collatio: scz liber pastoralis b. greg. pape. qui sic icipit **Pastoralis cure.** vel dialogus eiusde greg. de miraculis sanctorum patrum qui sic icipit **Quada die nimis.** Que quide collatio abhinc quotidie usque ad cenam domini ante cople. exceptis tantum diebus do. in pulpito legetur habitu non mutato: sic **Jube dne bndicere.** Excellentior q est in choro dicat benedictione: et cu pro discretione satis lectum fuerit: dicitur **Tu aute.** Lector vo psequatur **Dne miserere nostri.** Ad qua etia collatione legendam ita scribatur clerici quod semp fiat inceptio ab excellentiore ex parte chori: et legatur in superiori gradu usque ad passionem dni. Sab. aut in passione dni et deinceps legatur in.ij. forma: ita tn qd in.iiij.fe. an pascha in.j.forma legatur. In festis tn dup. que ifra passione celebrantur: i supiori gradu legat. Finita collatione statim pulsatur ad cople. cu unica campana: sed in dup. festis cu duab⁹: et hoc semp semel: et sequat cople. uts. Sciendu est quod quotiescuqz dr **Placebo.** post missa an vs p tota xl. dr **Dirige.** ante collatione usqz ad laud. tatu in congregatione cleri. Laudes vero dnr post matu. de die et de s. Maria. et post lau. mortuo. dr ps **Ad te leua.** ¶ Feria tertia. Inuita. etc. ut supra. ¶ Lectiones de sermone beati Augustini episcopi. Lectio prima.



Penitentes penitetes penitentes (si tamen estis penitentes, et non estis irridentes) mutate vitam, corrigite mores, et reconciliamini deo. Et vos enim cum catena pascitis. Qua (inquit) catena que ligaueritis in terris: erunt ligata et in celis. Audis ligaturam: et deo te putas facere imposturam. Lectio secunda.

Penitentiam agis, genu flectis: et irrides et subsannas patietiam dei.

Si penitens es: penitet te. Si non penitet te, penitens non es. Si ergo penitet te: quare facis quod male fecisti? Si fecisse penitet, noli iterum facere. Si adhuc facis: vere penitens non es. Lectio tertia.

Agens penitentiã z reconciliatus dum sanus est: z postea bene viuens securus hic transit z erit. Agẽs vero penitentiã ad vltimum et reconciliatus: si securus hinc erit ego securus nõ sum. Unde secur⁹ sum dico: et do securitatẽ. Unde securus non sum, penitentiam dare possum: securitatem dare non possum. ãn. Intrauit iesus in templum dei: z eiiciebat omnes vendentes z ementes, z mensas nũmulariorum et cathedras vendentium columbas euertit. ps Benedictus. Orõ.

Respice domine familiã tuã: z presta vt apud te mẽs nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per dominũ nostrum. Ad vespe. ãn. Abiit iesus foras extra ciuitatẽ in bethaniã: ibiqz docebat eos de regno dei. ps Magnĩ. Oratio

Ascendant ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Feria quarta. Lectiones de sermone beati leonis pape. Lectio.j.



Predicaturus vobis dilectissimi sacratissimum maximũqz ieiunium: quo aptius vtar exordio quam vt verbis apostoli in quo christus loquebatur incipiam: dicãque quod lectum est, ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Lectio secunda.

Quanuis enim dilectissimi nulla sint tempora que diuinis non sint plena muneribus, et semper nobis ad misericordiam dei per ipsius gratiam prestatur accessus: nunc tamen omnium mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri, et ampliori fiducia animari oportet: quando ad vniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redempti sumus recursus inuitat. Lectio tertia.

Ut excellens super oĩa dominice passionis sacramentum, purificatis corporibus et animis celebremus. Non enĩ in sola abstinentia cibi stat nostri summa ieiunij: aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur: et ab obtrectationibus cohibeatur. ãn. Generatio hec praua et peruersa signum querit: z signum non dabitur ei nisi signũ ione prophete. ps Benedictus. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: z contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tue maiestatis extende. Per dominum nostrũ. Ad vesperas. ãn. Sicut fuit ionas in vẽtre ceti trib⁹ diebus et tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre. ps Magnificat. Orõ.

Mentes nostras quesum⁹ domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possim⁹ que agẽda sunt, z q̃ recta sunt agere valeam⁹. Per do. ¶ Feria quinta. Lectiones de sermone beati leonis pape. Lec.j.



Apostolica dilectissimi doctrina nos admonet: vt deponẽtes veterem hominem cũ actibus suis de die in diem sancta cõuersatione renouemur.

Qui enim tēplum dei sumus: & mentium nostrarum spiritus sanct⁹ habitator est dicente apostolo (vos enim estis templum dei viui) multa nobis vigilantia laborandum est, vt cordis nostri receptaculum tanto hospite non sit indignū. Tu. Lect.ij.

Et sicut in domibus manu factis laudabili diligentia prouidendū est vt si qd aut infusione imbrium, aut turbine procellarum, vel ipsa fuerit antiquitate corruptū cito in itegrū cura restituat: ita iugi oportet precaueri sollicitudine ne quid in nostris animis incompositum, ne quid inueniatur immundum. Lectio tertia.

Quāuis enim edificium nostrum sine ope sui non subsistat artificis: nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio prefuerit conditoris: tamen quia rationabiles lapides sumus et viua maceries, sic nos auctoris nostri extruit manus: vt cum opifice suo etiam is qui reparatur operetur. ān. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. ps. Benedictus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiunij et eleemosynarum largitione, nostrorum posuisti remedia peccatorum: concede nos mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per. Ad vesp. ān. Ego enim ex deo processi et veni: neque enim a meipso veni: sed pater meus ille me misit. ps. Magnificat. Oratio.

Da q̄sumus domine populis tuis christianis, et que profitentur agnoscere: et celeste munus diligere quod frequentant. Per dn̄m.

¶ Feria sexta. Lectiones de sermone beati maximi episcopi. Lectio.j.



Audistis fratres charissimi (sicut euangelica tuba cecinit) Dominum ac redemptorem nostrum aduersus tentamenta diaboli reluctantem quidem verbis, sed spiritu dimicantem. Sermone enim certamen agit: sed peragit maiestate victoriam. Lectio secunda.

Nec sine ingēti mysterio huiusmodi putemus esse conflictum: in quo aut accensus diabolus in verbo prorumpit, aut rerum dominus omniū tentatori suo verbis nihilominus respondere dignatur. Lectio tertia.

In his autem om̄ibus nostre salutis est ratio. Pro nobis saluator esuriit: pro nobis tentari voluit. Nos in illo vincimus: quia nos sumus ei causa vincendi. Nam quis ambiget vnigenitū patris (cui nulla obuiare poterat creatura) pro illis misisse certamen quorū carne se vestiuit. ān. Angelus dn̄i descēdebat de celo, mouebat aqua & sanabatur vnus. ps. Bn̄dict⁹. Oro.

Esto dn̄e ꝓpitius plebi tue: & quam tibi facis esse deuotam benigno refoue miseratus auxilio. Per. Ad vesp. ān. Qui me sanum fecit, ille mihi precepit, tolle grabatum tuum et ambula in pace. ps. Magnificat. Oro.

Exaudi nos misericors deus: & mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per d. ¶ Sab. lect. de sermone beati maximi epi. Lectio.j.

Conflictus iste mirabilis, quē inter celi regem et regis celestis tyrānum fuisse charitatis vestre auribus scti euāgelij lectio decurse testata est: dn̄ice incarnationis nobis triūphale mysterium sonat. Lect.ij.

Itaque cū videret leo ille feralis agnū dei post lōgissimū atque cōtinuum xl. dierum ac noctium ieiuniū esuri-

re, ⁊ esurientem deum esse non crederet, arte illū callidissime tentationis aggreditur dicens. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. L. iij.

¶ agitabat (vt estimo) apud se tanti artifex doli, et dicebat. Si hic est cuius precepto esurientibus per deserta populis manna fluxit celo, poterit nunc in panem lapides transfigurare, ⁊ si nō mea petitione, sua tamen necessitate qui esurit. Quod si fecerit, deum probabo, si nequiuerit, hominem deprehendam. āū. Assumpsit Iesus discipulos suos et ascendit in montem: et transfiguratus est ante eos. ps. Benedictus. Oratio.

Populum tuum q̄sumus domine propitiatus respice, atque ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum.

1. A. ¶ Dominica secūda xl. tota cantetur histo. Feria quinta cantetur. 1. ℟. fe. ⁊ aliud in sabba. cum ℟. Pa-
ter peccaui. Tamen in anno bissextili fiat seruitium de apostolo in sabbato et tunc secundum respon. fe.
in 6. fe. dicitur: et ℟. Pater pecca. in hoc anno pretermittatur. Et tunc ab hoc sabbato vsque ad inceptio-
nem historie. In principio accipietur. 1. G. pro litera dominicali ⁊ inchoetur ad tertiam dominicam qua-
2. A dragesime. ¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio do. Feria quarta et quinta de fes. nouem lec.
3. A omnia de communi vnius confessoris ⁊ pontificis. Feria sexta dicitur 1. ℟. fe. ⁊ aliud in sabba. cum ℟.
4. A Pater peccaui. ¶ Dominica secunda quadragesime tota cantetur histo. Feria quarta dicitur 1. respon.
feria. ⁊ aliud in sabbato cum respon. Pater peccaui. ¶ Dominica secunda quadragesime tota cantetur
histo. ⁊ festum sancti gregorii differatur in crastī. ⁊ ad secundas vesperas que erunt de fest. fiat solennis
memoria de do. In 5. fe. dicitur 1. respon. fe. ⁊ aliud in 6. fe. ⁊ ℟. Pater peccaui. eo anno pretermitta-
5. A tur. Sabbato de sancto edvvardo. Cħ. Beatus vir qui in sapientia. ¶ Dominica secunda quadrage-
me de serui. do. Secunde vespere erunt de sancto cuthberto: ⁊ solennis memoria de dominica. In 6. fe.
dicitur 7. respon. histo. cum 2. respon. fe. ⁊ respon. Pater peccaui. pretermittitur. Sabbato de annuncia-
1. B tio. Secunde vespere erunt de fest. ⁊ solen. memoria de do. ¶ Dominica secunda xl. de seruitio do. In 6.
fe. dicitur 1. respon. fe. ⁊ aliud in sabba. cum respon. Pater peccaui. Feria quinta de sancto mathia. In
anno bissextili fiat serui. de apostolo in 6. fe. ⁊ 1. respon. fe. in 5. fe. dicitur. Et tunc ab hoc sabbato vsque
ad inceptionem historie. In principio accipietur. 1. A. et inchoetur ad tertiam dominicā quadragesime.
2. B ¶ Dominica secunda xl. tota dicitur histo. Feria tertia ⁊ quarta de fest. nouem lect. omnia de communi
vnius confessoris et pontificis. Primum ℟. fe. in 6. fe. cantetur ⁊ aliud in sabba. cum respon. Pater pec-
3. B caui. ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. Feria quarta dicitur 1. respon. fer. ⁊ aliud in sexta
fe. ⁊ respon. Pater peccaui. pretermittitur. Sabbato de sancto gregorio. Cħm. Ecce sacerdos. Secunde
vespere erunt de fes. ⁊ solen. memoria de do. ¶ Dominica secunda xl. de serui. do. In 4. fe. dicitur 1. ℟.
4. B fe. et aliud in sabba. cum respon. Pater peccaui. Feria sexta de sancto edvvardo. Cħ. Beatus vir qui in
sapientia. ℟. Beatus vir qui suffert. āū. Iste sanctus. ¶ Dominica secunda xl. de seruitio dominicali et
5. B festum sancti cuthberti vsque in 3. fe. differatur ⁊ in 5. fe. dicitur 1. respon. fe. ⁊ alia duo in sabbato. Feria
sexta de annuncia. ⁊ solen. memoria de ieiunio ad vtrasque vesperas sed non ad missam. ¶ Dominica se-
1. C cunda quadragesime de seruitio do. Secunde vespere erunt de sancto petro ⁊ solen. memo. de dominica.
In 6. fe. dicitur 1. respon. fe. et aliud in sabba. cum respon. Pater peccaui. Feria quarta de apostolo. Ta-
men in anno bissextili fiat serui. de apostolo in 5. fer. Et ab hoc sabbato vsque ad inceptionem historie.
In principio accipietur 1. B. pro litera dominicali ⁊ inchoetur ad tertiam do. xl. ¶ Dominica secunda
2. C xl. de seruitio do. Feria secunda ⁊ tertia de sanctis nouem lectio. omnia de communi vnius confessoris ⁊
pontificis. Feria sexta dicitur 1. ℟. fe. ⁊ aliud in sabba. cum ℟. Pater peccaui. ¶ Dominica 2. xl. de ser.
3. C do. et nihil de virgi. nisi memo. ad matu. ⁊ ad vesperas de sancta maria. Feria quarta dicitur 1. ℟. fer. et
4. C aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui. Feria sexta de sancto gregorio. Cħ. Ecce sacerdos. ¶ Dominica
secunda xl. de seruitio dominice. In 4. fe. dicitur 1. respon. fe. ⁊ aliud in 6. feria: ⁊ respō. Pater peccaui.
pretermittitur. ¶ Dominica secunda xl. tota dicitur histo. ⁊ fest. sancti benedicti differatur in crasti. In
5. C 6. fe. dicitur 1. respon. fe. ⁊ aliud in sabbato cum respon. Pater peccaui. Feria quinta de annū. ⁊ mē.
de ieiunio ad vtrasque ves. ⁊ ad matu. ⁊ non ad missam. ¶ Dominica 2. xl. de serui. do. Feria quarta dr.
1. D 1. resp. fe. ⁊ aliud in sabbato cum respon. Pater peccaui. ¶ Dominica 2. xl. de serui. do. et fest. sancti pe-
2. D tri differatur in crasti. Feria sexta dicitur 1. respon. fe. ⁊ aliud in sabbato cum respon. Pater peccaui. In
anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in quarta feria. Et abhinc vsque ad inceptionem historie. In
principio. accipitur. 1. C. pro littera dominicali ⁊ inchoetur ad tertiam do. xl. ¶ Dominica secunda qua-
3. D dragesime de serui. do. ⁊ fest. sancti dauid differatur vsque ad 3. fe. Feria 2. ⁊ 3. de fest. nouem lectio. Or.
⁊c. de communi vnius confes. ⁊ pontificis. In 6. fe. dicitur 1. ℟. fe. ⁊ aliud in sabbato cū ℟. Pater pec.
4. D ¶ Dominica secunda xl. de seruitio do. In 4. fe. dr 1. ℟. fe. ⁊ aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui.
5. D. ¶ Dominica secunda xl. de seruitio do. In 5. fe. dicūtur ℟. fe. ⁊ ℟. Pater peccaui. in hoc anno pterm.

¶ Do.2.xl.de serui.do.in 4.fe.dicitur.1.℟.fe.& aliud in 6.fe.& ℟.Pater pecca. pretermitta. ¶ Do. 1.E
secunda xl.de serui.do.2.vespere erunt de apostolo:& solen.memoris de dominica. Feria quinta dicitur 2.E
1.℟.fe.& aliud in 6.fe.& ℟.Pater pecca.in hoc anno pretermittatur. Sabbato de sancto dauid.ix.lc.
omnia de communi vnius confessoris & pontificis. In anno bissextili fiat seruitium de apostolo in 3.fe.
Et ab hinc vsque ad inceptionem histo.In principio.accipietur.2.D.pro littera do.& inchoetur ad 3.do.
xl.¶ Dominica secunda xl.de serui.do.& fest.s.cedde differatur in crasti.Feria secunda de s.cedda.ix.lc. 3.E
omnia de communi vnius confessoris et pontificis.Feria quinta dicitur.1.℟.fe.et aliud in sab.cũ ℟.
Pater peccaui. ¶ Dominica secunda xl.de serui.do.in.5.fe.dicitur.1.℟.fe.& aliud in sab.cum ℟.Pa= 4.E
ter peccaui.¶ Dominica secunda xl.de ser.do.in 4.fe.dicitur.1.℟.fe.et aliud in sabba.cum ℟.Pater 5.E
peccaui.¶ Dominica secunda xl.de serui.do.in 4.fe.dicitur.1.℟.fe.& aliud in sabbato cum ℟. Pater 1.D
peccaui.¶ Dominica secunda xl.de serui.do.& serui.do.in 4.feria.dicitur.1.℟.feria.et aliud in sabba 2.D
to cum respon.Pater peccaui.¶ Dominica.2.xl.de ser.et fes.apostoli diffe.incrasti.secunde ves.erunt
de apostolo & solen.memo.de do.Fe.5.℟.fe..cantentur:& ℟.Pater pec.pretermittetur. Feria sexta et
sabba.de fest.ix.lec.omnia de cõmuni vnius cõfes.& ponti.Si fuerit annus bissextilis:tunc ab hoc sab. 3.D
vsque ad incep.histo.In principio accipietur.2.C pro littera do.& inchoetur ad 3.dominicam xl. ¶ Do 4.D
minica secunda xl.de serui.do.ad primas ves.fiat me.de s.cedda.Feria 4.dr.1.℟.fe.& aliud in sab.cũ 5.D
℟.Pater peccaui.Feria sexta memo.de burgi.ad ves.& ad matu.de s.ma.¶ Dominica.2.xl.de serui.do.
Feria 5.dr 1.℟.fe.et aliud in sab.cum ℟.Pater peccaui.¶ Do.2.xl.de serui.do.Fe.6 dicitur 1.℟.fe.
et aliud in sabbato cum ℟.Pater peccaui.¶ Dominica secunda xl.de serui.do. Feria quarta dicitur.1. 1.C
℟.fe & aliud in 6.fe.& ℟.Pater peccaui.pretermittitur.In anno bissextili fiat serui. de apostolo in 2. 2.C
fe.proxime sequenti.& in sabbato cantetur ℟.feria.cum ℟. Pater peccaui.Et tunc ab hoc sabba.vsque 3.C
ad inceptio.histo.In principio accipietur.C pro littera dominicali & inchoetur ad tertiam do.xl.¶ Do= 4.C
minica secunda xl.de serui.do.Feria quarta dicitur 1.℟.fe.& aliud in sabbato.cum ℟. Pater peccaui. 5.C
Feria quinta & sexta de sanctis.ix.lect.omnia de communi vnius confesso.& pontifi.¶ Dominica secun
da xl.de ser.do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& aliud in sab.cum ℟. Pater peccaui.¶ Do.2.xl.de serui.do.2.
ves.erunt de sancto grego.c ℟.Ecce sacerdos.Fe.5.dr 1.℟.fe.& aliud in sabbato cum ℟.Pater pecca.
¶ Dominica 2.xl.de serui.do.et fes.sancti edvvardi differatur in crastino:et in 6.feria dicitur primum
℟.fe.& aliud in sabbato cum.℟.Pater peccaui.

¶ Dominica secunda quadragesime. Ad vesperas. Antiphona Benedictus. Ps. Ipsum. Capitulum.

Rogamus vos & obsecramus in domino iesu vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo:sic & ambuletis vt abũdetis magis. Rem. Det tibi deus. Hymnus. Ex more docti. ℣. Angelis suis. An. Domine bonum est nos hic esse,si vis faciamus hic tria tabernacula:tibi vnum moysi vnũ, & helie vnũ. Ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui cõspicis omni nos virtute destitui,interius exteriusque custodi: vt et ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore:et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per. Ad matuti. Inuitato Deus magnus dominus. Et rex magnus super omnes deos. Ps. Venite. Hymnus. Summi largitor. ¶ In primo noc. an. Seruite. Ps. Beatus vir. ℣. Dicet do. Hac die in.j. noc. & per hebdomadam legantur lectio. de ysaac: quando de temporali agitur vsque ad ioseph. Lectio prima.



Senuit ysaac & caligauerunt oculi eius:et clare videre nõ poterat. Vocauitque esau filium suum maiorem,et ait illi. Fili mi. Qui respondit. Assum. Cui pater. Vides inquit quod senuerim,et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua & pharetram et arcum,et egredere foras. Cunque venatu aliquid apprehenderis,fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti:et affer vt comedam,et benedicat tibi anima mea antequam moriar. ℟. Tolle arma tua et pharetram et arcum:et affer de venatione tua vt comedam. Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cunque venatu aliquid attuleris: fac mihi inde pulmẽtum vt comedam. Et benedi. Lectio secũda.

Gen. 27.A

Quod cum audisset rebecca et ille abiisset in agrum vt iussione patris expleret: dixit filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo, et dicentem ei. Affer michi de venatione tua, et fac mihi cibos et comedam et
2 benedicam tibi coram domino antequam moriar. ℟. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dñs. Crescere te faciat deus meus sicut arenā maris: et donet tibi de rore celi bñdictionem. ℣. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Crescere. Lectio tertia.

Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur: quas cum intuleris et comederit benedicat tibi priusquam moriatur. Respondit iacob matri sue. Nosti quod esau frater meus hō pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meꝰ et senserit, timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. ℟.
3 Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam: seruiāt tibi tribus, populi. Esto dominus fratrum tuorum. ℣. Et incuruentur ante te filij matris tue. Esto dominus. Gloria patri et filio. Esto dominus. ¶ In secundo nocturno ān Bonorum. ps. Conserua. ℣. Ipse liberauit me. Medie lectiones de sermo. beati ioannis episcopi. Lectio.iiij.

Portabat rebecca geminos in vtero fratres ante ortus principia bellatores. Certantes filios mater ante sentit quam nouit: ante patitur quam videt, ante sustinet q̄ agnoscit. Licuit filiorum bella sentire: quos nondum licuit generare. Certamen inter fratres in vtero geritur: bellum inter innatos committitur, materna viscera quatiuntur nec ad ortus principia properatur: sed ante principia noua certamina celebrantur. ℟. Dum iret iacob de bersabee et pergeret aram: locutus est ei deus dicens. Terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo. ℣. Edificauit iacob ex lapidibus altare in honore domini fundens oleum desuper: et benedixit ei deus dicens. Terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo. Lectio quinta.

Vellem tamen causas tanti certaminis noscere, vellem istius pugne negocia tractare. Quid intercesserat quid factum fuerat, que pugnandi ratio, que causa vincendi, quo spectatore ingeritur: quo iudice celebratur, quid victori promittitur, quid victo econtrario denegatur? Quis certare docuerat, quis pugnare monstrarat? Sed notum est cunctis istorum certamine fratrum causas duorum exprimi populorum. Vult enim deus ante ostendere futura quam veniant. Sed futurorum prescius deus: monstruosum certamen voluit exerceri. ℟. Dum exiret iacob de terra sua vidit gloriam dei et ait: quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. ℣. Vere dominus est in loco isto: et ego nesciebam. Non est hic aliud nisi domus dei. Lectio sexta.

Decertandi affectus, vincendi vota ostendit. Sed mater certamen sentire potuit: videre non potuit. Denique interrogat dominum, quid est inquit domine istud quod geritur? Quid est quod in vtero meo te teste tractatur? Duo sunt inquit dominus populi in vtero tuo: et due gentes de

ventre tuo egredientur, et populus populum superabit: et maior seruiet minori. ℟. Si dñs deus meus fuerit mecum in via ista qua ego ambulo et custodierit me: & dederit mihi panem ad edendum, et vestimentum quo operiar: et reuocauerit me cum salute. Erit mihi dominus in refugium et lapis iste in signum. ℣. Surgens autem mane iacob tulit lapidē quem supposuerat capiti suo: & erexit in titulum fundensque oleum desuper: ait. Erit mihi. Gloria patri et fi. Erit mihi. ¶ In tertio nocturno. añ Preceptum. ps. Celi enarrant gloriam. ℣. Scapulis suis.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. xv. C.

In illo tempore: Egressus iesus secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamabat dicēs. Miserere mei domie fili dauid: filia mea male a demonio vexat. Et reli. Omelia beati hiero. pbri. Lectō. vij. Scribis et phariseis calumniatoribus derelictis transgreditur dominus in partes tyri et sydonis: vt tyrios sydoniosque curaret. Mulier autem chananea egreditur de finibus propriis clamans vt filie sue impetraret sanitatem. Obserua quod in quintodecimo loco filia chananea sanatur. ℟. Erit mihi dominus in deū:

7 et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei, et de vniuersis que dederis mihi. Decimas et hostias pacificas offeram tibi. ℣. Si dominus deus meus fuerit mecum in via ista qua ego ambulo: et custodierit me. Decimas et hostias pacificas offeram tibi. Lectio octaua. Miserere mei domine fili dauid filia mea male a demonio vexatur. Inde vero nouit filium dauid vocare: quia egressa iam fuerat de finibus suis, et errorem tyriorum ac sydoniorum loci ac fidei commutatione dimiserat. Filia mea male a demonio vexatur. Ego filiam ecclesie puto animas esse credētium qui male a demonio vexabantur: ignorantes creatorem & adorantes lapidem. Qui non respondit ei verbum. ℟.

Dixit angelus ad iacob: dimitte me, auro- 8
ra est, respondit ei: non dimittam te nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. ℣. Benedicens benedicam tibi et multiplicabo. Et benedixit. Lectio nona. Non de superbia pharisaica nec de scribarum supercilio: sed ne ipse videretur contrarius esse sentētie: per quam iusserat, in viam gentium ne abieritis & in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: nolebat enim occasionem calūniantibus dare perfectamque salutem gentium, passionis et resurrectionis tempori reseruabat. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte

eam: quia clamat post nos. ℟. Minor 9
sum cunctis miserationibus tuis domine abraham in baculo meo transiui iordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior. Libera me domine de manibus esau. Quia valde contremuit cor meum illum timens. ℣. Tu locutus es quod mihi bene faceres et dilatares semen meum sicut arenam maris. Libera me domine. Gloria patri et filio. Quia valde cōtre. ℟ia feria. Orauit iacob et dixit: domine qui dixisti mihi reuertere in terram natiuitatis tue. Erue me de manu fratris mei. Quia valde eum timeo. ℣. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei domine qui pascis me a iuuentute mea. Erue me de ma. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Qz valde. ℟. Uidi dominum facie ad faciem. Et salua facta est anima mea. ℣. Et dicit nequaquam vocaberis iacob: sed israel erit

nomen tuum. Et. Gloria. Et sal. Hoc pre.
Rx. Dormit iacob erit tertiu Rx. quado
primo dr de. iij. noct. per hebdo. Et
Rx. Vidi dnm dr in sab. ante Rx. Pater
peccaui. Et si aliqd dest. ix. lect. in sab.
cotige. tuc enim predic. Rx. Vidi dnm.
erit. uj. Rx. qn vltimo per hebdo. dr de
fe. et tunc dicet cu Gloria. et tunc Rx.
Pater peccaui. in illo anno pretermittat
1 V. Ipse liberauit. In laud. an. Domi-
ne labia mea aperies: et os meu annuncia-
2 bit laudem tua. ps. Miserere. an. Dexte
ra dni fecit virtutem dextera dni exaltauit
3 me. ps. Confitemini. an. Factus est ad-
4 iutor meus deus meus. ps. Deus deus
meus. an. Triu puerorum cantemus hym-
num: quem cantabant in camino ignis be-
5 nedicentes dnm. ps. Bndicite. an. Sta-
tuit ea in eternu et in seculu seculi: preceptu
posuit et no preteribit. ps. Laudate. Cp.
Rogamus vos. Hy. Audi benigne.
V. Scuto circundabit. an. Egressus iesus
secessit in partes tyri et sydonis, et ecce mu
lier chananea a finibus illis egressa clama
bat dices, miserere mei domine fili dauid.
ps. Bndictus. oro. Deus q conspi.
¶ Ad. j. a. Accedentes discipuli iesu ad eu
rogabant eu dicetes: dimitte ea qz clamat
post nos. ps. Deus deus meus re. ¶ Ad. iij.
an. Non sum missus nisi ad oues que perie-
runt domus israel dicit dns. ps. Legem
pone. Capitulu. Rogamus. Rx. et V.
sicut in dominica preceden. ad om-
nes horas dnr. ¶ Ad. vj. an. O mu-
lier magna est fides tua, fiat tibi sicut pe-
tisti. ps. Defecit. Capitulum.

j. thes sa. 4. A. Hec est volutas dei, sanctifica-
tio vestra: vt abstineatis vos
a fornicatione, vt sciat vnusquisque
vas suum possidere in sanctificatio-
ne et honore. ¶ Ad. ix. a. Vade mulier
semel dixi tibi, si credideris videbis mira-
bilia. ps. Mirabilia. Capitulum.

Voluntas dei est: ne super-
grediatur quis neque circu-
ueniat in negocio fratrem suu: quo-
niam vindex est dominus de his o-
mnibus sicut prediximus vobis et te
stificati sumus. ¶ Ad vesperas. an.
Sede a dextris. ps. Dixit dominus.
Cpm. Rogamus vos. Rx. Esto nobis.
Hy. Ex more do. V. Angelis suis. an.
Dixit dominus mulieri chananee: non est
bonum sumere panem filiorum et mittere
canibus ad manducandum vtique domi-
ne, nam catelli edunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suoru, ait illi iesus,
o mulier magna est fides tua; fiat tibi sicut
petisti. ps Magnificat. Oro. Deus q
conspicis. ¶ Feria secunda et quoti-
die per hebdom. dicuntur V. et Rx. ad
matu. scdz ordine noc. hist. do. ita tn
q Rta. fer. non omittantur. Lecto. j.



Ebeccavero ad ia
cob ait. In me sit
ista maledictio: fi
li mi. Tatu audi
voce mea, et pges
affer q dixi. Abiit
et attulit: dedit-
que matri. Lectio secunda.
Parauit illa cibos sicut velle noue
rat patre illius: et vestib esau valde
bonis: quas apud se habebat domi
induit eum. Pelliculasqz hedoru cir
cundedit manibus et colli nuda pro-
texit. Deditque pulmentum, et pa-
nes quos coxerat tradidit. Lecto. iij.
Quib illatis: dixit. Pater mi. At
ille respodit. Audio. Quis es tu fili
mi. Dixitqz iacob. Ego sum primo-
genit tuus esau. Feci tibi: sicut pre
cepisti mihi. Surge: sede et comede
de venatione mea, vt benedicat mihi
anima tua. an Ego principium qui et lo
quor vobis. ps. Benedictus. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus, vt familia tua que se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iusticiam a culpa ieiunet. Per. Ad vesperas. an. Qui me misit mecum est: et non relinquit me solum: quia que placita sunt ei facio semper. ps. Magnificat. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum.

Feria tertia. Lectio prima.

Gen. 27.

Rursumque isaac ad filium suum. Quomodo (inquit) tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit vt cito occurreret mihi quod volebam. Le. ij. Dixitque isaac. Accede huc vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo dixit isaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus, manus sunt esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Lect. iij. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau? Respondit. Ego sum. At ille. Affer (inquit) mihi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da mihi osculum fili mi. Accessit, et osculatus est eum. an. Unus est enim magister vester qui in celis est dicit dominus. ps. Benedictus. Oratio.

Perfice quesumus domine benignus in nobis obseruantie sancte subsidium: vt que te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per. Ad ves. an. Qui maior est vestrum erit minister vester: quia omnis qui se exaltat humiliabitur dicit dominus. ps. Magnificat. Oro.

Propitiare quesumus domine supplicationibus nostris, et animarum nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per.

Feria quarta. Lectio prima.

Statimque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti vini et olei, et seruiant tibi populi: et adorent te tribus. Lectio. ij. Esto dominus fratrum tuorum: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Lectio tertia. Vix isaac sermonem impleuerat, et egresso iacob foras venit esau: coctosque de venatione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi, et comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. an. Ecce ascendimus hierosolymam, et filius hominis tradetur ad crucifigendum. ps. Benedictus. Oratio.

Populum tuum quesumus domine propitius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere, a noxiis quoque vitiis cessare concede. Per dominum. Ad vespas. an. Sedere autem mecum non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. ps. Magnificat. Oratio.

Deus innocentie restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda seruorum, vt spiritus tui feruore concepto, et in fide inueniantur stabiles, et in opere efficaces. Per dominum. eiusdem.

Feria quinta. Lectio prima.

Gen. 27.E



Dixitq3 illi Isaac. Quis es tu? Qui respōdit. Ego sum fili9 tuus primogenit9 esau. Expauit isaac stupore vehementi: et vltra quā credi potest admirans, ait. Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi: et comedi ex oībus priusquam tu venires? Benedixiq3 ei, z erit benedictus. Lectio.ij.

Auditis esau sermonib9 pr̄is irrugiit clamore magno: z consternatus ait. Bn̄dic etiam z mihi pr̄ mi. Qui ait. Venit germanus tu9 frudulenter: et accepit bn̄dictionē tuā. Le.iij.

At ille subiūxit. Juste vocatū est nomē ei9 iacob: supplantauit eīn me en altera vice. Primogenita mea an̄tulit: z nūc scđo surripuit bn̄dictionē meā. a. Ego nō ab hoīe testimoniū accipio s3 hoc dico vt vos salui sitis. ps. B9. Or.

Presta nobis dn̄e q̄s auxiliū grē tue: vt ieiuniis z orationibus cōuenieter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corpis. Per.

Ad vesp. a. Opa q̄ ego facio testioniū phibēt de me q2 pr̄ me misit. p. Mag. Or.

Adesto dn̄e famulis tuis, et perpetuā benignitatē largire poscētib9: vt his qui te auctore et gubernatore gloriātur: et cōgregata restaures, et restaurata conserues. Per d.

Feria sexta. Lectio prima.

Gen. 27.F



Ursusq3 ad patrem. Nunquid nō reseruasti (ait) et mihi bn̄dictionem? Respondit isaac. Dn̄m tuū illū ɔstitui: et oēs fratres suos seruituti eius subiugaui. Frumēto z vino z oleo stabiliui eum: z tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Lectio secunda.

Cui esau. Nū vnā (inquit) tm̄ bn̄dictionē habes pr̄? Mihiq3 obsecro vt benedicas. Cūq3 eiulatu magno fleret: motus isaac dixit ad eū. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit benedictio tua. Lectio.iij.

Uiues in gladio, et fratri tuo seruies: tempusque veniet cū excutias et soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semp esau iacob: pro benedictione qua bn̄dixit ei pr̄. an. Malos male perdet, z vineam suā locabit aliis agricolis qui reddent ei fructū temporibus suis. ps. Benedictus. Or.

Da quesumus oīpotēs deus, vt sacro nos purificante ieiunio syncerus mētibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominū.

Ad vespe. an. Querentes eum tenere, timuerunt turbas: quia sicut prophetam eum habebant. ps. Magnificat. Oro.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo, tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per. Sab. Lect.j.

Dixitque esau i corde suo. Venient dies luct9 pr̄is mei: z occidam fratrem meum. Nunciata sunt hec rebecce. Que timens, et vocans iacob filium suum: dixit ad eū. Ecce esau frater tuus minatur vt occidat te. Lectio secunda.

Nunc ergo fili audi vocem meam: et consurgens fuge ad labā fratrem meum i aram. Habitabisque cum eo

dies paucos:donec requiescat furor fratris tui,et cesset indignatio eius: obliuiscaturque eorum que fecisti in eum.Postea mittam:& adducam te inde huc. Lectio tertia.

Cur vtroque orbabor filio in vno die:Dixitque rebecca ad isaac. Tedet me vite mee propter filias heth. Si acceperit iacob vxorem de stirpe huius terre:nolo viuere. Sit tertiū. ℟. Pater peccaui in celū & corā te: iā non sum dignus vocari filius tuus.Fac me sicut vnum de mercenariis tuis. ℣. Quanti mercenarij in domo patris mei abūdāt panibus:ego aūt hic fame pereo: surgā et ibo ad patrē meū & dicam ei.Fac.Gloria.Fac. Si aliqđ fes.ix.lec.hac die cōti.℣dic. ℟.eo anno pretermit ān Vadā ad patrē meū & dicā ei:px, fac me sicut vnum ex mercenariis tuis. ps Benedictus. Or

Da qs dñe nostris effectū ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assumpta,ad nostrarū transeat vegetationem animarum. Per.

¶Do.3.xl.tota dicitur hiſ.Fe.4.&.5.de feſ.9.lec.oia de cōi vnius cōfeſ.& pōti.ſcdm vſum Sar. Fer. 1. A
6.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Do.3.xl.tota dicitur hiſ.Fe.4.dr 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Dñica 2. A
3.xl.tota dicitur hiſ.& feſ.ſ.greg.diffe.in craſt.Secde veſ.erūt de feſ.& ſolen.mēo.de do. Feria 5. dr 1.℟. 3. A
fe.& alia.2.in 6.fe.Sab.de ſ.edvvardo. ¶Do.3.xl.de ſer.do.Ad primas veſ.fiat mēo.de ſ.edvvardo. 4. A
Secūde veſ.erūt de ſ.cuthber.& mēo.de do.In 5.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in 6.fe.Sabba.de annun.
Secūde veſ.erūt de feſ.& ſolen.mēo.de do. ¶Do.3.xl.tota dicitur hiſ.Ad pri.veſ.q̄ erūt de feſt.fiat ſolē. 5. A
mēo.de do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Do.3.xl.tota dicitur hiſt.Fe.3.& 4.de feſ.ix.lec.oia 1. B
de cōi vnius ↄfeſ.& pōti.In 6.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia.2.in ſab. ¶Do.3.xl.tota dicitur hiſ.Fe.4.dr 1. 2. B
℟.fe.& alia 2.i 6.fe.Et ſab.de ſ.greg.Secūde veſ.erūt de feſ.& ſolē.mēo.de do. ¶Do.3.xl.tota dicitur 3. B
hiſt.Ad primas veſ.que erūt de feſ.fiat ſolē.mēo.de do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Do.3. 4. B
xl.de ſer.do.& feſt.ſancti cuthberti diffe.vſq₃ in 3.fe.Et in 5.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Do.3. 5. B
xl.de ſerui.do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſab. ¶Do.3.xl.de ſer.do.Secūde veſ.erunt de ſ.dauid
et memo.de do.Fe.2.& 3.de feſt.ix.lect.oia de cōi vnius confeſ.& pontifi.Fe.6.dicitur 1.℟.fe.et alia 2.
in ſabba. ¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.et nihil de virgi.niſi memo.ad veſ.& ad matuti.de ſancta maria. 1. C
In.4.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in 6.& ſabba. ¶Dominica 3.xl.tota dicitur hiſto.In 4.fe.dicitur 1. 2. C
℟.fe.& alia 2.in 6.fe. ¶Dñica 3.xl.tota dicitur hiſ.Feſt.ſancti benedicti differa.in craſti.Feria ſexta dr 3. C
1.reſpon.fe.& alia 2.in ſabbato. ¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſabba. 4. C
¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.& feſtum ſancti petri diffe.in craſti.Feria 6.dicitur 1.reſpon.fe.& alia 2.in 5. C
ſabba. ¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.et feſt.ſ.dauid diffe.vſq₃ in 3.fe.Feria 2.& 3.de feſt.ix.lectio.omnia
de communi vnius confeſſo.& ponti.Feria 6.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſabba. ¶Dominica 3.xl.de ſer. 1. D
do.Feria quarta dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſabba. ¶Dñica 3.xl.de ſerui.do.Feria 3.dicitur 1.reſp.fe.et 2. D
alia 2.in 5.fe. ¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.In 5.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in ſabbato. ¶Dominica 3. 3. D
xl.de ſeruitio do.Secunde veſ.erunt de ſancto mathia:& ſolen.memo.de do.In quinta feria.dicitur.1. 4. D
℟.fe.& alia 2.in 6.feria.Sabbato de ſancto dauid ix.lectio.omnia de communi vnius confeſ.et ponti. 5. D
In anno biſſextili dicitur in 3.fe.de ſancto mathia.Et tunc abhinc vſq₃ ad inceptionē hiſt In principio. 1. E
accipitur. 1. D pro littera do.& inchoetur ad 4.do.xl. ¶Dominica 3.xl.de ſerui.do.& feſtum ſancti cedde 2. E
differatur in craſti.et omnia de communi.Fe.5.dicitur 1.reſpon.fe.& alia 2.in ſabba. ¶Dñica 3.xl.de 3. E
ſerui.do.Feria 5.dicitur 1.℟.fe.& alia duo in ſab. ¶Dñica 3.xl.de ſerui.do.In 4.fe.dicitur 1.℟.fe.et 4. E
alia duo in ſabbato. ¶Dñica tertia xl.de ſerui.do.Feria 5.dicitur 1.reſpon.feria.& alia duo in ſabbato. 5. E
¶Dominica tertia xl.de ſeruitio do.& feſt.ſ.mathie differatur in craſti.Secūde veſ.erunt de apoſtolo:&
ſolen.memo.de do.In 4.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia 2.in 5.fer.Feria 6.& ſab.de feſt.ix.lect.oia de cōmuni
vnius confeſſo.& pontifi.In anno biſſextili fiat ſerui.de ſancto mathia in 2.fe.Et tunc ab hac die vſque 1. F
ad inceptionem hiſto. In principio accipitur. E. & inchoetur ad 4.do.xl. ¶Dominica tertia xl.de ſer. 2. F
do.et in 4.fe.dicitur 1.℟.fe.& alia duo in ſabba. ¶Do.3.xl.de ſerui.do.Ad primas veſperas fiat mēo. 3. F
de ſ.cedda.Feria 4.dicitur 1.℟.fe.& alia duo in ſab. ¶Do.3.xl.de ſerui.do.Feria 6.dicitur 1.℟.feria. 4. F
et alia duo in ſabba. ¶Do.3.xl.de ſerui.do.Secūde veſ.erūt de annūcia.& ſolen.memo.de do.Fe.5.dr 5. F
1.℟.fe.& alia duo in ſabba. ¶Do.3.xl.tota dicitur hiſ.Fe.4.dicitur 1 ℟.fe.& alia duo in ſab.Fer.5.& 1. G
6.de feſ.ix.lect.oia de cōi vniꝰ cōfeſ.& pōti. ¶Do.3.xl.de ſerui.do.Fe.4.dicitur 1.℟.fe.& alia duo i ſab. 2. G
¶Do.3.xl.de ſerui.do.Secūde veſ.erūt de feſ.cp. Ecce ſacerdos & ſolen.memo.de do.In 5.fer.dicitur 3. G
1.℟.feria.& alia duo in ſabba. ¶Do.3.xl.de ſer.do.In 6.fe.dicitur 1.℟.feria.& alia duo in ſabbato. 4. G
Feria 2.de ſ.edvvardo.Ad primas veſ.fiat mēo.de do.cp. Beatus vir qui in ſapien. ¶Do.3.xl de ſer.do. 5. G
Secunde veſ.erunt de annuncia.& ſolen.memo.de do.In 5.fer.dicitur 1.℟.fe.& alia duo in ſabbato.

¶ Dominica tertia xl. Ad vesperas. añ. Bñdictus. ps. Ipsum. Capitulum.

Eph. 5. A. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, et ambulate in dilectione sicut et christ9 dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. ℟. Igitur ioseph ductus est in egyptum: fuitque dominus cũ eo. Per quem erat vir in cunctis prospere agens. ℣. Misertus est enim deus illius: et omnia eius opera dirigebat. Per quem erat vir. Gloria patri et filio. Per quem. Hymnus

Ecce tẽpus idoneum medicina peccaminũ: quibus deũ offendimus, corde verbis operibus.

Qui pius ac propitius nobis pepercit hactenus: ne nos cum nostris perderet tantis iniquitatibus.

Hunc igitur ieiuniis cũ precibus et lachrymis: multisque bonis aliis placemus deuotissimi.

Ut nos a cũctis sordibus purgãs ornet virtutibus: ãgelicis et cetibus nos iungat in celestibus.

Sit benedictus genitor eiusq; vnigenitus: cum spũ paraclito trinus et vnicus deus. Amen. ℣. Angelis suis. añ. Dedit pater penitẽti filio stolam primam pariter et annulum: nam et calciamenta illi tribuens celebrauit magnum conuiuium, habemus stolam primam in lauachro et annulum fidei signaculum.

ps. Magnificat. Oratio.

Quesumus omnipotens deus vota humilium respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tue maiestatis extende. Per dñm.

Ad completoriũ. añ. Signatum est. ps. Cum inuocarem. Hy9. Christe qui lux. ℣. Custodi nos. añ. Media vita. ps. Nũc dimittis. Ore ad cõple. post psalte. Ad matu. inuita. In manu tua dñe. Oẽs fines terre. ps. Venite. Hy9.

Clarũ decus ieiunij monstratur orbi celitus: quod christ9 auctor oĩm, cibis dicauit abstinens.

Hoc moyses charus deo legisq; lator factus est: hoc heliam per aera curru leuauit igneo.

Hinc daniel mysteria victor leonũ viderat: p hoc amicus intimus sponso ioannes claruit.

Hec nos sequi dona deus exempla parsimonie: tu robur auge mẽtium, dans spiritale gaudium.

Presta pater per filiũ, psta p almũ spiritum: cũ his p euũ triplici vnus de9 cognomine. Amẽ. In j. noc. añ. Seruite. ps. Btũs vir. ℣. Dicet dño. Hac die in primo noctur. et quotidie per hebdoma. legantur lec. de ioseph vsque ad finem genesis, quando de dominica et de tpali agitur. Lect. j.

Ioseph cum sexdecim esset annorum, pascebat gregem cum fratrib9 suis adhuc puer: et erat cũ filiis bale et zelphe vxorũ patris sui. Accusauitq; fratres suos apud patrem suum crimine pessimo. ℟. Videntes ioseph a longe loquebantur mutuo fratres dicentes. Ecce somniator venit: venite occidamus eum, et videamus si prosint illi somnia sua. ℣. Cunque vidissent ioseph fratres sui q a patre cunctis fratribus pl9 amaretur oderant eum, nec poterãt ei quicq; pacifice loqui: vnde et dicebant. Ecce som. Lect. ij.

Israel autem diligebat ioseph super omnes filios suos eo q in senectute genuisset eum. Fecitq; ei tunicam polimitam. Videntes autem fratres eius q a patre cũctis filiis plus amaretur oderant eum, nec

poterãt ei quicquam pacifice loqui.
℟. Dixit iudas fratribus suis: ecce ismae
lite transeunt, venite venūdetur & manus
nostre non polluantur. Caro enim & frater
noster est. ℣. Cumque abiisset ruben ad pu
teum & non inuenisset eum: scissis vestibus
pergēsq ad fratres ait, puer non comparet
et ego quo ibo? Caro enim. Lectio. iij.

Accidit quoq ut visum som
nium referret fratribus suis,
que causa maioris odij seminarium
fuit: dixitque ad eos. Audite som
nium meum quod vidi. Putabam
nos ligare manipulos in agro: et
quasi meum manipulum consurge
re et stare: vestrosq manipulos cir
cunstantes adorare manipulū meū.
Responderunt fratres ei. Nunquid
rex noster eris: aut subiiciemur ditio
ni tue? Hec ergo causa somniorum
atque sermonum: inuidie et odij fo
mitem ministrauit. ℟. Videns iacob
vestimenta ioseph scidit vestimenta sua
cum fletu: et dixit. Fera pessima deuorauit
filium meum ioseph. ℣. Congregatis au
tem cunctis liberis eius ut delinirent do
lorem patris: noluit eos audire, sed dixit.
Fera. Alius ℣. p hebdoma. Vide si tu
nica filij tui sit an non: et cum vidisset pa
ter ait. Fera. Gloria patri. Fera pessima.

¶ In. ij. noctur. ān Bonorum. ℣. Con
serua. ℣. Ipse liberauit. Medie lect. de
sermone beati ioan. epi. Lectio. iiij.

Mittitur a patre iacob sanctis
simo, ioseph sanctus ad fra
tres: qui salutem patris ad illos, et
ipsorum ad patrem referret. Ut in
ter absentes medius utriusque salu
tis nuncius existeret: ut quod de se
metipsis absentes scire nō poterant
ioseph referente cognoscerēt. Et dis
iunctos huius relatio iūgeret quos
locorū diuersitas separabat. Quem
cum venientem de longe conspice
rent: inquiunt. Ecce adest somnia
tor ille. Venite itaque et occidamus
illū: & videam⁹ quid portendant illi
somnia ei⁹. ℟. Ioseph dum intraret in 4
terram egypti: linguam quam non nouit
audiuit. Manus eius in laboribus serui
erunt, et lingua eius inter principes loque
batur sapientiam. ℣. Diuertit ab oneribus
dorsum eius. Manus eius. Lectio quīta

O Nephanda rabies iniquorum.
Non licet ioseph: non licet (in
quam) impunitum esse q bonus est,
non licet meliorem tutum esse cum
malis. Et quasi inuidi aliquid per
dāt: aut dispendium alicuius rei in
currant: sic bonorum vita detrimen
tum est pessimorum. Māsuetum ze
lant inuidi: modestum superbi, pro
bum improbi: mitem tumidi inimi
ca emulatione lacessunt. ℟. Memento 5
mei dn̄e bene tibi fuerit. Ut suggeras pha
raoni et educat me de isto carcere, quia fur
tim sublatus sum: et hic innocens in la
cum missus sum. ℣. Tres enī adhuc dies
sunt post quos recordabitur pharao mini
sterij tui ut reuocet te in gradū pristinū: tūc
memento mei. Ut suggeras. Lectio. vj.

Patitur ioseph sanctus innocētis
vite inuidiā: et emulos in se fratres
sctā excitat vita. Bonum mali vide
re non possunt. Denique venientem
ad se lacerant: seuiunt, necare festi
nant. Nolūt meliorem viuere: ne de
generes ipsi possent improperia sus
tinere. Cur innocentē zelas inimica
fraternitas? Cur inuides bono? Cur
pati simplicē non potes? Cur mode
stum persequeris? Cur probū non di
ligis? Cur rea innocētis sanguinis
inuenitis? Saltē distract⁹ aliqua
tenus viuat: ne in te accusator inno
cens sanguis (ut in cain) aliquando

6 existat. ℟. Dixit ruben fratribus suis: nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum: et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. ℣. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrũ videntes angustiam anime eius dum deprecaretur nos, et nõ audiuimus. En sanguis ei⁹. Gloria patri. En san. In tertio noc. an. Preceptum. ps. Celi enarrant. ℣. Scapulis suis. ¶ Secundum Lucam.

Cap. 11 B. IN illo tempore. Erat ies⁹ eiiciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Et reliqua. Omelia ex cõmen. venerabilis bede pbri. Lectio. vij.

Demoniacus iste apud mattheum non solum mutus: sed et cecus fuisse narratur. Curatus quoque dicitur a domino: ita vt loqueretur et videret. Tria generalia signa simul in vno homine perpetrata sunt. Cecus videt, mutus loquitur, possessus a demonio liberatur. Quod et tunc quidem carnaliter factum est: sed et quotidie completur in conuersione credentium, vt expulso primum demone fidei lumen suscipiant: deinde ad laudes dei tacentia prius ora

7 laxentur. Tu autem. ℟. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum videtes angustiam anime eius dum deprecaretur nos: et non audiuimus. Idcirco venit super nos tribulatio. ℣. Dixit ruben fratribus suis: nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum et non audistis me? Idcirco venit super. Lectio. viij.

Quidam autẽ ex eis dixerũt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Non hoc aliqui de turba: sed pharisei calumniabantur et scribe, sicut alij euangeliste testantur. Turbis quidẽ que minus erudite videbantur domini semper facta mirantibus, illi contra vel negare hec, vel qui negare nequiuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi hec non diuinitatis sed immundi spiritus opera fuissent, id est beelzebub qui erat deus muscarum. Nam beel quidem ipse est baal: zebub autem musca vocatur. Tu autem. ℟. Tollite hinc vobiscum munera et ite ad dominum terre et dum inueneritis adorate eum super terram. Deus autem meus faciat vobis eum placabilem et remittat et hunc fratrem vestrum vobiscum et eum quem tenet in vinculis. ℣. Sumite de optimis terre frugibus in vasis vestris: et deferte viro munera. Deus autem. Lectio nona.

Nec iuxta quedam mendosa exemplaria vel. l. litera vel d. in fine nominis est legenda: sed b. Beelzebub ergo baal muscarum (id est vir muscarum, siue habens muscas) interpretatur: ob sordes videlicet immolatitij cruoris: ex cuius spurcissimo ritu vel nomine principẽ demoniorum cognominabant. Et alij tentantes signũ de celo querebant ab eo: vel in more helie ignẽ de sublimi venire cupiebant: vel in similitudinem samuelis tempore estiuo mugire tonitrua, coruscare fulgura: ymbres ruere: quasi non possent et illa calumniari, et dicere ex occultis et variis aeris passionibus accidisse. ℟. Loquens ioseph fratribus suis: dixit. Pax vobis, nolite timere pro salute enim vestra misit me dominus ante vos. ℣. Eleuauitque vocem cum fletu, quã audierũt egyptij omnisque domus pharaonis, et dixit fratribus suis. Pax vobis. Gloria. Pax. Fer. ℟. Iste est frater vester minimus: de quo dixeratis mihi, deus mi-

leratur tui fili mi. Festinauitque in domum, et plorauit. Quia erumpebant lachryme et non poterat se continere. V. Attollens autem ioseph oculos vidit beniamin stantem: et commota sunt omnia viscera eius super fratrem suum. Festinauitque. Gloria patri et fi. Quia erumpebant. R. Dixit ioseph vndecim fratribus: ego sum ioseph quem vendidistis in egyptum: adhuc viuit pater noster senior de quo dixeratis mihi? Ite adducite eum ad me: vt possit viuere. V. Biennium est enim quod cepit esse fames in terra, sed adhuc restant anni quinque. Ite adducite. R. Nunciauerunt iacob dicentes, ioseph filius tuus viuit: et ipse dominatur in totam terram egypti: quo audito reuixit spiritus eius et dixit. Sufficit mihi. Uadam et videbo eum antequam moriar. V. Cumque audisset iacob quod filius viueret quasi de graui somno euigilans ait. Suffi. Gloria. Uadam. V. Ipse liberauit me. R. De laqueo venantium et verbo aspero. ¶ In laudibus. an.
1 Fac benigne in bona voluntate tua, vt edificentur domine muri hierusalem. ps.
2 Miserere mei deus. a. Dominus mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi ho-
3 mo. ps. Confitemini. an. Deus misereatur nostri et benedicat nobis. ps. Deus
4 deus meus. a. Uim virtutis sue oblitus est ignis, vt pueri tui liberarentur illesi. ps.
5 Benedicite omnia. an. Sol et luna laudate deum: quia exaltatum est nomen eius solius. ps. Laudate dominum de celis. Capitulum. Estote. Hymnus.

Iesu quadragenarie dicator abstinentie: qui ob salutem mentium hoc sanxeras ieiunium.

Quo paradiso redderes seruata parsimonia quos inde gastrimargia illecebrosa depulit.

Adesto nunc ecclesie: adesto penitentie, que pro suis excessibus orat profusis fletibus.

Tu retroacta crimina, tua remitte gratia: et a futuris adhibe custodiam mitissime.

Ut expiati annuis ieiuniorum victimis: tendamus ad paschalia digne colenda gaudia.

Presta pater per filium, presta per almum spiritum: cum his. versus. Scuto circundabit. an. Iesus autem cum eiecisset demonium locutus est mutus: et admirate sunt turbe. ps. Benedictus dominus deus israel. Or. Quesumus omnipotens deus. ¶ Ad primam a. Si in digito dei eiicio demonia, profecto venit in vos regnum dei. ps. Deus deus meus respice. ¶ Ad tertiam. an. Dum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt omnia que possidet. ps. Legem pone mihi domine viam tu. Capitulum. Estote. R. Bonum mihi domine. Chorus prosequatur totum. quod humiliasti me. Bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. Clericus dicat V. Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua. Bonum mihi lex oris. Gloria patri et filio. Bonum mihi lex oris tui super milia auri. V. Dicet domino. ¶ Ad sextam. an. Qui non colligit mecum, dispergit: et qui non est mecum, contra me est. ps. Defecit. Capitulum.

Fornicatio autem et omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos. Eph. 5.A. R. Seruus tuus. Chorus totum prosequatur ego sum. Da mihi intellectum domine. Clericus. V. Ut discam mandata tua. Da mihi. Gloria pa. Seruus. V. Ipse libera. ¶ Ad nonam. an. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa querens requiem, et non inuenit. ps. Mirabilia. Capitulum.

Ephe 5.B. Hoc scitote fratres intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus: non habet hereditatem in regno christi et dei. R. Septies in die. Chor⁹ totum prosequatur. laudem dixi tibi domine. De⁹ me⁹ ne perdas me. Clericus V. Erraui sicut ouis que perierat: require seruum tuum domine: quia mandata tua non sum oblitus. Deus. Gloria pa. Septies in. Hy⁹. Scapulis suis obumbrabit. Hec hystoria predicta sup hoc. supradicto modo per xv. dies dicatur. Ad vesp. an. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. cap. Estote. R. Educ de carcere. Chor⁹ prosequatur totum. animam meam. Ut confiteatur nomini tuo domine. Cleric⁹ V⁹. Periit fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Ut. Gloria. Chor⁹ repetat R. Educ. Hoc predictum R. dicatur quotidie ad vespas per hanc hebdo. quando de fer. agitur. hy⁹. Ecce tempus. V⁹. Angelis suis. an. Extollens quedam mulier voce de turba dixit: beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti, at iesus dixit ei: quinimo beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. ps. Mag. or. Quesumus omnipotens. Supradict⁹ ordo hy. huius⁹ do. seruetur per xv. dies. etc. ¶ Fer. ij. et quotidie per hebdo. dicuntur V. R. ad matu. secundum ordinem noc. his. do. Ita tamen quod hystoria fer. non omittatur vt supradictum est in .j. hebdo. aduen. domini. Et si nullum fest. ix. lec. per hanc hebdo. contigerit. tunc .j. hystoriam feriale scilicet Iste est frater. erit. iij. R. in quarta fer. et alia duo R. in sab. dicuntur. Si aliquod festum ix. lec. in aliqua fer. per hanc hebdo. contigerit. tunc .j. R. fer. erit. iij. quando primo dicitur de. iij. noctur. et alia duo R. feria. dominica quando vlti. dicitur de fer. per hebdoma. Si autem iij. fer. per hanc hebdo. vacauerint. tunc .j. R. fer. erit. iij. quando de. ij. noctur. dicitur, et alia duo R. fedum loco viij. et ix. R. quando vlti. dicitur de fer. Si vero nullum fest. ix. lec. per hanc hebdo. contigerit. tunc dicetur primum R. in quarta feria: et alia duo in sabbato: vt supra dictum est. Lectio .j.



Aliud quoque vidit somnium: quod narrans fratrib⁹ ait. Uidi per somnium quasi solem et lunam et stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo et fratrib⁹ retulisset: increpauit eum pater, et dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti. Num ego, et mater tua, et fratres tui adorabimus te super terram. Lectio secunda.

Inuidebant ergo ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cunque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sichem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt greges in sichimis: veni, mittam te ad eos. Lectio tertia.

Quo respondente presto sum: ait. Uade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia mihi quid agatur. An. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. ps. Benedictus. Oratio.

Cordibus nostris quesumus domine gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita quoque sensus nostros a noxiis retraham⁹ excessibus. Per. ¶ Ad .j. a. Uiuo ego. ¶ Ad tertia a. Per arma iustitie. Capitulum.

Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse, discite benefacere. R. Boni

mihi. ¶ Ad.vi.an Emendemus. Capitulum.

Querite iudiciu, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite et arguite me dicit dominus. R. Seruus tuus. ¶ Ad nona. an Aduenerunt nobis. Capitulum.

Si fuerint peta vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. R. Septies i die. Hec cap. dicit super hoc. in fer. vsque ad passione dni qn de fe. agitur. Ad vespas a Jesus autem transiens per medium illorum ibat. ps. Magn. Oratio.

Subueniat nobis quesumus dne misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegete eripi, et te liberante saluari. Per dnm.

¶ Feria tertia. Lectio prima.

Missus de valle hebron venit in sichem: inuenitque eu vir erratem in agro, et interrogauit quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: indica mihi vbi pascut greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto: audiui autem eos diceTes, eamus i dothaim. L. ij.

Perrexit ioseph post fratres suos, et inuenit eos in dothain. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos cogitauerunt illum occidere: et mutuo loquebantur. Lec. iij.

Ecce somniator venit, venite occidamus eu, et mittamus in cisternam vetere, dicemusque. Fera pessima deuorauit eu. Et tunc apparebit quid prosint illi somnia sua. an. Si duo ex vobis consenserint sup terra: de oi re quancunque petierint fiet illis a patre meo qui in celis est dicit dns. ps. Bndictus. Or.

Exaudi nos ops et misericors deus, et continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per dnm. Ad vesp. an. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum dicit dns. ps. Magn. Oro.

Tua nos domine protectione defende, et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum.

¶ Feria quarta. Lectio prima.



Audiens aute hoc ruben: nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat. Non interficiamus animam eius nec effundamus sanguinem eius: sed proiicite eu in cisterna vetere que est in solitudine: manusque vestras seruate innoxias. L. ij.

Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum: et reddere patri suo. Confestim enim vt peruenit ad fratres, nudauerunt eum tunica talari et polymita, miseruntque eum in cisternam veterem que no habebat aquam. Lectio tertia.

Et sedentes vt comederent pane, viderunt ismaelitas venire de galaad, et camelos eorum portantes aromata, resinam, et stacten in egyptum. Dixit ergo iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostru: et celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt venundetur ismaelitis, et manus nostre non polluantur: caro enim et frater noster est. an. Audite et intelligite traditiones quas dominus dedit vobis. ps. Benedictus. Oratio.

Presta nobis quesumus dne vt salutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abstinentes

propitiationem tuā facilius impetremus. Per do. ¶ Ad vesp. ān. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. ps Magnificat. Oratio

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui protectionis tue gratiā querimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per d.

¶ Feria quinta. Lectio prima.



Cceuert fratres sermonibus eius: et pretereuntibus madianitis et negociatoribus, extrahentes ioseph de cisterna vendiderūt ismaelitis triginta argenteis. Qui duxerunt eum in egyptum. Lectio secūda.

Reversusqz ruben ad cisternā non inuenit puerum: et scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait. Puer non comparet, et ego quo ibo? Tulerunt autē eius tunicam: et sanguine hedi quem occiderant tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent. Hāc inuenimus: vide vtrū tunica filij tui sit an non. Lectio. iij.

Et iacob cū cognouisset tunicā ioseph: ait. Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum: bestia deuorauit ioseph. Scissisqz vestibus īdutus est cilicio: lugens filiū suum multo tpe. ā. Operamini nō cibū q̄ perit: sed q̄ permanet in vitā eternā. ps. Bn̄dictus. or.

Concede quesumus omnipotens deus: ut ieiuniorū nobis sancta deuotio, et purificationē tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominum. Ad vespe. ān. Panis enim dei est qui de celo descendit: et dat vitam mundo. ps Magnificat. or.

Subiectū tibi ppl'm q̄s dn̄e ppitiatio celestis amplicet: et tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominū. ¶ Feria vi. Lec. j.



Congregatis autē cūctis liberis eius vt delinirēt dolorem patris: noluit cōsolationem accipere, sz ait. Descēdā ad filium meum lugens in infernum. Lectio secunda.

Et illo pseuerāte i fletu: madianite vēdiderūt in egyptū ioseph phutifari eunucho pharaonis, magistro militie. Igitur ioseph duct9 est in egyptū: emitqz eum phutifar eunuchus pharaonis, prīceps exercitus sui, vir egyptius: de manu ismaelitarum a quibus perductus erat. Lectio. iij.

Fuit autem dominus cum ioseph: et erat vir in cunctis prospere agēs. Habitabatqz in domo domini sui: q̄ optime nouerat esse dn̄m cum eo: et omnia que gereret ab eo dirigi ī manu illius. Inuenit ioseph gratiā corā dn̄o suo: et ministrabat ei. A quo prepositus om̄ibus gubernabat creditam sibi domum: et vniuersa q̄ sibi tradita fuerant. ān. Domine vt video propheta es tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt. ps. Benedictus. Oratio

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore psequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita a vitiis ieiunemus in mente. Per dominum. Ad vesperas ān. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. ps Magnificat. or.

Presta q̄s ops de9: vt q̄ in tua ptectiōe cōfidimus, cuncta no

bis aduersantia te adiuuāte vincamus. Per dominū. ¶ Sabba. Lec.j.

Benedixit dn̄s domui egyptij ꝓpter ioseph: ⁊ multiplicauit tā i edibꝰ ꝙ̄ in agris cūctā eiꝰ substātiā: nec ꝗc̄ꝙ aliud nouerat nisi panē quo vescebatur. Erat aūt ioseph pulcher facie: ⁊ decorus aspectu. Lec.ij.

Post multos itaqꝫ dies iniecit dn̄a eius oculos suos in ioseph: et ait. Dormi mecum. Qui ait. Ecce dn̄s meus oībus mihi traditis ignorat quid habet i domo sua: nec quicꝙ̄ est qđ non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi: ꝑter te q̄ vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malū facere, ⁊ peccare in dn̄m meū? Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti: ⁊ ille recusabat stuprum. Lectio tertia.

Accidit autē quadā die vt intraret ioseph domū ⁊ operis quippiā absqꝫ arbitris faceret: et illa apprehensa lacinia vestimēti eius, diceret. Dormi mecū. Qui relicto in manu eius pallio fugit: ⁊ egressus est foras. an. Inclinauit se iesꝰ ⁊ scribebat i terra: si ꝗs sine pctō ē mittat i eā lapidē. ꝑ. Bn̄ꝰ. or.

Presta q̄sumus oīpotēs deꝰ vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam a culpa ieiunēt. Per dominū.

¶ Dn̄ica 4.xl.tota cātetur hist. Fe. 4. ⁊ sab. dicitur ℞. fe. Fe. 3. mēo. de sanctis. Ad secundas vespe. ⁊ 1. A
ad matu. de sancta maria. ¶ Dn̄ica 4.xl. tota dicitur hist. ⁊ fest. sancti greg. differa. in crast. Ad ves. que 2. A
erunt de fe. fiat solen. memo. de do. Feria 5. dicitur ℞. fe. Sabbato de sancto edvvardo. cꝑ. Beatus vir 3. A
qui in sapientia. ¶ Dominica quarta xl. tota dicitur hist. Ad primas ves. fiat memo. de s. edvvardo. Ad 4. A
secundas ves. que erunt de sancto cuthberto fiat mēo. de do. In 6. fe. dicitur ℞. fe. Sab. de annū. Vesp. 5. A
erunt de do. licet fest. loci fuerit ⁊ memo. tantum de fest. ¶ Dominica 4.xl. de serui. do. Ad primas ves. 1. B
que erunt de annunciatione fiat solen. memo. de do. Fe. 4. et sab. dicitur. ℞. fe. ¶ Dominica quarta xl. 2. B
de serui. do. Secunde vespere erunt de sancto richardo ⁊ memo. de do. Feria 6. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4. 3. B
xl. de serui. do. ⁊ in 4. fe. dicitur ℞. fe. Sabba. de sancto grego. cꝑ. Ecce sacerdos. ¶ Dominica 4.xl. de 4. B
ser. do. Ad primas vesperas que erunt de festo fiat solen. memo. de do. ⁊ in 4. fe. dicitur ℞. fe. Feria. 6. 5. B
de sancto edvvardo. caꝑ. Beatus vir qui in sapientia. ¶ Dominica quarta xl. de seruitio do. et festū san= 1. C
cti cuthberti differatur vsque ad 3. fe. et in sabbato dicitur ℞. fe. ¶ Dominica quarta xl. de seruitio do. 2. C
tota cantetur histo. ⁊ in 4. fe. dicitur ℞. feria. ⁊ in sabba. ¶ Dominica 4.xl. de serui. do. ⁊ fest. s. richar= 3. C
di differa. vsque in 3. fe. Secunde ves. erunt de s. ambrosio: ⁊ solen. memo. de do. ⁊ in 6. fe. dicitur ℞. fer. 4. C
¶ Dominica 4.xl. tota dicitur histo. ⁊ nihil de virginibus nisi memo. ad matu. ⁊ ad ves. de beata maria. 5. C
Feria quarta dicuntur ℞. fe. ¶ Dominica quarta xl. tota dicitur historia ⁊ in 4. feria dicitur ℞. feria. 1. D
¶ Do. 4.xl. tota dicitur his. ⁊ fes. s. benedicti diffe. in crasti. ⁊ in 6. fer. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4. xl. tota dr 2. D
hist. Fe. 4. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4.xl. tota dicitur his. Secūde ves. erūt de fes. cū pleno ser. in cra. In 5. 3. D
fe. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4.xl. de serui. do. ⁊ fes. s. dauid diffe. vsqꝫ ad 3. fe. Fe. 2. et 3. de fest. ix. lec. oīa de 4. D
communi vnius cōfes. ⁊ ponti. in 6. fe. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4.xl. de serui. do. Feria quarta dicitur ℞. fe. 5. D
¶ Dn̄ica quarta xl. de serui. do. In 5. fe. dicitur ℞. fe. Feria 4 caꝑ. Beatus vir qui in sapientia. ¶ Do. 1. E
quarta xl. de serui. do. ⁊ in 5. fe. dicitur ℞. fer. ¶ Do. quarta xl. de serui. do. ⁊ in quarta fe. dicitur ℞. fer. 2. E
Sabbato de sancto ambrosio. Secūde ves. erunt de do. ⁊ memo. de fest. ¶ Do. quarta xl. de serui. do. et 3. E
fest. s. cedde diffe. in crast. Fer. 2. de s. cedda ix. lec. oīa de cōi vnius cōfes. ⁊ ponti. ⁊ in 5. fe. dicitur ℞. fer. 4. E
¶ Do. quarta xl. de serui. do. ⁊ in 5. fe. dicitur ℞. fe. ¶ Do. quarta xl. de serui. do. ⁊ i sabbato dicitur ℞. 5. E
feria. Feria tertia cꝑ. Beatus vir qui in sapientia. ¶ Dominica quarta xl. de serui. do ⁊ in quinta fe. dici 1. F
tur respon. feria. ¶ Dominica quarta xl. de serui. dominicali ⁊ in quarta feria. dicitur responso. feriale. 2. F
¶ Do. quarta xl. de serui. do. Feria quarta ⁊ sab. dicitur ℞. fe. ¶ Do. 4.xl. de ser. do. ⁊ in 5. fe. dr ℞. fe. 3. F
¶ Do. quarta xl. de serui. do. ves. erunt de fest, caꝑ. Beatus vir qui in sapientia. ⁊ in sab. dicitur resp. fe. 4. F
¶ Do. quarta xl. de serui. do. Secūde ves. erūt de fest. annūcia. ⁊ solen. mēo. de do. Fer. 5. dicitur ℞. fe. 5. F
¶ Do. quarta xl. de ser. do. Fe. 6. dicitur ℞. fe. ¶ Do. quarta xl. de ser. do. Fe. quarta ⁊ sab. dicitur ℞. fe. 1. G
¶ Do. quarta xl. de ser. do. Secūde vespe. erunt de fest. ⁊ solen. memo. de do. In quinta fe. dicitur ℞. fe 2. G
¶ Do. quarta xl. de serui. do. Secunde ves. erūt de fest. ⁊ solen. memo. de do. In sabba. dicitur ℞. feria. 3. G
¶ Do. quarta xl. de serui. do. Fest. annuncia. diffe. in crasti. nisi fuerit fest. loci: et 2. vespere erunt de an= 4. G
nuncia. ⁊ solen. mēo. de do. Feria 5. dicitur respō. fe. ¶ Do. quarta xl. de serui. do. ⁊ in 6. fe. dicitur ℞. fe. 5. G

¶ Dominica quarta xl. Ad vespe. ã. Benedictus. ps. Ipsum. Capitulum.

Gal. 4. C. Scriptum est enim quoniam abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, et vnum de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem. ℞. Audi israel. Hy⁹. Ecce tempus. ℣⁹. Angelis suis. ãn. Nemo te condemnauit mulier? nemo domine: nec ego te cõdemnabo: iam amplius noli peccare. ps. Magnificat. Or.

Concede quesumus omnipotens deus vt qui ex merito nostre actionis affligimur, tue gratie consolatione respiremus. Per dñm. Ad matu. Inuit. Populus dñi et oues pascue eius. Venite adoremus. ps. Venite. Hymnus. Clarum de. ¶ In .j. noctur. ãn. Seruite. ps. Beatus vir. ℣⁹ Dicet do. Hac die incipiatur exodus, et legatur per totam hebdomadam vsque ad finem, quando de temporali agitur. Lectio prima.

Exod 1. A. Ec sunt nomina filiorum israel q̃ ingressi sunt in egyptum cum iacob. Singuli cum domibus suis itroierunt: rubẽ, simeon, leui, iudas, isachar, zabulon ⁊ beniamin, dan ⁊ neptali, gad et aser. Erãt igitur oẽs anime eorũ qui ingressi sunt de femore iacob: septuaginta quinq̃. Joseph autẽ in egypto erat. Quo mortuo ⁊ vniuersis fratribus eius, omniq̃ cognatione sua: filij israel creuerũt. Qui quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis: impleueruntq̃ terram. Tu. ℞.

a Locutus est dñs ad moysem dicens: descende in egyptum, dic pharaoni vt dimittat populum meum. Induratũ est cor pharaonis, non vult dimittere populum meũ nisi in manu forti. ℣⁹. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto: et gemitum eius audiui: ⁊ descendi liberare eum. Induratum est cor pharaonis. Lectio .ij.

Urrexit iterea rex nouus super egyptum: qui ignorabat ioseph: ⁊ ait ad ppl̃m suum. Ecce populus filiorum israel multus: ⁊ fortior nobis est. Uenite, sapienter opprimamus eum ne forte multiplicetur: et si ingruerit cõtra nos bellum addatur inimicis nostris: expugnatisq̃ nobis egrediatur de terra. ℞. Stetit moyses corã pharaone et dixit: hec dicit dñs. Dimitte populum meũ vt sacrificet mihi in deserto. ℣. Dñs de⁹ hebreorũ misit me ad te vt dicam tibi. Di. Lectõ .iij.

Reposuit itaq̃ eis magistros operum: vt affligeret eos oneribus. Edificaueruntque vrbes tabernaculorũ pharaoni phiton ⁊ ramesses, quantoq̃ opprimebant eos: tãto magis multiplicabantur et crescebant. ℞ In mari via tua et semite tue in aquis multis. Deduxisti sicut oues populum tuũ. In manu moysi ⁊ aarõ. ℣ Trãstulisti illos per mare rubrũ: ⁊ transuexisti eos p aquã nimiã. Dedu. Gloria. In ma. In .ij. noc. ã Bonorum. ps. Conserua. ℣ Ipse liberauit. Medie lectiones de sermone beati ioannis epi. Lec. iiij.

Stabat moyses in mõte: non armis sed precibus pugnaturus. Stabat extensis ad celũ manibus: deuoto orans affectu. Non de terra: sed de celo auxiliũ postulabat. Pugnabat cũ hostibus absens: cum externis sine bello decertabat. Ut quẽ loci diuersitas ab ĩimicis seiunxerat: oratiõis affectus bellatorem presentem hostibus exhiberet. ℞.

Qui persequebantur populum tuum domine demersisti eos in profundum. Et in columna nubis ductor eorum fuisti domine. V. Exclamauerunt filij israel in angustiis suis ad dominum: et misit eis saluatorem. Et in columna nubis. Lectio quinta

Ait moyse orante pugna occulta: sed manifesta victoria. Latenter dimicat: ut euidenter deuincat. Solus orat: ut multi saluentur. Stabat enim moyses in monte iam proximus celo: iam vicinus syderibus. Et quanto eum sublimitas montis extulerat: tanto oratio deo proximum exhibebat. R. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare. Adiutor et protector factus est mihi dominus in salutem. V. Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Adiutor. Lectio sexta.

Ait moyse orãte victoria: cessante mestitia. Potentior hostis efficitur: iusti corpore fatigato. Desinit israel vincere: moyse desistẽte in prece. Ut dum diuersa populis exhibentur: orationis nobis potentia demonstretur. Denique tandiu ista diuersitas valuit: quandiu moysi iugis oratio defuit. Perseuerante prece: perseuerans victoria roboratur. Jam geritur pugna cum hoste: iam amalech precibus debellatur.

R. Moyses famulus domini ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Ut legem domini mereretur accipere. V. Ascendit moyses in montem sinay. Ut. Gloria patri. Ut. In iij. nocturno. ãn. Preceptum. ps. Celi enarrant. V. Scapulis suis. ¶ Secundum Joannem.

In illo tẽpore. Abiit iesus trãs mare galilee quod dicitur tyberiadis, et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat super iis qui infirmabãt. Et reliq. Omelia ve. bede pbri. L. vij.

Qui signa et miracula domini ac saluatoris recte cum legunt vel audiũt accipiunt: non tam in his quid foris stupeant attendunt: quã quid horum exemplo intus agere, quid ipsi in his mysticum perpẽdere debeãt inspiciunt. R. Splẽdida facta est facies moysi dum aspiceret in eum dominus. Uidentes seniores claritatem vultus eius admirantes timuerunt valde. V. Descendit moyses de monte portans duas tabulas lapideas in manibus suis: scriptas utrasque digito dei. Uidentes seniores. Lect. viij.

Ecce enim appropinquante pascha die festo iudeorũ: sequentem se multitudinem dominus verbo salutis pariter et opere curationis erigebat. Nam (sicut alius euangelista scribit) loquebatur illis de regno dei: et eos qui cura indigebant sanabat. Eadem etiam doctrina et sanatione completa: paucis de cibariis eos abundantissime refecit. R. Ecce mitto angelum meum qui precedat te et custodiat semper. Obserua et audi vocem meam: et inimicus ero inimicis tuis, et affligentes te affligam: et precedet te angelus meus. V. Israel si me audieris nõ erit in te deus recens, neque adorabis deũ alienũ ego enim dominus. Obserua. Lectio. ix.

Nos ergo omnes fratres charissimi huius exemplo facti appropinquante pascha die festo nostre redemptionis: adiũcta fratrum caterua dominum toto corde sequamur. Quo actionum itinere ingressus sit, diligentissime contemplemur: ut vestigia eius sequi mereamur. Qui enim dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Quicquid in nobis in-

peritie nocentis inesse deprehendi-
mus: crebra illius verbi auditione
tergamus. ℟. Audi israel precepta domi
ni et ea in corde tuo quasi in libro scribe.
Et dabo tibi terrã fluentẽ lac et mel. ℣. Ob
serua igitur et audi vocẽ meã: et inimic9 ero
inimicis tuis. Et. Gl'ia. Et. ℟. feria. At-
tẽdite pp'le me9 legẽ meã. Inclinate aurẽ
vestram in verba oris mei. ℣. Aperiã in pa
rabolis os meum: loquar propositiões ab
initio seculi. Inclinate. Gloria. Inclinate.
Hoc ℟. feria. erit. iij. quotiens dice-
tur de. iij. noc. per hebdo. quando de
temporali dicitur ℣. Ipse liberauit me.
1 In laudibus ãn. Tunc acceptabis sa
crificium iustitie si auerteris faciem tuam
2 a peccatis meis. ps̃. Miserere. ãn. Bonũ
est sperare in domino q̃ sperare in princi-
3 pibus. ps̃. Confitemini. ãn. Benedicat
nos deus deus noster benedicat nos deus.
4 ps̃. Deus deus meus. ãn. Potens es
domĩe eripere nos de manu mortis, libera
5 nos de9 israel. ps̃. Benedicite oĩa. ãn.
Reges terre et omnes populi laudate deũ.
ps̃. Laudate dominum de celis. cap̃.
Scripum est. hymnus. Jesu quad.
℣. Scuto cir. ã. Abiit iesus trans mare ga
lilee: et seq̃batur eũ multitudo magna q2 vi
debãt signa q̃ faciebat: erat aũt proximum
pascha dies festus iudeorum. p̃s. Bñdict9
do. or̃. Concede q̃s. ¶ Ad. j. ã. Subiit
ergo iesus in montẽ et ibi sedebat cũ disci-
pulis suis: erat aũt proximũ pascha dies
festus iudeorum. ps̃. Deus deus meus re.
¶ Ad. iij. ãn. Accepit ergo iesus panes,
et cũ grãs egisset distribuit discũbẽtibus,
similiter et ex piscib9 quantũ volebant. ps̃.
Legem pone. Capm̃. Scriptum est.
℟ia. et ℣. sicut proxima dominica
preceden. ad omnes horas dicũtur.
¶ Ad. vj. ã. De quinque panibus et duo-
bus piscibus satiauit dominus quinq3 mi
lia hominum. ps̃. Defecit. Capitulum.

Letare sterilis que non paris:
erumpe et clama que non par
turis: quia multi filij deserte ma-
gis quam eius que habet virum.
¶ Ad ix. ãn. Satiauit dominus quinq3
milia hominum de quinq3 panibus et duo-
bus piscibus. ps̃. Mirabilia. Capl'm.
Nos autem fratres secundum
isaac promissionis filij sum9,
et quomodo tũc is qui secũdum car
nem natus fuerat persequebat eum
qui secundum spiritum, ita et nunc:
sed quid dicit scriptura? eiice ancil-
lam et filium eius. Ad vesperas. ãn.
Sede a dextris. p̃s. Dixit dominus. Cp̃.
Scriptum est. ℟. Adduxit. chorus p-
sequatur totum ℟. Eos dominus: et
in fortitudine magna cibauit eos nascen-
tiis agrorum. Suxerunt mel de petra et o-
leum de firma petra. Clericus. ℣. Ciba-
uit eos ex adipe frumenti: et de petra mel-
le saturauit eos. Suxe. Gloria pa. ℟. Ad.
Hoc ℟. dicitur quotidie ad ves. vsq3
ad passio. dñi qñ de fer. agitur. Hy.
Ecce tẽpus. ℣. Angelis. ãn. Illi homĩes
cũ signũ vidissent qđ factũ fuerat glorifi-
cabãt deũ: et dicebãt q2 hic est saluator mun
di. ps̃. Magnificat. Or̃o. Concede.
¶ Feria secunda et quotidie per heb
doma. dicuntur ℣. et ℟. ad matu. se-
cundũ ordinem noc. hist. do. ita tñ q' Exod
℟. fer. non omittãtur. Lectio prima. .D.



Oderant autem fi-
lios isrl' egyptij:
et affligebãt illu-
dentes et inuiden
tes eis: atq3 ad a-
maritudinẽ pdu-
cebãt vitã eorum
operibus duris luti et lateris/ omni-
que famulatu quo in terre operibus
premebantur. Lectio secunda.
Dixit aũt rex egypti obstetricibus

hebreorum: quarum vna vocabatur sephora, et altera phua: precipiens eis. Quādo obstretricabitis hebreas, et partus tēpus aduenerit: si masculus fuerit interficite eum: si femina reseruate. Lectio tertia.

Timuerūt aūt obstetrices deum: et non fecerūt iuxta pceptū regis egypti: sed conseruabāt mares. Quibus accersitis ad se: ait rex. Quidnā est hoc quod facere voluistis: vt pueros seruaretis? Que respōderunt. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Ipse enim obstetricandi habent scietiā: et priusq̄ veniamus ad eas, pariunt. an. Auferte ista hinc (dicit dñs) et nolite facere domum patris mei domū negociationis. ps. Benedictus. Oratio.

Presta q̄s oīpotens deus: vt obseruatiōes sacras annua deuotiōe recolētes, et corpore tibi placeamus et mente. Per. Ad vespe. an. Soluite templum hoc (dicit dñs) et post triduū reedificabo illud, hoc autē dicebat de templo corporis sui. ps. Magnificat. Or.

Deprecationem nostram q̄sumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi pstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per do. ¶ Feria tertia. Lectio pria.

Bene ergo fecit de⁹ obstetricib⁹: et creuit ppls, cōfortatusq̄ est nimis. Et q2 timuerūt obstetrices deū: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao oīni populo suo dicens. Quicquid masculini sexus natū fuerit, in flumine proicite: quicqd femininū seruate. Lec. ij.

Egressus est post hec vir de domo leui: et accepit vxorem stirpis sue. Que concepit et peperit filium: et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Lectio tertia.

Cumq̄ iā celare non posset sumpsit fiscellam sirpeam: et liniuit eam bitumine ac pice. Posuitq̄ in ea infantulum, et exposuit eū in carecto ripe fluminis: stāte procul sorore eius, et cōsiderante euētum rei. an. Quid me queritis interficere, hominē qui vera locutus sum vobis? ps. Benedictus. Oro.

Sacre nobis q̄s dñe obseruationis ieiunia: et pie conuersationis augmentū, et tue propitiationis cōtinuum prestent auxilium. Per. Ad vesp. an. Vnum opus feci et admiramini quia totum hominem sanum feci in sabbato. ps. Magnificat. Oratio

Miserere domine quesum⁹ populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per dominum no.

¶ Feria quarta. Lectio prima.

Ecce autem descendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: et puelle eius gradiebantur p crepidinē aluei. Que cū vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam e famulabus suis: et allatam aperiēs cernensq̄ in ea paruulum vagientē, miserta eius ait. De infantibus hebreorum est. Lectio secunda.

Cui soror pueri. Vis (iquit) vt vadam: et vocem tibi mulierem que nutrire possit infantulum? Respondit, vade. Perrexitq̄ puella: et vocauit matrem suam. Ad quā locuta est filia pharaonis. Accipe (ait) puerum istum: et nutri mihi. Ego dabo tibi mercedem tuam. Lectio tertia.

Suscepit mulier et nutriuit puerum: adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij: vocauitque nomen eius moyses, dicens, quia de aqua tuli eum. an. Rabbi, quis peccauit hic aut parentes eius quod cecus natus est? respondit iesus et dixit: neque hic peccauit neque parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. ps. Bndictus. Oratio.

Deus qui et iustis premia meritorum, et peccatoribus per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per. ¶ Ad vesperas. an. Ille homo qui dicitur iesus lutum fecit ex sputo et liniuit oculos meos et modo video. ps. Magnificat. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas, fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum nostrum.

¶ Feria quinta. Lectio prima.

Exo. 2. B. In diebus illis. Postquam creuerat moyses: egressus est ad fratres suos. Viditque afflictionem eorum: et virum egyptium percutientem quendam de hebreis fratribus suis. Cumque circunspexisset huc atque illuc et nullum adesse vidisset: percussum egyptium abscondit sabulo. Lectio secunda.

Et egressus die altero: conspexit duos hebreos rixantes. Dixitque ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? Qui respondit. Quis constituit te principem et iudicem super nos? Num occidere me tu vis sicut heri occidisti egyptium? Lectio. iij.

Timuit moyses: et ait. Quomodo palam factum est verbum istud? Audiuitque pharao sermonem hunc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra madian: et sedit iuxta puteum. an. Pater diligit filium: et omnia demonstrat ei que ipse facit. ps. Bndictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per. Ad vesp. an. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. ps. Magnificat. Oratio.

Populi tui deus institutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus. Per.

¶ Feria sexta. Lectio prima.

Erant autem sacerdoti madian septem filie que venerant ad hauriendam aquam: et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores: et eiecerunt eas. Lectio secunda.

Surrexit itaque moyses: et defensis puellis adaquauit oues earum. Et cum reuertissent ad raguel patrem suum: dixit ad eas. Cur velocius venistis solito? Responderunt. Vir egyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper et hausit aquam nobiscum: potumque dedit ouibus. Lec. iij.

At ille. Vbi est inquit? Quare dimisistis hominem? Vocate eum vt comedat panem. Iurauit ergo moyses quod habitaret cum eo. Accepitque sephoram filiam eius vxorem: que peperit ei filium quem vocauit gersam dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero quem peperit vocauit eliezer dicens. Deus enim patris mei adiutor meus, et eripuit me de manu pharaonis. an. Lazarus amicus noster dormit: eamus et a somno excite

mus eum. ps Benedictus. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundũ renouas sacramentis: presta q̃s vt ecclesia tua eternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis. Per. ¶ Ad vespe. ãn. Domine si hic fuisses lazarus non esset mortuus: ecce iam fetet quatriduanus in monumento. ps Magnificat. Oratio.

Da q̃sumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre cõscij de tua virtute confidimus: sub tua semper protectione gaudeamus. Per dñm. ¶ Sabbato. Lectio prima.

Post multum vero temporis mortuus est rex egypti. Et ingemiscentes filij israel propter opera: vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad deum ab operibus: & audiuit gemitum eorum: ac recordatus est federis quod pepigit cum abraham, isaac, et iacob. Et respexit dominus filios israel: et liberauit eos. Lectio secunda.

Moyses autem pascebat oues ietro soceri sui sacerdotis madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti: venit ad montem dei oreb. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet & nõ combureretur. Dixit ergo moyses. Vadã & videbo visionem hanc magnã: quare non comburatur rubus. Lectio tertia.

Cernẽs aũt dñs q͛ pergeret ad videndum: vocauit eum de medio rubi et ait. Moyses moyses. Qui respondit. Assum. At ille. Non appropies (inquit) huc. Solue calciamẽtum de pedibus tuis: locus enĩ in quo stas, terra scẽã est. Et ait. Ego sum deus patris tui: deus abrahã, deus isaac, et deus iacob. ãn Ego sum lux mũdi: qui sequitur me nõ ambulat in tenebris s; habebit lumen vite dicit dñs. ps Bñdictus. Or.

Fiat quesumus domine p gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tũc nobis proderũt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per dominũ nostrũ. Ab hac die vsque ad crast. octa. pasche nihil fiat de fes. ix. lec. nisi solummodo de fes. dupli. & hoc abhinc vsq; ad cenam dñi tantum. Si aliquod dupl. fest. in hoc sabba. vel in sab. sequenti contigerit: vespere fiãt de dominica: & solẽnis memoria de festo.

¶ Dominica in passione tota dicitur historia: & festum sancti gregorij differatur in crasti. Ad secundas 1. A
vesperas que erunt de fest. fiat solen. memoria de dominica. Histo. do. dicitur per hebdo. incipiendo cum
duobus ℣lis & in 5. feria dicitur 7. ℟. histo. cum duobus ℣lis. fer. Festa vero sanctorum edvvardi/
cuthberti/ & benedicti differantur vsque ad trans. eorundem. ¶ Dominica in passione de seruitio domi- 2. A
nice. Ad primas vesperas fiat memoria de sancto edvvardo: & festa sanctorum cuthberti et benedicti dif-
ferantur vsque ad trans. eorum. Feria quarta dicitur 8. ℟. histo. cum 2. ℟. fe. Sabba. de annuncia. Se 3. A
cunde vespere erunt de do. & solen. memoria de festo: licet fest. loci fuerit. ¶ Dominica in passione de ser-
uitio do. Ad primas vesperas fiat solen. memoria de annuncia. Feria quarta dicitur 8. ℟. cum 2. ℣lis.
fer. ¶ Dominica in passione de seruitio do. Feria tertia de sancto ambrosio. Cpm. Ecce sacerdos. et fest. 4. A
sancti richardi differatur vsque ad transla. eius. Feria quinta dicitur 8. ℟. cum 2. ℣lis fe. ¶ Dominica 5. A
in passione de seruitio do. Feria quarta & sabba. dicitur 8. ℟. cũ 2. responsoriis fe. ¶ Dominica in passio- 1. B
ne de seruitio do. Ad primas vesperas que erunt de do. fiat solen. memoria de sancto gregorio & fest. san
ctorum differantur vsq; ad trans eorum. Et in quarta fe. & sabba. dicitur 8. respon. cum 2. responsoriis fe. 2. B
¶ Dominica in passione de seruitio do. & fest. sanctorum differantur vsque ad trans. eorum. Feria quarta 3. B
dicitur 8 ℟. cum 2. ℣lis fe. ¶ Dñica in passione de ser. do. Feria 4. et sab. dicitur 8. ℟. cum 2. ℣lis. fe.
¶ Dñica in passione de serui. do. et nihil de sancto richar. vsque ad trans. eius. Secũde ves. erũt de sancto 4. B
ambrosio & solen. memo. de do. & in 5. fe. dicitur 8. respo. cum 2. ℣lis fe. ¶ Do. in passione de ser. do. In
4. fe. & sab. dicitur 8. ℟. cũ 2. ℣lis fe. In 5. fe. dicitur memo. de s. tyburtio ad ves. & ad matu. de s. maria 5. B

1. C ¶ Dominica in passione de seruitio do. & festa sanctorum cedwardi/cuthberti/& benedicti diffe. vsque ad
2. C trans. eorum: et in quarta fe. et sabbato dicitur S. respon. cum responsoriis fe. ¶ Dominica in passione de
3. C seruitio dominice & festum sancti benedicti diffe. vsque ad trans. eius: et in quarta fe. dicitur. S. respon.
4. C cum responsoriis feria. ¶ Dominica in passione de seruitio do. et in quarta feria & in sabba. dicitur S. re-
5. C spon. cum responsoriis fe. & festum sancti richardi differatur vsque ad trans. eius. ¶ Dominica in passiõe
1 D de seruitio do. et festum sancti ambrosii diffe. in crasti. Secunde vespere erunt de sancto ambro. et solen.
2. D memoria de dominica. Feria quinta dicitur S. respon. cum responsoriis fe. ¶ Dominica in passione de
3. D serui. do. Feria quarta & sabba. dicitur S. respon. cum responsoriis fe. ¶ Dominica in passione de seruitio
4. D do. Feria quarta dicitur S. respon. cum responsoriis fe. Feria quinta de sancto grego. ¶ Dominica ĩ pas.
de seruitio do. et fest. sanctorum diffe. vsque ad trans. eorum. Feria quarta & sabbato dicitur S. responso-
rium cum responsoriis fe. ¶ Dominica in passione de seruitio do. & in 6. fe. dicitur S. respon. cum respõ.
5. D fe. Feria quarta de annuncia. et solen. memo. de ieiunio. ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali:
1. E et festum sancti richardi diffe. vsque ad trans. eius: & in 4. feria dicitur S. respon. cum respon. fer. ¶ Do-
2. E minica in passione de seruitio dominicali. Ad primas vesp. sol. me. de fes. In 4. fe. & sabbato dicitur S. ℟.
3. E cum resp. fe. ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. In 5. feria dicitur S. respon. cũ responsoriis
ferialibus. Feria quarta de sancto gregorio. cp. Ecce sacerdos. ¶ Dominica in passione de seruitio do-
4. E minicali. Feria quarta & sabbato dicitur S. respon. cum responsoriis fe. Festa differantur vsque ad trans
5. E lationem eorum. ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. Feria quinta dicitur S. respon. cum re-
sponsoriis fe. Feria tertia de annunciatione. & solennis memoria de ieiu. ¶ Dominica in passione de ser-
uitio dominicali: & in 4. fe. S. responso. cum responsoriis ferialibus. Festum sancti richardi differatur vs-
1. F que ad trans. eius. Feria sexta de sancto ambrosio. cp. Ecce sacerdos. ¶ Dominica in passione de seruitio
dominicali & in 4. fe. & sabb. dicitur S. resp. cum responsoriis ferialibus. ¶ Dominica in passione de ser.
dominicali. Feria quinta dicitur S. ℟. cum responsoriis feria. Feria tertia de sancto gregorio. cpm. Ecce
sacerdos. ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. Feria quarta & sabbato dicitur S. resposo. cum
℟iis fe. & festa differantur ad transla. eorum. ¶ Dominica in passione de seruitio do. Secunde vespere
2. F erunt de sancta maria: & solennis memorie de dominica. Feria secunda de annunciatione & sol. memoria
3. F de ieiunio. Feria quinta dicitur S. ℟. cum respon. feria. ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali:
4. F et nihil de sancto richardo vsq; ad trans. eius. Feria quinta de sancto ambrosio. cpm. Ecce sacerdos. Fe.
5. F quarta dicitur S. ℟. cum respon. fe. ¶ Dominica in passione de seruitio dñicali. Feria quarta & sabbato
1. G dicitur S. ℟. cum respon. fe. ¶ Dominica in passione de do. Secunde vespere erunt de sancto grego. cp.
2. G Ecce sacerdos. & solen. memo. de do. Feria quinta dr S. respon. cũ ℟iis fe. ¶ Dominica in passione de do.
3. G Festum annuncia. diffe. licet fest. loci fuerit. Secunde vespere erunt de annuncia. & solen. memo. de do.
In 4. fe. & sabba. dicitur S. ℟. cum respon. fe. Fes. sanctorum differantur vsq; ad trans. eorũ. ¶ Dñica in
passione de do. Feria 2. de annun. & solen. mẽo. de ieiunio. Fe. 5. dr S. ℟. cum respon. fe. ¶ Do. in passiõe
4. G de ser. dominicali & nihil de sancto richardo vsq; ad translationem eius. Feria quarta de s. ambro. Cpm.
Ecce sacerdos. & solennis memoria de ieiunio. Feria quinta dicitur S. ℟. cum responsoriis feria. ¶ Do-
5. G minica in passione de do. In quarta fe. & sabba. dicitur S. ℟. cum responsoriis ferialibus.

¶ Dñica in passiõe dñi ad vesp. ãn. Benedictus. ps. Ipsum. Deinceps nulla dr neuma in fine ãn. vsque ad octa. pasc. ñ. tñ et Bñdica. & Kyrie el. et grad. &c. hmõi cum neuma dñr more solito vsq; ad cenã do. Kyrie elei. vero semp cũ sua neuma dr. Capm.

Thre. 3. F. Iudica domine causam anime mee: defensor vite mee domine deus meus. ℟. Circumdederunt me viri mẽdaces sine causa flagellis ceciderũt me. Sed tu dñe defensor vindica me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. Sed tu. Non dicitur Gloria. sed repetatur ℟. Circumderunt. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium: quo carne carnis cõditor, suspẽsus est patibulo.
Confixa clauis viscera, tendens manus vestigia: redemptionis gratia hic immolata est hostia.
Quo vulneratus insuper mucrone dire lancee: vt nos lauaret crimine, manauit vnda sanguine.
Impleta sunt que concinit dauid fidelis carmine: dicẽdo nationibus, regnauit a ligno deus.
Arbor decora et fulgida, ornata regis purpura: electa digno stipite, tã sancta membra tangere.

Beata cuius brachiis, p̄ciū pependit secli: statera facta est corporis, p̄damq; tulit tartari. Ad istum. ℣. O crux aue. conuertat se chorus ad altare vsq; ad inceptionem psal. Magn̄.

O crux aue spes vnica, hoc passiōis tempore: auge piis iusticiam, reisq; dona veniam.

Te summa deus trinitas, collaudet oīs spūs: quos p crucis mysteriū saluas rege per secula. Amen. ℣. Dederūt in escam meam fel. ℟. Et in siti mea potauerūt me aceto. ā. Ego sū q̄ testimoniū perhibeo de meipso ⁊ testimoniū phibet de me qui misit me pater. ps. Magn̄. Orō

Quesum⁹ ops de⁹ familiā tuā propiti⁹ respice: vt te largiente regat̄ in corpore, ⁊ te seruante custodiat̄ i mēte. p. Ad 2pl̄. ā. Miserere. p. Cū iuo. cp. Tui no. ℟. In manus tuas. hy⁹. Cultor dei. ⁊c oīa sicut notant̄ ad cōple. post psalte. ¶ Ad mat. Inuit. Hodie si vocē dn̄i audieritis. Nolite obdurare corda vr̄a. p̄. Ven̄. ⁊ d̄r sn̄ Glīa. s; post. j. iij. ⁊. v. ℣. repetat̄ Nolite obdura. post. ij. ℣. ⁊. iiij. ℣. totū repetat̄ iuit. ⁊ sic fiat quotidie vsq; ad cenā do. ad mat. de tpali tm̄: et causa sub ē q̄ nō d̄r Glīa. i sn̄ pi Ven̄. hy⁹

Pange lingua glriosi pliū certaminis: ⁊ sup crucis trophe um dic triūphū nobilē: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplasti fraude facta cōdolens: quādo pomi noxialis morte morsu corruit, ipse lignū tunc notauit, damna ligni vt solueret.

Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat: multiformis pditoris ars vt artem falleret, et medelam ferret inde, hostis vnde leserat.

Quando venit ergo sacri plenitudo tēporis: missus est ab arce patris natus orbis conditor, atq; vētre virginali caro factus prodiit.

Gloria ⁊ honor deo, vsq;quo altissimo: vna patri, filioq; inclito paraclito, cui laus est ⁊ potestas per eterna secula. Amen. ¶ In primo noct. ān. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. ps. Beatus vir. Hec sola ān. dicitur in. j. noctur. sup oēs psal. ante lec. ⁊ finiantur psal. cū Gloria. sicut in preceden. dn̄icis: ita tamē q quotienscunq; dicitur Glīa. post psal. exaltetur si necesse fue. ⁊ sic fiat in sequentibus noc. hui⁹ do. ⁊ in sequētib⁹ dieb⁹ vsq; ad cenā do. ℟⁹. Et de manu. ⁊c. Erue a fra. ⁊c. Hac die incipiat̄ hiere. et legat̄ quoti. vsq; ad pasc. qn̄ de tpali agit̄. Tamē cū fuerint. ix. lc. de tpali, tūc in. j. noc. tantū de prophetia hieremie legant̄. Lec. j.



Verba hieremie filij helchie de sacerdotib⁹ q̄ fuert in anathot in terra bēiamin, q̄d factū est v̄bum dn̄i ad eū i dieb⁹ iosie filij amos regis iuda, i terciodecimo anno regni ei⁹. Et fctm̄ est i dieb⁹ ioachī filij iosie regis iuda, vsq; ad 2sūmationē vndecimi anni sedechie filij iosie regis iuda: vsq; ad transmigrationē hierl̄m i mēse q̄nto. Et tūc finiat̄ oēs l̄. de pphe. cū hac cl̄a. Hec di. nisi i trib⁹ noctib⁹ an̄ pasc. ℟. Isti sūt dies quos obseruare debetis tpib⁹ suis Quartadecima die ad vesperū pascha dn̄i est ⁊ in quītadecima solēnitatē celebrabitis altissio dn̄o. ℣. Locut⁹ est dn̄s ad moysē dicēs, loq̄re filiis isrl̄ ⁊ dices ad eos. Quar. Hoc predi. ℟. non d̄r p hebd̄. seque. sed ad has matu. tantum. Lectio. ij.

Dñica. j.

ET factum est (iquit hieremi-
as) verbum domini ad me: di-
cens. Priusquam te formarem ī vte-
ro noui te, et antequā exires de vul-
ua sanctificaui te: et prophetam in
gentibus dedi te. Et dixi. A, a, a. do-
mine deus, ecce nescio loqui: quia
puer ego sum. Et dixit dominus ad
me. Noli dicere quia puer sum: quo-
niam ad omnia que mittam te ibis:
et vniuersa quecunque mandauero
tibi loqueris. Ne timeas a facie eo-
rum: quia ego tecum sum vt eruam
2 te: dicit dominus. Hec. ℟. Multiplica-
ti sunt qui tribulant me: et dicent, non est
salus ipsi in deo eius. Exurge domine sal-
uum me fac deus meus. ℣. Nequando di-
cat inimicus meus preualui aduersus eū.
Exurge domine saluū. Lectio tertia.

ET misit domin⁹ manū suā:
et tetigit os meū. Et dixit do-
minus ad me. Ecce dedi verba mea
in ore tuo: ecce constitui te hodie su-
per gentes ⁊ super regna: vt euellas
et destruas, et disperdas et dissipes,
et edifices ⁊ plātes. Et factū est ver-
bum domini ad me dicens. Quid tu
vides hieremia? Et dixi. Virgam vi-
gilantem ego video. Et dixit domi-
nus ad me. Bene vidisti: quia vigi-
labo ego super verbum meum vt fa-
3 ciam illud. ℟. Qui custodiebant animā
meam consilium fecerūt in vnum: dicētes.
deus dereliquit eum: persequimini et com-
prehendite eum: quia non est qui liberet eū
Deus meus ne elongeris a me, deus meus
in adiutorium meum intende. ℣. Omnes
inimici mei aduersum me cogitabant ma-
la mihi: verbum iniquum mandauerūt ad-
uersum me dicentes. Deus meus ne elon.
Hinc ℣. non sequatur: Gloria patri.
sed ℟. reincipiatur. Idē modus ter-
netur in vi. ⁊ ix. ℟. ⁊ in quotidianis
℟. siue hor. ⁊ in. iii. ℟. ad ma. ⁊ quo-
tidie fiat hoc modo vsque ad pascha
qn̄ de tpali agit̄ tm̄. ¶ In. ii. noc. an.
Sicut exaltat⁹ est serpens in eremo: ita ex-
altari oportet filiū hois. Ps. Conserua.
℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et
a cornibus vnicornium humilitatē meam.
Sermo bti ioannis epi. Lectio. iiii.

MAgnum hieremie sanctissimi
meritum: magnum in eū col-
latū est diuinitus donum. Magnū
(inquam) hieremie est meritum: qui
ante promeretur quā nascitur, ante
sanctificatur quam editur, ante pro-
pheta constituitur ꝙ mundi exordio
potiatur. Dicuntur eius merita: et
ab eo necdum exercētur officia. Do-
na narrantur: nec tamen donorum
cause tractantur. Promotio dicitur:
et necdum promitionis negotiū ape-
ritur. ℟. Deus meus es tu: ne discedas a
me. Quoniam tribulatio proxima est ⁊ nō
est qui adiuuet. ℣. Deus deus meus respi-
ce in me. Quoniam tribulatio. Lectio. v.

NOli (inquit dn̄s) putare hiere-
mia quod hodie te prophetā
cōstituo: aut nunc primum ad istam
gētem corrigēdam premitto. Olim
enim mihi probatus ac notus es: o-
lim consecratus ac dignus, olim
propheta gentibus institutus. Te Cap
mihi aptum: te idoneum prescien- 3.F.
tia ipsa monstrauit. Tibi prophetan-
di presagium: et fiduciam predican-
di attribui. Per te prophete officia:
et mee dispositionis nuncia perferri
ad illos institui. ℟. Tota die contrista-
tus ingrediebar domine: quoniam anima
mea impleta est illusionibus. Et vim fa-
ciebant qui querebant animam meam. ℣.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt
vanitates et dolos tota die meditabantur.
Et vim faciebant. Lectio sexta.

Etenim nemo exterreat: nemo tibi formidinem vanam immittat. Inter me et ipsos tu eris medius: qui iussa perferas, precepta ostendas, mandata edicas. Nec poteris reticere que loquor: ne silentio possis afferre perniciem, qui predicando poteris conferre salutem. Quid est (inquit) dominator dñe? Cur iuniori tam onerosum pondus imponis? Cur ad corrigendum populum etatem paruulam dirigis? Cur prophetandi mihi tantam operam credis? Ego enim nec ad exequendum idoneus: qui etate premor, sermone impedior, officio tepeor. Noli (inquit dominus) dicere quia iunior ego sum. Hoc enim p te fieri volui: hoc enim per te impleri precepi vt iunior senes, ⁊ ineloquēs
6 eloquentes obiurges. ℟. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Quoniā. ¶ In .iij. noc. A. Recordare mei domine ⁊ erue me ab his qui persequuntur me. ps. Celi enarrant. ℣. Ne perdas cum impiis deus animam meam. ℟. Et cum viris sanguinū vitam meam. ¶ Secundum Joannem.

Cap. 8. F. In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape. Lectio septima.

Pensate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat: ⁊ dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorē non esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde quod subdit. Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non
estis. ℟. Adiutor et susceptor meus es tu 7
domine: et in verbum tuum speraui. Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. ℣. Iniquos odio habui ⁊ legem tuam dilexi. Declinate. Lectio octaua.

Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est: et audire verba dei non potest quisquis ex illo non est: interroget se vnusquisqꝫ si verba dei in aure cordis percipit et intelligit vnde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque nostrum, si hec vox dei in cordis eius aure conualuit: et quia
iam ex deo sit agnoscit. ℟. In te ia- 8
ctatus sum ex vtero: de ventre matris mee deus meus es tu: ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adiuuet. ℣. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornibus vnicornium humilitatem meam. Quoniam tribulatio pro. Lectio nona.

Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure cordis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidē corporis aure percipiunt: sed nullo ea mētis desiderio amplectūtur. Et sunt nōnulli qui libenter verba dei suscipiūt, ita vt etiā fletib⁹ cōpungantur: sed post lachrymarū tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba dei nō audiunt: quia hec exercere in opere contemnūt. Vitam ergo vestrā fratres charissimi ante mentis oculos reuocate: et alta

consideratione ptimescite hoc quod
ex ore veritatis sonat. Propterea vos
non auditis: quia ex deo non estis.
9 ℟. In proximo est tribulatio mea domi-
ne (et non est qui adiuuet) vt fodiant ma-
nus meas et pedes meos: libera me de ore
leonis. Ut enarrem nomē tuum fratribus
meis. ℣. Erue a framea deus animā meā:
et de manu canis vnicam meam. Ut enar-
rem nomē tuum. ℟. In proximo. ℟. fer.
Ne perdas cum impiis deus animā meam
et cum viris sanguinum vitam meam Re-
dime me domine. ℣. Eripe me domine ab
homine malo: a viro iniquo libera me. Re-
dime. ℟. Ne auertas faciem tuam a pue-
ro tuo domine. Quoniam tribulor veloci-
ter exaudi me. ℣. Intende anime mee et li-
bera eā, propter inimicos meos eripe me.
Quoniam. Hec duo ℟ia ferialia sem-
per dicuntur pariter in vno die: et
quotiens dicetur de. iij. noctur. per
hebdo. de fer. temporali. ℣s⁹. Intende
anime mee et libera eam. ℟. Propter ini-
micos meos eripe me. Iste ℣. dicit quo-
tidie ante lau. vsq ad cenam do. qñ
de temporali agitur. ¶ In laud. ān.
1 Vide domine afflictionem meam: quo-
niā erectus est inimicus meus. ps. Mise-
2 rere. ān. In tribulatione inuocaui dñm et
exaudiuit me in latitudine. ps. Confite-
3 mini. ā. Iudicasti domine causam anime
mee: defensor vite mee domine deus meus.
4 ps. Deus deus meus. aña. Popule
meus quid feci tibi? aut quid molestus fui?
5 responde mihi. ps. Bñdicite. ān. Nun-
quid redditur pro bono malum, qz foderūt
foueam anime mee. ps. Laud. Capm.
Heb. Christus assistens pōtifex fu-
11. C. turorum bonorum per amplius
et perfectius tabernaculum non ma
nu factum, id est non huius creatio-
nis: neque per sanguinem hircorum
aut vitulorum sed per propriū san-
guinē introiuit semel in sancta, eter-
na redemptione inuenta. Hymnus.
Lustra sex qui iam peracta
tempus implens corporis,
se volēte natus ad hoc passioni dedi
tus, agnus in cruce leuatur immo-
landus stipite.
Hic acetum fel arundo sputa claui
lancea: mitte corpus perforatur san
guis vnda profluit: terra, pontus,
astra, mūdus quo lauātur flumine.
Crux fidelis inter oēs arbor vna
nobilis: nulla silua talē profert fron
de flore germine: dulce lignum, dul-
ces clauos, dulce pondus sustinet.
Flecte ramos arbor alta, tensa la-
xa viscera, et rigor lētescat ille quem
dedit natiuitas: vt superni membra
regis miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti ferre preciū
seculi, atque portū preparare nauta
mundo naufrago: quem sacer cruor
perunxit fusus agni corpore.
Gloria et honor. ℣. Eripe me de ini-
micis meis deus meus. ℟. Et ab īsurgē-
tibus in me libera me. ān. Quis ex vobis
arguet me de peccato? si veritatē dico, qua
re vos non creditis mihi? qui est ex deo ver
ba dei audit, propterea vos nō auditis quia
ex deo non estis. ps. Benedictus. Or.
Quesumus omnipotens deus. &c.
¶ Ad primam. ān. Ego demonium non
habeo, sed honorifico patrem meū dicit do
minus. ps. Deus deus meus respice.
Ab hac die et deinceps vsq ad octa.
pasce. non dr ℟. Iesu christe. sed post
cap. statim dicitur ab vno solo pue-
ro ex parte cho. loco nec habitu mu-
tato. ℣sus. Exurge domine adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
Hoc eodem modo dicitur quotidie
vsq ad cenam do. quando de tempo
rali agitur tantum. ¶ Ad tertiā. ān.

Ego gloriam meam nō quero: est qui querat et iudicet. ps. Legem pone. Capitulum. Christus assi. ℟. Erue a framea. Chorus prosequatur totum deus animam meam. Et de manu canis vnicam meam. Clericus. ℣. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. Et de manu canis vnicam meam. ℣. De ore leonis.

¶ Ad sextam. an. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in eternum. ps. Defecit. Capitulum.

Sanguis christi qui per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo: emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendū deo viuenti. ℟. De ore leonis. Chorus prosequatur totum Libera me domine. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Clericus. ℣. Erue a framea deus animam meā: et de manu canis vnicam meam. Et a cornibus. Versus. Ne perdas cum impiis.

¶ Ad nonam. an. Abraham pater vester exultauit vt videret diē meū, vidit et gauisus est. ps. Mirabilia. Capitulum.

Ideo fratres christus noui testamēti mediator est: vt morte intercedente repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. ℟. Principes. Chorus prosequatur persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua. Clericus. Versus. Quasi qui inuenit spolia multa. Letabor. Versus. Eripe me domine ab homine malo. ℟. A viro iniquo libera me. Ad vesperas. an. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. Capitulum Christus assistens. ℟. Usquequo. Chorus prosequatur totum exaltabitur inimicus meus super me. Respice et exaudi me domine deus meus. Clericus. Versus. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Respice. non dicitur Gloria. sed ℟. reincipiatur. Hoc ℟. dicitur quotidie ad vesp. per hebdo. quando de tpali agitur. Hy⁹. Uexilla regis prodeunt. Versus. Dederunt in escā meā fel. an. Amen amen dico vobis: anteq̄ abrahā fieret ego sum: sustulerunt lapides iudei vt iacerēt in iesum, iesus autem abscondit se et exiuit de templo. ps. Magnificat. Oratio Quesumus omnipotens deus.

¶ Fer. ij. in passione domini ad matu. inuitato. Adoremus dominū. Qui nos redemit per crucem. ps. Uenite exultem⁹ domino. Hoc inui. dr quotidie ad matu. vsque ad cenam do. qn̄ de fer. agitur. Hy⁹. Pange lingua glorio. Ad noct. an. Dn̄s defen. ps. Dominus illuminatio. et alie āe cū suis psal. de noct. more solito dicūtur: et sic fiat in singulis noct. quotidie vsq; ad cenam domini: quando de feria agitur. Quotidie per hanc hebdomadam dicūtur ℣. et ℟. ad matu. secundum ordi. noctur. ℟. et ℣. histo. do. excepto. j. ℟. quod non dicetur: ita tamen q ℟. fe. non omittantur. Lectio prima.



Et factum est verbū dn̄i secundo ad me dicens. Quid tu vides. Et dixi. Ollam succensam ego video: et faciē eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terre. Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis: dicit dominus. Et veniēt et ponēt vnusquisq; soliū suum in introitu portarum hierusalem: et super oēs muros eius in cir

cuitu: et super uniuersas urbes iuda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me: et libauerunt diis alienis, et adorauerunt op⁹ manuum suarum. Lectio secunda.

Dixit ergo dñs. Tu accinge lumbos tuos, et surge et loquere ad eos oia que ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciā vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum ereum super omnem terram: regibus iuda et principibus eius ꝛ sacerdotibus ꝛ populo terre. Et bellabunt aduersus te et non preualebunt: quia ego tecum sum (ait dominus) ut liberem te. Lectio tertia.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade et clama in auribus hierusalem, dicēs. Recordatus sum tui miserans adolescētiam tuam: ꝛ charitatem desponsatiōis tue quando secuta es me in deserto, in terra que non seminatur. Sanctus israel domino: primitie frugū eius. Omnes qui deuorant eum delinquunt: mala venient super eos dicit dominus. ¶ In laudibus antiphone et psalmi illius fer. Capitulum.

Hier. 11.D Domine demonstrasti mihi et cognoui: tu ostēdisti mihi studia eorū, ꝛ ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Hy⁹. Lustra sex q̄. ℣⁹. Eripe me de inimicis. añ. In die magno festiuitatis stabat iesus ꝛ clamabat dicēs: si q̄s sitit, veniat ad me et bibat. ps. Benedictus. Oratio.

Sanctifica quesumus domine nostra ieiunia: et cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per dominum nrm.

¶ Ad.i.añ. Anime impiorū aduersum me: et grauatum est cor meum super eos. ps. Deus in noie. ¶ Ad.iij.añ. Iudicasti dñe causam anime mee, defensor vite mee domine deus meus. ps. Legē. Capłm.

Faciem meam nō auerti ab increpātibus ꝛ cōspuentibus in me: dñs de⁹ auxiliator meus, et ideo non sum confusus. ℟. Erue a fra. ℣⁹. De ore leo. ¶ Ad.vi.añ. Popule meus quid feci tibi: aut quid molestus fui: responde mihi. ps. Defecit. Capitulum. Esaie 50.C.

Domin⁹ de⁹ auxiliator meus, et ideo nō sum cōfusus: ideo posui faciē meam ut petram durissimam, ꝛ scio quoniā non confundar. ℟. De ore leo. ℣. Ne pdas. ¶ Ad.ix.añ. Nunqd reddit pro bono malū: qr foderunt foueā aie mee. ps. Mirabilia. Capłm. Ubi supra

Confundantur qui me persequunt et non confundar ego, paueant illi et non paueam ego, induc super eos diem afflictionis: ꝛ duplici contritione contere eos domine deus noster. ℟. Principes. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. Supradictus ordo hym.capm.et.añ. seruetur quotidie usque ad cenam domini. ℟. ꝛ ℣. ad omnes horas per hebdoma. dicātur a capite ieiunij usque ad cenam domini in feria. diebus tantū. ¶ Ad vesperas antiphone et psal. fe. Cap. Iudicasti domine. Hoc cp̄. dicitur ad vespe. usq; ad.iiij.fe.ante pas. quando de fer. agitur. ℟. Usqquo. Hymn⁹ Vexilla re. ℣s⁹. Dederunt. añ. Si quis sitit veniat ꝛ bibat: et de vētre eius fluent aque viue. ps. Magnificat. Oratio. Hier. 17.C

Da quesumus domine populo tuo spiritum veritatis et pacis, ut te tota mente cognoscat, et que tibi placita sunt pia deuotione exerceat. Per. ¶ Feria tertia. Lec.i



Udite verbũ dñi dom⁹ iacob, & omnes cognationes dom⁹ israel. Hec dicit domin⁹. Quid inuenerũt patres vestri in me iniqtatis q2 elõgauerunt a me, et ambulauerunt post vanitatẽ, et vani facti sunt? Et nõ dixerũt. Ubi est dominus q̃ ascendere nos fecit de terra egypti, q̃ traduxit nos per desertũ, p terram inhabitabilem & inuiam, per terrã sitis & imaginẽ mortis, et per terrã in qua non ambulauit vir neq3 habitauit homo? Hec dicit. Lectõ.ij.

Et induxit vos i terrã carmeli, vt cõederetis fructũ ei⁹ & bona illi⁹. Et ingressi ɔtaminastis terrã meã, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Hec dicit. Lectio tertia.

Sacerdotes nõ dixerũt vbi est dñs, et tenẽtes legẽ nescierũt me, & pastores pũaricati sunt i me. Et pphete pphetauerũt i baal, & idola secuti sũt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum ait dñs, et cũ filiis vestris disceptabo. Hec di. ãn. Tempus meum nondũ aduenit: tẽpus autẽ vestrũ semper est paratũ. ps. Benedictus. Oratio.

Nostra tibi dñe q̃s sint accepta ieiunia, q̃ nos et expiando gratia tua dignos efficiant, et ad remedia perducant eterna. Per dñz. Ad vespe. ãn. Uos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendã: quia tẽp⁹ meũ nondũ aduenit. ps. Magnificat. Oro.

Da nobis q̃s dñe pseuerãtẽ in tua volũtate famulatũ, vt in dieb⁹ nr̃is & merito & nũero ppl's tibi seruiẽs augeat. p d. ¶ Fer.iiij. Le.j.



Ransite ad isulas cethim et videte, et in cedar mittite et cõsiderate vehemẽter: et videte si factũ est huiuscemodi: si mutauit gẽs deos suos. Et certe ipsi nõ sunt dij. Populus vero me⁹ mutauit gloriã suam in idolum. Hec dicit. Lectio.ij.

Obstupescite celi super hoc: et porte eius desolamini vehemẽter dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerũt fontem aque viue: et foderunt sibi cisternas dissipatas, que continere nõ valent aquas. Hec dicit do. Lectio tertia.

Nunquid seruus est israel: aut vernaculus? Quare ergo factus est in predam? Super eum rugierunt leones et dederunt vocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem. Ciuitates eius exuste sunt: et non est q̃ habitet in eis. Hec dicit dominus. ã. Oues mee vocem meam audiunt, et ego dominus agnosco eas. ps. Benedict⁹. Or.

Anctificato hoc ieiuno deus tuorũ corda fideliũ miserator illustra: & q̃bus deuotiõis pr̃stas affectum, prebe supplicantib⁹ piũ benignus auditũ. Per. Ad vesp. ã. Multa bona opa operatus sum vobis: ppter qd op⁹ vultis me occidere? ps. Magñ. Oratio

Adueniat q̃s domine misericordia tua sperata supplicib⁹, et eis celestis munificentia tribuat: quatenus & recte petenda postulent, et postulata percipiant. Per dñm.

¶ Feria quinta. Lectio prima.



Ilij quoq3 mempheos et taphneos ɔstuprauerũt te vsq3 ad verticẽ. Nũq̃d nõ istd̃ fctũ est tibi: q2 dereli-

quisti dn̄m deū tuū, eo tempore quo ducebat te per viam? Hec. Lectio .ij.

Et nunc qd tibi vis in via egypti: vt bibas aquā turbidā? Et quid tibi cū via assyriorū: vt bibas aquā fluminis? Arguet te malitia tua: et auersio tua increpabit te. Lectio tertia.

Scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum, et non esse timorē eius apud te: dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum: rupisti vincula mea et dixisti. Non seruiam. Hec dicit do. an̄ Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonū operata est in me. ps. Benedictus. Oratio.

Presta q̄s omps deus: vt dignitas conditionis humane per immoderātiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformet. Per do. Ad vesp. an̄ Mittens hec mulier in corpus meum hoc vnguentum, ad sepeliendum me fecit. ps. Magn̄. Orō.

Esto q̄s dn̄e propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuens, tuorum potius repleat delectationibus mandatorum. Per dn̄z.

¶ Feria sexta. Lectio prima.



In oī em̄ colle sublimi: et sub oī ligno frōdoso tu p sternebaris meretrix. Ego aūt plantaui te vineā electā: omē se mē verū. Quomodo ergo ɜuersa es mihi in prauū vinea aliena? Hec. L. ij.

Si laueris te nitro et multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate coram me, dicit dominus deus. Quomodo dicis non sum polluta: post baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Hec dicit. Lect. iij.

Cursor leuis explicans vias suas onager assuet⁹ in solitudine: in desiderio aīe sue attraxit ventū amoris sui. Null⁹ auertet eā. Oēs qui querūt eā nō deficient: in mēstruis eius inuenient eā. Hec. an̄ Appropinquabat aūt dies festus et querebāt principes sacerdotum quomodo iesum interficerent: sed timebāt plebem. ps. Benedictus. Orō.

Cordibus nostris q̄s domine auxiliū gratie tue benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur quam suppliciis deputemur eternis. Per dominum. ¶ Ad ves. an̄ Principes sacerdotū consiliū fecerunt vt iesum occiderēt: dicebant aūt, non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. ps. Mag. Oratio.

Concede nobis q̄s dn̄e veniā pctōrū et religiōis augmentū: atq3 vt in nobis tua dona multiplices, tuis fac mandatis promptiores. Per dominum. ¶ Sabbato. Lec. j.



Prohibe pedē tuū a nuditate: et guttur tuū a siti. Et dixisti. Desperaui: nequaq̄ faciā. Adamaui quippe alienos: et post eos ambulaui. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur: sic confusi sunt dom⁹ israel, ipsi et reges eorum, principes et sacerdotes et prophete eorum. Dicentes ligno: pater meus es tu: et lapidi, tu me genuisti. Hec dicit dominus. Lectio secunda.

Verterunt ad me tergum et non faciem: et in tempore afflictionis sue

dicēt. Surge et libera nos. Ubi sunt dij tui quos fecisti tibi? Surgant et liberent te in tēpore afflictionis tue. Secundū numerū quippe ciuitatū tuarum erant dij tui iuda. Hec. K. iij.

Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me dicit dominus. Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperūt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator generatio vestra. Hec dicit. Añ. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscū antequam patiar. Ps. Benedictus. Oro.

Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita: quãto maiestati tue fit gratior tanto donis potioribus augeatur. Per dominum nostrum iesum.

¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Et fest. annunciationis differatur vsque ad 5. fe. post oc. 1. A
pasche. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio dominicali. Ad primas vesperas que erunt de do. 2. A
fiat solen. memoria de annunciatio. beate marie: licet festum loci fuerit. ¶ Dominica in ramis palma= 3. A
rum de seruitio dominicali & festum sancti richardi differatur vsque ad trans. eius. Feria tertia de sancto
ambrosio. Caplm. Ecce sacerdos. Feria secunda dicuntur exequie mortuorum cum. ix. lectio. & cū missa
in crastī. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. & ceteris ferijs de ieiunio: & nihil de martyri=
bus nisi memo. ad vesperas & ad matutinas de sancta maria. ¶ Dominica in ramis palmarum de ser= 4. A
uitio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuo. cum ix. lectio. cum mis. in crasti. ¶ Dominica in ramis 5. A
palmarum de seruitio do. & festum annunciationis differatur vsque ad 5. fe. post octa. pasche. ¶ Domi= 1. B
nica in ramis palmarum de seruitio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum nouem lect. cum
missa in crasti. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. & festum sancti [illegible]chardi diffe. vsque ad 2. B
trans. eius. Secunde vespe. in do. erunt de fest. & solen. memo. de do. ¶ Do. in ramis palmarum de serui= 3. B
tio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum. ix. lectio. ¶ Dominica in ramis palmarum de ser. 4. B
do. Festum sancti georgij differatur in 9. diem mensis maij: sed caue de trans. sancti nicolai: quia vbi ce=
lebratur: tunc festum sancti georgij differatur vsque ad xi. diem maij. ¶ Dominica in ramis palmarum
de seruitio do. & fest. annunciatio. differa. vsque ad 5. fe. post octa pasche. ¶ Dominica in ramis palmar. 5. B
de seruitio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum ix. lec. Festum sancti richardi differa. vsque 1. C
ad trans. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. & festum sancti ambrosij differa. in crasti. Se= 2. C
cunde vespe. in do. erunt de festo: & solen. memo. de do. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. 3. C
In 4. fe. fiat memo. de martyribus ad vespe. & ad matu. de sancta maria. ¶ Dominica in ramis palma. 4. C
de seruitio do. & festum sancti georgij differa. ad 5. diem maij. ¶ Dominica in ramis palmarum de ser. 5. C
do. & festa sanctorum differantur vsque ad trans. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Feria 1. D
quarta de annun. Secunde vespere erunt de cena domini. & solen. memo. de annunciatione. ¶ Domini 2. D
ca in ramis palmarum de seruitio do. & festum sancti richardi diffe. vsque ad trans. & fes. s. ambrosij diffe.
vsque ad fer. 3. post octa. pasche. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Ad primas vespe. que 3. D
erunt de do. fiat solen. memoria de sancto ambrosio. ¶ Dominica in ramis palmarum de serui. do. Feria 4. D
tertia dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectio. cum missa in crasti. ¶ Dominica in ramis palmarum 5. D
de seruitio do. & fest. sanctorum edwardi/cuthberti/& benedicti differantur vsque ad trans. eorum. ¶ Do 1. E
minica in ramis palmarum de seruitio do. In do. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectio. Feria ter=
tia fest. annunciatio. & solen. memoria de ieiunio. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. & fest. 2. E
sancti richardi differatur vsque ad trans. eius: & festum sancti ambrosij differatur vsque ad 3. fe. post oct.
pasc. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum ix.
lec. cum mis. in crasti. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Feria tertia dicuntur exeqe mor= 3. E
tuorū cū ix. lec. cū mis. in cra. ¶ Dñica in ramis palma. de serui. do. & festa sanctorum diffe. vsq; ad trans. 4. E
¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Secunde vespere erunt de annuncia. & solen. meo. de do. 5. E
¶ Dominica in ramis palmarum de serui. do. & nihil de sancto richardo vsq; ad trans. & fest. s. ambrosij 1. F
diffe. vsque ad 3. fe. post octa. pasc. ¶ Dominica in ramis palmarum de serui. do. Feria tertia dñr exequie 2. F
mortuorum cum mis. in crasti. ¶ Dominica in ramis palmarum de serui. do. Feria 3. dñr exequie mor. cū 3. F
mis. in crasti. ¶ Do. in ramis palmarum de serui. do & festa sanctorum ix. lect. differantur vsque ad trãs. 4. F
eorum. ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio do. Festum annuncia. diffe. in crasti. & 2. vespe. erūt 5. F
de annuncia. & solen. memoria de do. Feria secunda de annuncia. Feria tertia dicuntur exequie mortuo. 1. G
cum ix. lec. cū missa in crast. ¶ Dñica in ramis pal. de serui. do. & fest. sancti richardi diffe. vsque ad trans. 2. G
Feria 4. de sancto ambrosio. Cp. Ecce sacerdos & solen. memo. de ieiu. Secūde ves. erunt de cena dñi et 3. G
solen. memo. de do. ¶ Dñica in ramis palmarum de ser. do. Fe. 3. dicuntur exequie mor. cum mis. in crast. 4. G
¶ Dñica in ramis palmarū de ser. do. Fer. 3. dicunt exequie mortuorum cum. ix. lect. & cum mis. in crasti. 5. G

¶ Dñica in ramis palmarum. Ad vesp. añ. Benedictus. ps. Ipsum. Cpm.

Phil. 2. A. Hoc fratres sentite in vobis quod et in christo iesu: qui cũ in forma dei esset nõ rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. R. Circumdederunt me. vt s. in hebdo. proxima precedẽ. Hoc R. dicitur quoti. ad vespe. vsque ad cenã do. nisi in. ij. vespe. huius do. Hy⁹ Vexilla. V⁹. Dederũt. añ Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusq̃ mũdus fieret. ps. Mag. Or.

Omnipotẽs sempiterne deus qui humano generi ad imitandũ humilitatis exemplum, saluatorem nostrũ carnem sumere & crucem subire fecisti: cõcede propitius vt & patiẽtie ipsius habere documenta, et resurrectionis consortia mereamur. Per. Ad mat. inui. Ipsi vero nõ cognouerũt vias meas. Quib⁹ iuraui i ira mea si itroibũt in requiẽ meã. p. Veñ. Hy⁹. Pange lingua. ¶ In. j. noc. hec sola añ. dicit sup oẽs psal. añ. Quid molesti estis huic mulieri? opus eñ bonũ operata est in me. ps. Beatus vir. V⁹. Erue a framea. Lectiões in primo noc. de prophetia hieremie per ordinẽ legãtur. Lect. j.



Vide te verbũ dñi. Nunq̃d solitudo fact⁹ sum israeli? Quare ergo dixit popul⁹ me⁹: recessim⁹, non veniem⁹ vltra ad te? Nũq̃d obliuiscet̃ virgo ornamẽti sui: aut spõsa fascie pectoralis sue? Ppls vo meus oblit⁹ est mei

1 dieb⁹ inũeris. Hec. R. In die qua inuocaui te dñe dixisti: noli timere. Iudicasti causam meã et liberasti me de⁹ meus. V⁹. In die tribulationis mee clamaui ad te, q̃ exaudisti me. Iudicasti can. Lectio scda.

Quid niteris bonam ostẽdere viam tuã ad querendam dilectionem: que insuper et malitias docuisti vias tuas, et in alis tuis iuentus est sanguis animar̃ pauperum et innocentium? Non in fossis inueni eos: sed in omibus que supra memoraui. Et dixisti. Absq; peccato et innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus a me. Hec dicit. R. 2
Fratres mei elongauerũt a me: & noti mei Quasi alieni recesserũt a me. V. Amici mei et proximi mei. Quasi alieni. Lectio. iij.

Ecce ego iudicio cõtendã tecũ: eo q̃ dixeris, nõ peccaui. Qm̃ vilis facta es nimis iterãs vias tuas. Et ab egypto confunderis: sicut confusa es ab assur. Nam & ab ista egredieris & manus tue erũt sup caput tuũ: qm̃ obtinuit dñs ɔfidẽtiam tuã, et nihil habebis prosperum. Hec.
R. Dñs iesus ãte sex dies pasche venit bethaniã vbi fuerat lazarus mortuus. Quem 3
suscitauit iesus. V. Cõuenerũt aũt ibi multi iudeor̃ vt lazarũ viderẽt. Quẽ. repetatur R. Dñs iesus. ¶ In. ij. noc. ã Mittẽs hec mulier in corp⁹ meũ hoc vnguẽtũ: ad sepeliẽdũ me fecit. p. Cõserua. V. De ore leo. Sermo bti maximi epi. L. iiij.

Psalmi vicesimi primi q̃ lect⁹ est seriẽ decursuri, diligenter prius debemus intẽdere q̃d in superscriptione cõtineat: vt cognita ei⁹ origine intelligentiã ipsius facili⁹ consequamur: & manifestato capite possint rectius mẽbra distribui. Inscribit eñ ita. In finem pro susceptione matutina psalmus ipsi dauid. Nisi fallor: susceptio matutiã solis ortũ

semper anteuenit. Et priusquam orbem radiorum clarus splendor illuminet, matutinum noctium tenebris terminū ponit: ac resoluta sensim caliginum cecitate rebus cūctis facies quedam ac lumen infunditur.
4 ℟. Insurrexerunt in me viri iniqui, absque misericordia quesierunt me interficere: et non pepercerunt in faciem meam spuere et lanceis suis vulnerauerunt me: et concussa sunt omnia ossa mea. Ego autem estimabam me tanquam mortuum super terram. ℣. Et dederūt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Ego autem estimabam. Lectio quinta.

ET cum veluti sub vna macerie tenebrarū mundus in confusione iacuerit: interueniēte matutino diuersa specierum varietate distinguitur. Hoc est, cum omnia ceca ante fuerint: tunc oculi omnium reparantur. Nox enim quodammodo aufert oculos mundo: aurora restituit. Ac ita ante matutina susceptione perfruimur: vt gloriosius postmodum solis splendore potiamur. ℟.
5 Noli esse mihi domine alienus: parce mihi in die mala: confundantur omnes qui me persequuntur. Et non confundar ego. ℣. Confundantur omnes inimici mei qui querunt animam meam vt auferant eam. Et non confundar ego. Lectio sexta.

SEd quoniam (sicut dicit apostolus) lex spiritualiter data est, et spiritualibus spiritalia comprobanda sunt: solem hic iusticie arbitror designari, hoc est christum dominum. Qui nobis ignorantie tenebris et peccatorum cecitate submersis, celestis doctrine sue lumen infudit: et quos non habebamus oculos cordis inseruit. Et velut radios quosdam apostolos suos misit: qui nos de nocte teterrima delinquentie liberarent: et paulatim resolutis in nobis tenebris peccatorum, matutina nos susceptione consuescerent: vt perfecti facilius possimus tolerare solis ardorem. ℟. Cogitauerunt autem 6
principes sacerdotum vt et lazarum interficerent. Propter quem multi veniebant et credebant in iesum. ℣. Testimonium ergo perhibebat turba que erant cum eo quando lazarum vocauit de monumento: et suscitauit eū a mortuis. Propter. repetatur ℟.

¶ In iii. noc. an. Magister dicit tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Ps. Celi enarrant. ℣. Ne perdas cū impiis deus animam meā.

¶ Euangeliū. Scdm Mattheum.

IN illo tempore. Cum appropinquasset Iesus hierosolymis et venisset bethphage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens illis. Ite in castellum quod contra vos est: et statim inuenietis asinam alligatam: et pullum cū ea. Soluite et adducite mihi. Et reliqua. Cap. xxi. A

Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

MEdiator dei et hominū homo christus iesus, qui pro humani generis salute passurus de celo descendit ad terras, appropinquante hora passionis sue hierosolymam venit: vt per hoc etiam claresceret quia nō inuitus, sed spontaneus pateretur. In asino venire, et a turbis rex appellari ac laudari voluit: vt etiam per hoc quisque eruditus agnosceret ipsum esse christū, quem sic illo venturum prophetia olim premissa signauerat. Dicite filie sion. Ecce rex tuus venit sedens super asinam
et pullum filium subiugalis. ℟. Attende domine ad me: et audi voces aduer- 7

sariorū meorum. Nunquid redditur pro
bono malum: quia foderunt foueam anime
mee. ℣. Recordare quod steterim in conspe
ctu tuo vt loquerer pro eis bonum, ⁊ auer-
terem indignationem tuam ab eis. Nun-
quid redditur pro bono. Lectio octaua.

ANte quinque dies pasche ve-
nire voluit, sicut ex ioannis
euanglio didicimus. Ut etiam p hoc
ostenderet se esse agnum immacula-
tum: qui peccatum tolleret mundi.
Agnus quippe paschalis cuius im-
molatione populus israeliticus est
de egyptiaca seruitute liberatus an-
te quinque dies pasche (id est tertia de
cima luna) iussus est tolli, et quarta-
decima luna ad vesperum immola-
ri. Significans eum qui cū suo nos
sanguine erat redempturus, ante quin
que dies pasche (id est hodierna die)
magno precedentium sequentiūque
populorū gaudio ac laudatione de-
ductus venit in templum dei: ⁊ erat
8 quotidie docens in eo. ℟. Conclusit vi
as meas inimicus: insidiator factus est mi
hi sicut leo in abscondito: repleuit et ine-
briauit me amaritudine: deduxerunt in la
cum mortis vitam meam, et posuerunt la-
pides contra me. Uide domine iniquitates
illorum, ⁊ iudica causam anime mee, defen
sor vite mee. ℣. Factus sum in derisum
omni populo meo, canticum eorum tota
die. Uide domine iniquitates. Lectio. ix.

QUinta demū peracta die vbi
veteris pasche sacramēta hac
tenus obseruata consummauit, ac
noua deinceps obseruanda discipu
lis sacramenta tradidit: egressus est
in mōtem oliueti: et tentus a iudeis
et mane crucifixus. Ipsa nos die a
demoniaca dominatione redemit,
qua antiquus ille hebreorum popu-
lus per immolationem agni iugum
egyptie seruitutis abiecit. Ergo do-
minus ad istar agni paschalis ante quin
que dies quam pati inciperet, locum
passionis adire voluit. ℟. Cum audis- 9
set turba quia venit iesus hierosolymam:
Cum ramis palmarum processerunt ei ob
uiam. ℣. Et cum appropinquasset ad ascen
sum montis oliueti: omnes turbe gauden
tes et deum voce magna collaudantes.
Cum. repetatur ℟. Cum audisset. Vs.
Intende anime mee. In laudibus. an̄.
Dominus deus auxiliator meus: ⁊ ideo 1
non sum confusus. ps. Miserere mei.
an̄. Circūdantes circumdederunt me: ⁊ in 2
nomine dñi vindicabor in eis. ps. Con-
fitemini domino. an̄. Iudica causam 3
meā: dēfende me qz potēs es dñe. ps. Deus
deus meus. an̄. Confundantur qui me 4
persequūtur ⁊ nō cōfundar ego dñe deus
meus. ps. Benedicite omnia. an̄. Cum 5
angelis ⁊ pueris fideles inueniantur triū
phatori mortis clamātes osanna i excelsis
ps. Laudate dominum de celis. Cap.
Hoc fratres senti. Hy⁹. Lustra ser.
℣. Eripe. an̄. Turba multa que conuene-
rat ad diem festū clamabat dño: benedict⁹
qui venit in nomine dñi osanna in excelsis
ps. Bñdictus dominus deus israel.
Oro. Omps sempiterne. ¶ Ad. i. an̄.
Osanna filio dauid: benedictus qui venit
in nomine dñi, rex israel osanna i excelsis.
ps. Deus de⁹ me⁹ respi. ¶ Ad. iij. an̄
Pueri hebreorū vestimenta prosternebant
in via ⁊ clamabāt dicētes/osanna filio da
uid, benedictus qui venit in nomine dñi.
ps. Legē pone. Cap. Hoc fratres. ℟.
Fratres mei. chorus prosequatur totū elō-
gauerūt a me: ⁊ noti mei. Quasi alieni re-
cesserūt a me. Cleric⁹. ℣. Amici mei ⁊ pxi
mi mei. Qua. repetatur ℟. Fratres mei. ℣.
Erue a framea. ¶ Ad. vi. an̄. Pueri hebreo
rum tollentes ramos oliuarū obuiauerunt
dño clamantes et dicētes: osanna in excel-

lis. ps. Defecit. Capitulum.
Phil. 2. B. Humiliauit semetipsum chri-
stus pro nobis obediens vsqz
ad mortem: mortem autem crucis.
℟. Attende. Chorus prosequatur to-
tum ℟. Clericus. V℞. Recordare. Re
quire hoc ℟. supra ad matutinas ℣.
De ore leonis. ¶ Ad ix. ã. Omnes collau
dant nomen tuum et dicunt: benedictus
qui venit in nomine domini osanna in ex-
celsis. ps. Mirabilia. Capitulum.
Ubi supra Deus pater exaltauit christũ
suum: et donauit illi nomen
quod est super oẽ nomẽ, vt in nomi-
ne iesu omne genu flectatur, celestiũ
terrestrium et infernorum. ℟. Saluũ
me fac. Chorus prosequatur totum
deus: qm̃ intrauerũt aque vsqz ad animam
meam: non auertas faciẽ tuam a me. Quo
niã tribulor exaudi me deus. Cleric9. ℣.
Intende anime mee et libera eã: ppter ini-
micos meos eripe me. Qm̃. repetat ℟.
℣. Ne perdas cũ impiis. Ad ves. ãn. Se-
de a dextris. ps. Dixit dñs. Cp. Hoc
fratres sentite in vobis. ℟. Cogitaue
runt autem principes. ℣9. Testimonium er
go. repetatur ℟. Hy9. Vexilla regis.
℣. Dederunt. ãn. Occurrunt turbe cũ flo-
ribus et palmis redemptori obuiam et vi-
ctori triumphanti digna dant obseqa: filiũ
dei ore gentes predicant: et in laudes chri
sti voces tonant per nubila, osanna. ps.
Mag. Oro. Omnipotens sempiter.
¶ Feria secunda. Inuitato. Adore-
mus. p. Venite. Hymnus. Pange lin
gua. Ad noctur. añe. et psalmi fer. ℣.
Erue a framea. Lectio prima.
Hier. 3. A.  Ulgo dicitur. Si dimi
serit vir vxorem suam,
et recedens ab eo duxe
rit virum alterum: nũ-
quid reuertetur ad eã
vltra? Nunquid non
polluta erit et contaminata mulier
illa? Tu autem fornicata es cum a-
matoribus multis, tamen reuertere
ad me (dixit dominus) et ego susci-
piam te. Hec dicit dominus. ℟. Syn- 1
agoga populorum circundedit me: et non
reddidi retribuentibus mihi mala. Consu
metur domine nequitia peccatorum, diri-
ges iustum. ℣. Iudica me domine secundũ
iustitiam meam super me. Consumetur do
mine nequitia pecca. Lectio secunda.
Leua oculos tuos in directũ,
et vide vbi nũc prostrata sis.
In viis sedebas expectãs eos: quasi
latro insidians in solitudine. Et pol
luisti terram in fornicationib9 tuis,
et in malitiis tuis. Quamobrem p-
hibite sunt stille pluuiarum: et sero-
tinus imber non fluxit. Hec dicit. ℟.
Opprobrium factus sum nimis inimicis 2
meis: viderunt me et mouerũt capita sua.
Adiuua me domine deus meus. ℣. Locuti
sunt aduersum me lingua dolosa: et ser-
monibus odii circundederunt me. Adiu-
ua me domine. Lectio tertia.
Frons mulieris meretricis fa
cta est tibi: noluisti erubesce-
re. Ergo saltem amodo voca me, pat
meus dux virginitatis mee tu es.
Nunqd irasceris in perpetuum, aut
perseuerabis in finẽ? Ecce locuta es,
et fecisti mala, et potuisti. Hec d. ℟.
Viri impii dixerunt: opprimamus virum 3
iustum iniuste, et deglutiamus eũ tanquam
inferi viuum: auferamus memoriam eius
de terra: et de spoliis eius sortẽ mittamus
inter nos: ipse enim homicide thesauriza-
uerũt sibi malũ, insipientes et maligni ode
runt sapientiam. Et rei facti sunt in cogi-
tationibus suis. ℣9. Hec cogitauerunt et
errauerũt, excecauit illos malitia eorum,
et rei facti sunt in cogitationibus suis. ℣.
Intende anime mee. ¶ In laudibus ã

1 Faciē meā non auerti ab increpantibus
et conspuentibus in me. ps. Miserere. ā.
2 Framea suscitare aduersus eos qui disper
3 gunt gregē meū. ps. Verba. ā. Appende-
runt mercedē meā triginta argēteis quos
appreciatus sum ab eis. ps. Deus deus
4 meus. ān. Inundauerūt aque sup caput
meū: dixi perij, inuocabo nomen tuum dñe
5 deus. ps. Confitebor. ān. Labia insur-
gentiū et cogitationes eorū vide dñe. ps.
Laud. Cp. Dñe demonstrasti. Hyꝰ. Lustra. ℣. Eripe me de inimicis meis. ā. Non haberes potestatē in me nisi de super tibi datū fuisset. ps. Benedictus. Oro.

Da quesumus omps deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passiōe respiremꝰ. Qui tecū. ¶ Ad c. ān. Anime impiorū. ps. Deus in nomine. ¶ Ad iij. et ad alias horas dñr ā. et cp. sicut in fer. preceden. proxime hebd. ℟. et ℣. sicut in do. palmarū. Et sic fiat quoti. vsq3 ad cenā do. qñ de fe. agitur. Cetera oīa sicut i fe. pcedē. proxime heb. Ad ves. ā. Potestatē habeo ponēdi aīam meā: et iterū sumēdi eā. ps. Mag. Oro.

Adiuua nos deus salutaris nr̄: et ad bñficia recolēda quibus nos īstaurare dignatus es, tribue venire gaudētes. p. ¶ Fer. iij. ℣. De ore leonis. ℟. Et a cornibus. Lect. j.



Et dixit dominus ad me: i diebꝰ iosie regis. Nūqd vidisti q̄ fecerit auersatrix israel? Abiit sibimet super omnē montē excelsū: et sub omni ligno frondoso: et fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hec omnia: ad me reuertere, et non est re
1 uersa. Hec dicit do. ℟. Saluum me fac.

Require in dominica palmarum ad horam nonam. Lectio secunda.

Et vidit preuaricatrix soror eius iuda: quia pro eo quod mechata esset auersatrix israel dimisissem eam, et dedissem ei libellum repudij. Et nō timuit preuaricatrix iuda soror eius: sed abiit et fornicata est etiam ipsa. Et facilitate fornicationis sue contaminauit terram: et mechata est cum lapide et ligno. Hec dicit do.
℟. Deus israel propter te sustinui impro 2
periū, operuit reuerentia faciē meā: extraneus factus sum fratribus meis, et hospes filiis matris mee. Quoniā zelus domus tue comedit me. ℣. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quoniā zelus domus. Lectio tertia.

Et in omnibus his nō est reuersa ad me preuaricatrix soror eius iuda in toto corde suo: sed in mendacio, ait dñs. Et dixit dñs ad me. Justificauit animam suā auersatrix israel comparatione preuaricatricis iude.
Hec. ℟. Dixerunt ipsi apud se non recte 3
cogitantes: circūueniamus iustū qm̄ contrarius est opibꝰ nostris. Promittit se sciētiā dei habere, filiū dei se nominat, et gloriatur patrē se habere deū, videamꝰ si sermones illiꝰ veri sunt, et si est verus filius dei liberet illū de manibus nostris: morte turpissima condēnemus eū. ℣. Tanquā nugaces estimati sumus ab illo: et abstinet se a viis nostris tanquā ab immūdiciis, et profert nouissima iustorū. Promittit. ℣. Intende aīe mee et libera. ¶ In laudibꝰ. ān.
Vide dñe et considera, quoniā tribulor: 1
velociter exaudi me. ps. Miserere. ān.
Discerne causam meā dñe, ab hoīe iniquo 2
et doloso erue me. ps. Judica me. ān.
Dū tribularer clamaui ad dñm, de ventre 3
inferi exaudiuit me. ps. Deꝰ deꝰ meꝰ. ā.
Dñe vim patior responde pro me q2 nescio 4

quid dicam inimicis meis. ℣. Ego dixi.
Añ. Dixerunt impij, opprimamus virum
iustum: quoniam contrarius est operibus
nostris. ps. Laudate. Cap̄m. Domine
demonstrasti. Hy⁹. Lustra sex. ℣sus
Eripe me de inimicis. Añ. Nemo tollet a me
animam meā: sed ego pono eam, et iterum
sumo eam. ps. Benedictus. Oratio.
OMnipotens sempiterne deus:
da nobis ita dominice passio=
nis sacramenta peragere, vt indul-
gentiam percipere mereamur. Per
eundem. Ad vesp. añ. Quotidie apud
vos eram in templo docens et non me te-
nuistis: & ecce flagellatum ducitis ad cruci
figendum. ps. Magnificat. Oratio.
TUa nos deus misericordia:
et ab omni surreptione vetu
statis expurget, et capaces sancte no
uitatis efficiat. Per dominum nr̄m.
Hac die dn̄r vigilie mortuorū cum
ix. psal. et ix. lec. solenniter in conuen
tu: et cum mis. in crasti. nisi aliquod
fes. dupl. impedierit: & tunc fiat pre-
di. ser. aliqua fe. prece. istius heb. vi-
delicet in do. vel in secunda feria.
¶ Feria quarta. ℣. Ne perdas. Lec. j.



VAde et clama ser=
mones istos con-
tra aquilonem: &
dices. Reuertere
auersatrix israel
ait dn̄s: & nō auer
tā faciē meā a vo
bis, quia sanctus ego sum dicit do-
minus: et non irascar in perpetuum.
Hec dicit. ℟. Dominus mecum est tan-
2 quam bellator fortis: propterea persecuti
sunt me & intelligere non potuerūt: domi-
ne probans renes et corda. Tibi reuelaui
causam meam. ℣. Deus deus meus respi-
ce in me: quare me dereliquisti. Tibi reue-
laui causam meam. Lectio secunda.

Veruntamen scito iniquitatē tuā:
qr in dn̄m deum preuaricata es. Et
dispersisti vias tuas alienis sub omni
ligno frondoso: & vocē meā non au-
disti dicit dn̄s. Hec dicit. ℟. Noli esse. 2
Require in do. palmarū. Lectio. iij.
COnuertimini filij reuertentes di-
cit dominus: quia ego vir vester.
Et assumā vos: vnum de ciuitate et
duos de cognatione: et introducam
vos in sion. Et dabo vobis pastores
iuxta cor meum: & pascēt vos scien-
tia & doctrina. Hec dicit domin⁹. ℟.
Cōtumelias & terrores passus sum ab eis 3
qui erant pacifici mei, et custodientes la-
tus meum, dicentes. Decipiamus eū, pre-
ualeamus illi: sed tu domine mecū es tan-
quam bellator fortis: cadāt in opprobrium
sempiternum: et videam vindictam in eis
quia tibi reuelaui causam meā. ℣. Omnes
inimici mei aduersum me cogitabant ma-
la mihi: verbum iniquū mandauerunt ad-
uersum me dicentes. Decipiamus. ℣. In-
tende anime mee. ¶ In laudibus. añ.
Libera me de sanguinib⁹ de⁹ de⁹ meus: 1
et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.
ps. Miserere. añ. Contumelias & terro-
res passus sum ab eis: et dominus mecum 2
est tanquā bellator fortis. ps. Te decet.
añ. Ipsi vero in vanū quesierunt animam
meā: itroibūt in inferiora terre. ps. Deus 3
deus meus. añ. Omnes inimici mei au-
dierunt malum meum domine: letati sunt 4
quoniam tu fecisti. ps. Exultauit. añ.
Alliga dn̄e in vinculis nationes gentiū: et 5
reges eorū in compedibus. ps. Lauda-
te. Cap̄. Domine demonstrasti. Hy⁹.
Lustra sex. ℣. Eripe me. añ. Sic non dor
mis? non potuisti vna hora vigilare me-
cum? ps. Benedictus. Oratio.
PResta quesumus omnipotens
deus: vt qui ex nostris excessi
bus incessanter affligimur, per vni-

geniti filij tui passionem liberemur. Qui tecum. Si aliqd dupl'. fes. in ali qua predictarū fe. isti⁹ hebd. cōtige. nihilominus ordo fe. de ℟. et laud. ꝛ añis super psal. Benedictus. ꝛ Magnificat. seruabitur in sequentibus fer. ꝛ tunc ℟. ꝛ añe super lau. illius fe. scʒ in qua fest. contige. in illo āno oīno non dicūtur: ℣. tamē ante lec. per ordi. dicūtur. Hac die ad has vesp. et adhuc ad mis. in crasti. pulsentur cāpane vt in do. et tūc post pulsationem ad mis. non pulsentur vsque ad Gloria in ex. in vigil'. pasc. Nec abhinc vsqꝫ ad comple. in eadē vigi. luminaria vt in do. accēdantur. Oēs añe super psal. cū suis psal. ad has ves. in. ij. forma incipiantur. Sacerdos vo ad oratiōē dicendā absque cappa serica ꝛ absqꝫ ceroferariis ad gradū cho. accedat habitu non mutato: cū solo puero sibi librū cū lumine ministrāte. Cho. tñ nō regit. Ad ves. ā. Btūs. ps. Nisi do. edifi. Cpm.

Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisqꝫ in viā suam declinauit: et dñs posuit in eo iniqtatem omniū nostrū: oblatus est qa ipse voluit, ꝛ nō aperuit os suū. ℟. Circundederunt. ꝛ dicitur in. ij. forma ab vno solo clerico nec habitu mutato. Hy⁹. Vexilla regis. ℣. Dederunt in escā. ā. Tanto tpe vobiscū eram docēs vos i tēplo, ꝛ nō me tenuistis: modo flagellatū ducitis ad crucifigēdū. ps. Magfi. Orō.

Respice qs dñe super hanc familiā tuam, pro qua dñs noster iesus xps non dubitauit manibus tradi nocentium: ꝛ crucis subire tormentū. Qui tec. Hec orō dr ad oēs ho. in his tribus noctib⁹ sequen. nisi ad ves. in cena do. et ad vespe. in vigil'. pasc. Ad has ves. non dñr preces, nulla fiat prostratio neqꝫ mēo. p penitentibus: nec incensetur altare: nec aliqua fiat memo. propter solennitatem cene, nisi aliquod fest. dupl'. in hac. iiij. fer. celebrandum fue. Hac die nō dñr vespe. de sancta maria in conuentu: nec cetera que dici solent, nisi tātū serui. diei vsqꝫ in crasti. oc. pasc. Tamen extra conuen. dicentur vesp. ꝛ matuē. quotidiane de sancta maria. Si fest. annuncia. btē marie vel aliud dupl'. fest. forte hac die ɔti. ibi solen. celebretur. Vespe. tamen de fer. supradicto modo dicūtur: et sol'. memo. de fest. Si vero ab hac die vsque ad octa. pasc. aliquod fest. dupl'. contige. diffe. vsque post octa. pasc. ꝛ vbi cōuenientius possit celebrari celebretur. Ad comple. ān. Miserere. et incipiatur in. ij. forma. ps. Cum inuocarem. Cpm. Tu in nobis. ℟. In manus tuas. ꝛ dicitur in. ij. forma. hy⁹ Cultor dei. vs⁹ Custodi nos. ān. O xpo gloriose. ꝛ incipiatur in superiori gra du. ps. Nunc di. Deinde dñr. iij. vs⁹. in. ij. forma. Sequunt pces. ꝛc. oīa vt in do. dieb⁹ more solito absqꝫ pstra. ꝛ sine p. Miserere. Propter sol'. cene nō dr p. Ad te leuaui. nec abhīc vsqꝫ ad inceptio. histo Deus omnium.

¶ Fer. v. in cena do. Ad matu. xxiiij. cādele añ altare pparent: iuxta numerū. xij. pphetaꝝ et. xij. aplorum: ꝛ añ mat. accendant: quaꝝ singule ad inceptio. vniuscuiusqꝫ āe ꝛ ℟. extinguant: qꝛ totidē sunt cādele quot āe ꝛ ℟. in his. ꝛ signt crudelitatē iudeorū in pphetis et aplis. Silr fiat in vj. fe. et in sab. Ad has matu. ꝛ etiam deinceps vsqꝫ ad diē pasche nō dicit Dñe labia. nec De⁹ in ad. nec inui. sꝫ in superiori gradu incipiatur ā. sine genuflexione hac die pp̄ter solēnit.

cene. Omnes vero ante vsq3 ad laud.
in superiori gradu incipiatur q psis
dimissis dicuntur: singuli v. a singu
lis pueris loco nec habitu mutato di
cūtur: sic. Et Kyrie cum suis v. iuxta or
dinem clericorū: vt in do. diebus di
cuntur. Gloria. omino tacetur vsq3 ad
vigil. pasc. nisi tantū post vij. psal.
penitentiales in die cene: et post offi
cium misse ipso die si episcopus cele
brauerit. ¶ In. j. noc. an. zelus domus
tue comedit me: et opprobria exprobrantiū
tibi ceciderunt super me. ps. Saluum
me fac. ij. an. Auertantur retrorsum et eru
bescant q cogitant mihi mala. ps. Deus
in adiuto. a. Deus meus eripe me de ma
nu peccatoris. ps. In te dne speraui. ij.
v. sine neuma. v. Exurge do. Respon
siones v. priuatim dicat R. Et iudica
causam meā. sequatur Pater noster.
absque pronunciatione. Et ne nos.
nec clerici accipiāt bndictionē ante
lec. in his trib9 noctib9. Tres. j. lect.
de lamētationibus hieremie fiāt q a
tribus pueris singulis p se cantādo
legantur hoc modo. Lec. j. Aleph.
Quomodo sedet sola ciuitas
plena pplo: Facta est quasi
vidua domina gentiū: prin
ceps prouinciarum facta est
sub tributo. Beth. Plorās plorauit
in nocte: et lachrime eius in maxillis
eius. Non est qui consoletur eam: ex
omnibus charis eius. Omnes amici
eius spreuerunt eam: et facti sunt ei
inimici. Hierusalem hierusalem: con
uertere ad dominum deum tuū. Et
cum hac clausula terminentur oēs
1 lectiones de lamentationibus R. In
monte oliueti oraui ad patrem: pater si fie
ri potest transeat a me calix iste, spūs qui
dem promptus est, caro autē infirma. Fiat
voluntas tua. v. Verūtamen nō sicut ego
volo, sed sicut tu vis. Fiat. L. ij. Gimel.
Migrauit iuda propter affli
ctionem et multitudinem ser
uitutis. Habitauit inter gentes: nec
inuenit requiem. Omnes persecuto
res eius apprehenderunt eam: inter
angustias. Deleth. Vie sion lugent:
eo quod non sint qui veniant ad so
lennitatem. Omnes porte eius de
structe: sacerdotes eius gementes.
Virgines eius squalide: et ipsa op
pressa amaritudine. He. Facti sunt
hostes eius in capite: inimici eius lo
cupletati sunt: quia dominus locu
tus est super eam propter multitudi
nem iniquitatū eius. Paruuli eius
ducti sunt in captiuitatem: ante fa
ciem tribulantis. Hierusalem. R.
Tristis est anima mea vsque ad mortem, 2
sustinete hic et vigilate mecum, nunc vide
bitis turbam que circundabit me. Vos fu
gam capietis et ego vadam immolari pro
vobis. v. Ecce appropinquabit hora et fi
lius hominis tradetur in manus peccato
rum. Vos fugam. Lectio. iij. Vau.
Et egressus est a filia siō omnis
decor eius: facti sunt pricipes
eius velut arietes non inuenientes
pascua. Et abierūt absq3 formidine:
ante faciem subsequentis. Zai. Recor
data est hierusalem dierum afflictio
nis sue: et preuaricationis omnium
desiderabiliū suorū que habuerat a
diebus antiquis, cum caderet popu
lus eius in manu hostili: et non esset
auxiliator. Viderunt eam hostes et
deriserunt sabbata eius. Heth. Pec
catum peccauit hierusalem: propter
ea instabilis facta est. Omnes qui
glorificabant eam spreuerūt illam:
quia viderunt ignominiam eius.
Ipsa autem gemens conuersa est
retrorsum. Hierusalem. Responsoriū. 3

Ecce vidimus eum non habentem speciem neque decorem: aspectus in eo non est. Hic peccata nostra portauit et pro nobis dolẽs: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. Cuius liuore sanati sumus. ℣. Uere languores nostros ipse abstulit: et infirmitates nostras ipse portauit. Cuius. repetatur ℟. ¶ In ii. noc. añ. Liberauit dñs pauperem a potente: et inopem cui non erat adiutor. Ps. Deus iudicium. Añ. Cogitauerunt impii et locuti sunt nequitiã: iniquitatem in excelso locuti sunt. Ps. Quam bonus. Añ. Exurge domine et iudica causam meã. Ps. Ut quid deus. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. Tres medie lectiones fiãt de expositione psalmi: et legantur sine Jube domine et sine pronũciatione. Et ne nos. incipiatur. Lectio quarta.

Exaudi deus orationem meam cum tribulor: a timore inimici eripe animam meam. Nouerit sanctitas vestra dilectissimi, caput vestrum esse dominum Jesum Christũ: omnesque illi coherentes: membra esse illius capitis. Eiusque vocẽ iam habetis notissimam: quoniam nõ ex solo capite, sed etiam ex corpore loquitur. Non dicitur Tu autem. sed ex verbis lectionis finem faciant le-

4 ctores. ℟. Unus ex discipulis meis tradet me hodie: ve illi per quem tradar ego. Melius illi erat si natus non fuisset. ℣. Qui intingit mecum manum in paropside: hic me traditurus est in manus peccatorum. Melius illi erat. Lectio quinta.

Dicamus ergo et nos: exaudi deus orationem meam cum tribulor: a timore inimici eripe animam meam. Seuierunt inimici in martyres: quid orabat ista vox corporis christi: Hec orabat vt eruerentur ab inimicis: non vt eos non pos-

sent occidere inimici. ℟. Judas mercator pessimus osculo petiit dominum: ille vt agnus innocens non negauit iude osculum. Denariorum numero christum iudeis tradidit. ℣. Auaritie inebriatus veneno dũ sitit lucrum: peruenit ad laqueũ. Denariorum numero. Lectio sexta. 5

Ergo exauditi non sunt q̃ occisi sunt, et deseruit deus contritos corde seruos suos: et sperantes in se despexit? Absit. Exaudiebãtur ergo et occidebantur: et tamẽ ab inimicis eruebantur. Ergo hec erat vox martyrum. A timore inimici eripe animam meam, non vt me non occidat inimicus: sed vt nõ timeam occidentem inimicum. Erue a timore inimici: et subde timori domini. Non timeam eum qui habet potestatem occidendi corpus: sed timeam eum qui habet potestatem corpus et animam mittere in gehennã ignis.

℟. Una hora non potuistis vigilare mecum qui exhortabamini mori pro me? Uel 6
iudam non videtis quomodo non dormit: sed festinat tradere me iudeis. ℣. Dormite iam et requiescite: ecce appropinquabit qui me traditurus est. Uel iudam non vi. ¶ In iii. noc. añ. Dixi iniquis, nolite loq̃ aduersus deũ iniquitatẽ. Ps. Confitebimur. Añ. Terra tremuit et quieuit dũ resurgeret in iudicio deus. Ps. Notus in iudea. Añ. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis. Ps. Uoce mea. ℣. Homo pacis mee. ℟. Ampliauit aduersum me supplantationem. Tres vltime lectiones de epistola Pauli supradicto modo legantur et finiantur.

Lectio septima.

Fratres: cõuenientibus vobis in vnũ, iam nõ est dñicam cenam manducare. Unusquisque enim suã cenã presumit ad mãducãdum.

Et alius quidem esurit: alius autẽ
ebrius est. Nunquid domos non ha
betis ad manducandum ⁊ bibendũ:
aut ecclesiam dei contemnitis: ⁊ con
funditis eos qui non habent: Quid
dicam vobis: Laudo vos: in hoc nõ
7 laudo. ℟. Seniores populi cõsilium fe-
cerunt vt iesum dolo tenerent et occide-
rent. Cum gladiis et fustibus exierunt tan
quam ad latronem. ℣. Cogitauerunt ini-
quitatem sibi ⁊ egrediebantur foras. Cum
gladiis et fustibus exierunt. Lectio. viij.

Ego enim accepi a domino: quod
tradidi vobis. Quia domin⁹ iesus
in qua nocte tradebatur accepit pa-
nem: et gratias agens fregit ⁊ dixit.
Accipite et manducate ex eo. Hoc est
corpus meum quod pro vobis trade
tur. Hoc facite in meam commemo
rationem. Similiter ⁊ calicem: post-
quam cenauit dixit. Hic calix nouũ
testamentum est in meo sanguine:
hoc facite in meam commemoratio-
nem. Quotienscunq̧ enim mandu-
cabitis panem hunc et calicem bibe-
tis: mortem domini annunciabitis
8 donec veniat. ℟. O iuda qui dereliqsti
consilium pacis ⁊ cum iudeis consiliatus
es: triginta argenteis vendidisti sanguinẽ
iustum. Et pacis osculum ferebas quod in
pectore non habebas. ℣. Os tuum abunda
uit malitia: et lingua tua concinnabat do-
los. Et pacis osculum. Lectio nona.

Itaq̧ quicunq̧ manducaue-
rit panem vel biberit calicem
domini indigne: reus erit corporis
⁊ sanguinis domini. Probet autem
seipsũ homo: et sic de pane illo edat:
et de calice bibat. Qui enim mandu-
cat ⁊ bibit indigne: iudiciũ sibi man
ducat ⁊ bibit: non diiudicãs corpus
domini. Ideo inter vos multi infir-
mi et imbecilles: et dormiunt multi.
Quod si nosmetipsos diiudicare-
mus: non vtique iudicaremur. Dum
iudicamur autẽ a dño corripimur:
vt non cum hoc mundo damnemur.
℟. Reuelabunt celi iniquitatem iude: et 9
terra aduersus eum consurget: et manife-
stum erit peccatũ illius in die furoris dñi
Cũ eis q̃ dixerunt dño deo, recede a nobis:
scientiam viarum tuarum nolumus. ℣. In
die perditionis saluabitur: ⁊ ad diem vl-
tionis ducetur. Cũ. repetatur ℟. Reuela
bunt. Post repetio. ix. ℟. nõ dr ℣. ãte
laud. sed statim inchoetur ãn. super
lau. Siliter fiat duab⁹ noctibus se-
quen. Oĩes ãe sup psal. in. ij. forma
incipiant pter ã. sup p̃. Bñd⁹. que in
superiori gradu inchoetur. In l. ãn.
Iustificeris domine in sermonibus 1
tuis ⁊ vincas cum iudicaris. p̃s.
Miserere. ãn. Dñs tanquã ouis ad victi 2
mã ductus est ⁊ non aperuit os suum. p̃s.
Dñe refu. ãn. Contritũ est cor meum in 3
medio mei: ⁊ contremuerunt oĩa ossa mea.
p̃s De⁹ de⁹ meus. ãn. Exhortatus es 4
in virtute tua: ⁊ in refectiõe sancta tua do
mine. p̃s. Cantemus. ãn. Oblatus est q̧ 5
ipse voluit et peccata nostra ipse portauit.
p̃s Laudate. Dum iste psal. canit̃ lu
mẽ vbi videri neq̃at abscõdat̃. Fini-
ta. v. ã. super lau. oĩa luminaria per
ecclesiam extinguantur. Aña. super
Benedictus. ab excellentiore incipia
tur ãn. Traditor autẽ dedit eis signũ di-
cẽs: quẽ osculat⁹ fuero ipse est, tenete eũ. p̃.
Bñdict⁹. ⁊ oĩa q̃ sequũtur ĩ tenebris
dicuntur. Finita ã. post p̃. Bñdict⁹.
duo clerici de. ij. forma ante altare
ad chorũ cõuersi habitu nõ mutato
dicãt trib⁹ vicib Kyrie el. Deĩde duo
diaconi de. ij. forma habitu non mu-
tato ante introitũ cho. stãtes cõuer-
si ad altare dicant Dñe miserere. Cho-
rus psequat̃ Christus dominus factus

est obediens vsq ad mortem. Item cleri-ci ante altare vna voce dicant Christe eleison. Postea duo seniores an gra. cho. stantes habitu nõ mutato cõuersi ad altare di. ℣ Qui passurus aduenisti propter nos. Item clerici ante altare Christe el. Item seniores dicant ℣. Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te secula. Clerici an altare Christe el. Seniores. Qui prophetice promisisti: ero mors tua o mors? Item diaconi ante introitũ chori dicãt Domine miserere. Chorus Christus dñs. ⁊c. Itẽ clerici ante altare tribus vicibus dicant Kyrie el. ⁊ hoc pro vltimo. Deinde diaco. ante introitum chori stantes dicant Dñe miserere. Chorus. Christus dominus. quo finito vnus paruulus cum syncera voce dicat hunc ℣. corã altari cõuersus ad populũ hoc modo. Mortem autem crucis. tunc prosternant se omnes ⁊ vnusquisq per se dicat Pater nr. Deinde bini et bini priuatim dicant ps. Miserere. sine Gloria. sed cũ or. Respice. que similiter dr priuatim sine Dñs vobiscũ. ante or. ⁊ sine Oremus. sed cũ Qui te. sine Dñs vo. et sine Bñdicam⁹ dño. et surgant oẽs osculãtes formulas. Percutiẽte seniore manu sup librũ trib⁹ vicib⁹: lumen proferat. Hac die ad ho. nõ prosternãt se clerici in cho. propter solẽnitatẽ cene nisi post matu. Ad. j. ⁊ ad alias ho. non dr Deus in ad. nec hy⁹ sed statim post Pr nr. inchoet in superiori grad. ã. Christus factus est p nobis obediẽs vsq ad mortẽ: mortẽ autem crucis. ps. Deus in no. p. Bti immaculati. ps. Retribue. Finitis psalmis absq Gloria. tota cãte. ãn. qua dicta absq Kyrei el. et precibus et sine p Miserere. propter solẽnitatẽ cene: sacer. dicat Dñs vobis. ⁊ Oremus. cum oratione Respice q̃sumus. cũ nota more dñicali ita con summando hoc. Qui tecum. ⁊c. Dñs vobiscum. et Benedicamus dño. Hec oratio seruetur ad oẽs horas huius diei scz ad primã. iij. vj. ⁊. ix. nisi ad vesp. Finita or. ad primam intrent cpm. Letania ⁊ tabula more solito legantur, et post primã lectio. de martyrologio dicat sacerd. hũc ℣. Preciosa est in conspectu domini. cum hac oratione tantum. Sancta maria mater. cum Dñs vobiscum. ⁊ Benedicamus dño. ⁊ sic cp. quotidie finiat vsq ad octa. pasc. excepto q in vj. fer. scilicet in die parasceues ⁊ in vigi. pasc. non itur ad cap. tamen tabula quotidie scribat. Hac die hore. iij. vj. ⁊. ix. ante missam in choro dicuntur cantãdo supradicto modo. Vespere etiam hoc die semel in cho. festiue cãtent sine Deus in adiutorium. et sine Gloria. ⁊ sine regimine chori. Cantata cõmunione incipiat prima ãn. super p. in superiori gradu et oẽs alie ãñe. in eodem gradu incipiant: ⁊ etiã sup p. Mag. ãn. Calicem salutaris accipiam et nomen dñi inuocabo. ps. Credidi. ã. Cũ his qui oderunt pacem eram pacificus: cũ loqbar illis impugnabant me gratis. ps. Ad dominũ cũ tribularer. ãn. Ab hominibus iniqs libera me dñe. ps. Eripe me. ãn. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt mihi: et a scãdalis operãtiũ iniqtatem. p. Dñe cla. ãn. Cõsiderabam ad dexteram ⁊ videbam: et non erat qui cognosceret me. ps. Voce mea. Finitis ps ⁊ ãis stati incipiat ã. Cenantibus autem accepit iesus panẽ, benedixit ac fregit, dedit discipulis suis. ps. Mag. His ita peractis dicat sacer. ad populũ conuersus Dñs vobiscum. ⁊ Oremus. Deinde post oratione more solito dicitur postcõio.

Refecti vitalibus alimētis q̄s sumus domine de⁹ noster: vt quod tēpore nostre mortalitatis exequimur, immortalitatis tue munere cōsequamur. Per dominū nostrum iesum christum. cum Dominus vobiscum. qua finita dicat diaconus Benedicamus domino. Si vero episco. celebrauerit: dicat diaconus Ite missa est. et sic missa ꝛ vespere simul finiātur.

¶ Post prādiū peractis his que ad mādatū pertinēt, chorū itrēt ꝛ completoriū sine nota secrete dicant. In primis ichoet ab executore officij. ā. Christus fact⁹. ps. Cū īuoca. ps. In te dn̄e spaui. ps. Ecce nūc. ps. Nunc di. post ps. tota ōr ī. deinde dicat sacerd. Dominus vobiscum. et Oremus. Orō. Respice q̄s domine. cum Qui tecū. ꝛ Dominus vo. ꝛ Bn̄dicamus dn̄o. et sic ꝯpleat totū seruitiū hui⁹ diei.

¶ Fer. vj. i die parasceues ad matu. et in scto sab. pasc. idē mod⁹ et ordo in āīs incipiēdis ꝛ in lec. legendis et in ꝟ. ꝛ ℟. cū suis ꝟsi. cantandis seruetur p oīa q̄ i prima nocte: ita tñ q incipiēte seniore primā ān. in. j. noct. oēs prostrationes faciāt. Similiter fiat in inceptione prime añe sup lau. et vnūquēq ꝟ. nisi in sab. ante pronūciationē euāg. tm̄. In. j. noct. ān. Astiterūt reges terre ꝛ principes cōuenerunt in vnum aduersus dn̄m: et aduersus christū ei⁹. ps. Quare fre. ān. Diuiserūt sibi vestimēta mea: ꝛ super vestē meā miserūt sortē. ps. De⁹ de⁹ me⁹ respice. ān. Insurrexerūt in me testes iniq̄: et mentita est iniquitas sibi. ps. Dn̄s illuminatio. ꝟ. Diuiserunt sibi. ℟. Vestimenta mea. Pater noster. Nō dicitur Et ne nos. Tres prime lectio. de lamētationibus hieremie cātādo supradicto modo legantur. Lectio prima. Joth.



Mānū suam misit hostis ad oīa desiderabilia ei⁹: q̄r vidit gētes ingressas sanctuariū tuū, de quibus p̄ceperas ne intrarent ecclesiā tuā. Thre. j.

Caph. Oīs ppl's ei⁹ gemēs ꝛ querēs panē: dederūt p̄ciosa queq pro cibo ad refocillādam animam. Vide dn̄e et considera q̄m factus sum vilis. Lameth. O vos oēs q̄ transitis per viā: attēdite ꝛ videte si est dolor similis sicut dolor me⁹: q̄m vindemiauit me (vt locutus est) dn̄s in die furoris sui. Hierusalē hierusalē. ℟. Oēs amici mei dereliq̄rūt me ꝛ p̄ualuerūt isidiātes mihi, tradidit me quē diligebā ꝛ terribilibus oculis plaga crudeli percutiēs. Aceto potabant me. ꝟ. Et dederūt in escā meam fel: et in siti mea. Aceto. Lectio. ij. Men. 1

De excelso misit ignem in ossibus meis: ꝛ erudiuit me. Expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorsum. Posuit me desolatā: tota die merore cōfectam. Nun. Vigilauit iugū iniquitatū mearū: manus eius conuolute sunt ꝛ imposite collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me dominus in manu de qua non potero surgere. Samech. Abstulit omnes magnificos meos dominus de medio mei. Vocauit aduersum me tempus: vt cōtereret omnes electos meos. Torcular calcauit dominus virgini filie iuda. Hierusalē. ℟. Tradiderunt me in manus impiorum 2 et inter iniquos proiecerunt me: et non pepercerunt anime mee, congregati sunt aduersum me fortes, Et sicut gygantes steterunt contra me. ꝟ. Astiterunt reges terre: et principes conuenerunt in vnum. Et sicut gygantes steterunt. Lectio. iij. Ain.

Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquam: quia longe factus est a me cōsolator conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditi: quoniam inualuit inimicus. Phe. Expandit sion manus suas: non est qui cōsoletur eam. Mandauit dominus aduersum iacob in circuitu eius hostes: facta est hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Hierusalem. ℟. Caligauerunt
3 oculi mei a fletu meo quia elongatus est a me qui consolabatur me: videte omnes populi. Si est dolor similis sicut dolor meus. ℣. O vos omnes qui transitis per viā: attendite et videte. Si est. ¶ In .ij. noctur. an. Uim faciebant qui querebant animam meam. ps. Domine ne in furore. ij. a. Confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: vt auferant eam. ps. Expectans. an. Alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam. ps. Deus in nomine. ℣. Ab insurgentibus in me. ℟. Libera me. Pater nr̄. Nō dr. Et ne nos. Tres medie lec. de expo. psal. supradicto modo legant. lc. iiij.

Exacuerunt tanq̄ gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram. Judei enim propterea iesum dederunt iudici pilato: vt quasi ipsi a morte eius viderētur esse immunes. Nam cum dixisset eis pilatus, vos eum occidite: responderunt. Nobis non licet iterficere quē q̄. Iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem refundere voluerūt. Sed nunquid deum iudicem fallebant? Non plane. ℟. Uinea mea ele-
4 cta ego te plantaui. Quomodo cōuersa es in amaritudinem vt me crucifigeres: et barabbam dimitteres? ℣. Ego quidē te plantaui vinea mea electa: omne semen verum. Quomodo conuersa es. Lectio quinta.

Quod fecit pilatus, in eo ipso quod fecit aliquantulum particeps fuit: sed in comparatione iudeorum multo ipse innocentior. Institit enim pilatus quantum potuit: vt illum ex eorum manibus liberaret. Nam propterea flagellatū eum perduxit ad eos. Nō persequendo iesum flagellauit: sed illorum furori satisfacere volēs. Ut vel sic iam mitescerent, et desinerent eum velle occidere: cum flagellatum viderent. Sed illi exacuerunt vt gladium linguas suas: clamātes crucifige crucifige. ℟. Tanquam ad latronem existis 5
cum gladiis comprehendere me: quotidie apud vos eram docens in templo et non me tenuistis: et ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum. ℣. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: ve autem homini illi per quem tradetur ad crucifigendum. Lectio sexta.

Non est pretermittendū quod quidam euangelista dicit hora sexta crucifixum dominū: et quidam hora tertia. Etiam incipiente hora sexta dicitur pilatus sedisse p tribunali: et reuera quando leuatus est dominus in lignum, hora sexta erat. Sed alius euangelista intuēs animū iudeorū, quia volebant se videri immunes a morte dn̄i: narrando eos ostendit reos dicens dn̄m hora tertia crucifixū. Considerātes autē ordinē lectionis, quāta agi potuerūt cū apud pilatū dn̄s accusaretur vt crucifigeretur: inuenimus horam tertiā esse potuisse quādo illi clamauerūt, crucifige crucifige. ℟. Iesum
tradidit impius summis principibus sacer- 6
dotū: et senioribus ppl̄i. Petrus autem sequebat a lōge: vt videret finē. ℣. Et ingressus est petrus in atrium principis sacerdotū,

tat. ¶ In .iii. noc. añ. Ab insurgentibus in me libera me domine: quia occupauerũt animam meam. ps. Eripe me. i. an. Longe fecisti notos meos a me: traditus sum et non egrediebar. ps. Domine deus salutis. añ. Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condemnabũt. ps. Deus vltionum. ℣. Locuti sunt aduersum me. ℟. Lingua dolosa. Tres vl. le. de epistola pauli legantur. Lect. vii.

FRatres, festinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis ĩcidat incredulitatis exemplum. Uiuus est enim sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens vsque ad diuisionẽ anime et spiritus. Compagũ quoqz et medullarũ: et discretor cogitationum et intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu dei. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius: ad

7 quem nobis sermo. ℟. Barrabas latro dimittitur: et innocens christus occiditur, nam et iudas armis doctus sceleris qui per pacem didicit facere bellum: Osculando tradidit dominum iesum christum. ℣. Ecce turba et qui vocabatur iudas venit: et dum appropinquaret ad iesum. Osculando tradidit dominum. Lectio. viii.

HAbentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos iesum filium dei: teneam⁹ spei nostre confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratie eius: vt gratiam consequamur, et gratiã inueniamus in auxilio opportuno. ℟.

8 Uelum templi scissum est et omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. ℣. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Memento. Lect. ix.

OMnis itaqz pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in his que sunt ad deũ: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant et errant: quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum et pro populo: ita etiam et pro semetipso offerre sacrificia pro peccatis. Nec quisquam sumat sibi honorẽ: sed qui vocatur a deo tanquã aarõ.

℟. Tenebre facte sunt dum crucifixissent 9
iesum iudei: et circa horam nonã clamauit iesus, dicens voce magna: deus meus vt quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritum, tunc vnus ex militib⁹ lancea latus eius perforauit et cõtinuo exiuit sanguis et aqua. ℣. Cũ ergo accepisset acetũ, dixit cõsummatũ est. Et inclinato capite tra.

¶ In laudibus. añ. Proprio filio suo 1
non pepercit deus: sed pro nobis omnibus
tradidit illum. ps. Miserere. añ. Anxia- 2
tus est in me spiritus meus: in me conturbatũ est cor meũ. ps. Dñe exaudi orationẽ. ii. a. Ait latro ad latronem: nos qui 3
dem digna factis recipimus: hic aũt qd fecit? memẽto mei dñe dũ veneris in regnum
tuũ. ps. De⁹ de⁹ me⁹. añ. Dũ cõturbata 4
fuerit aĩa mea dñe misericordie meõr eris.
ps. Dñe exaudi. añ. Memento mei do- 5
mine deus dũ veneris in regnũ tuum. ps. Laudate do. a. Posuerunt sup caput ei⁹ causam ipsius scriptam: iesus nazarenus rex iudeorum. ps. Benedictus. Finita añ. sup psal. Bñdictus. ordo precedẽtis noctis seruet cum his tribus vsib⁹. ℣. Agno miti basia cui lupus dedit venenosa. ℣. Uita in ligno moritur: infernus et mors lugens spoliatur. ℣. Teqz

vinciri voluisti: nosq; a mortis vinculis eripuisti. ita tamen q in fine orationis. Respice quesumus. nõ dicitur Qui tecum. hac nocte: nec in sabba. Hac die conueniant clerici ad ecclesiam: et ho. diei sub silentio sine nota ĩ choro dicãt hoc modo. Ad primam incipiat sacerd. ã. et iterim vna cum choro fiat genuflexio osculando formulas. ãn. Christus factus est. ps. Deus in nomine. ps. Beati immaculati ps. Retribue. Finitis psal. sine Gloria. tota dr ã. Deide sequat Pater noster. et pstratio cũ p. Miserere. Qui totus dr in prostratione sine Gloria patri. quo finito dicat sacer. oratione sine Dominus vobiscũ. et sine Oremus. sed sic inchoetur Respice qs. et sine Qui tecũ. et sine Dominus vobiscum. et sine Benedicamus dño. Et sic surgãt oĩes a prostratiõe osculãdo formulas. Hic modus seruetur ad oẽs ho. scilicet ad. j. iij. vj. et. ix. hac die: et in sabba. in vigil. pasc. ita tamen q in inceptiõe cuiuslibz hore et ex quo dr Pater nr. Post psal. vsq; post orationẽ fiat prostratio sup formulas surgẽdo easdem osculando. Similiter fiat ad completorium huius diei.

¶ Ad primam non itur ad cap. hac die: nec in sab. in vigil. pasc. nec vlla lec. de martyrologio legatur: tñ dr Preciosa est. cũ oratiõe Sãcta maria. dr: et finiat cũ Dñs vob. Bñdicam9 do. Loco nec habitu mutato fiũt vesp. in hac die nõ cantando: sed priuati dicẽdo añ altare hoc modo. ã. Calicẽ. ps. Credidi. et cetere añe cum suis psal. sicut in die cene: et ã. super p. Magñ. ãn. Cenãtib9 que oĩa priuatim dñr a choro alternatim corã altari. Finita ã. post p. Magnificat. dr Pater nr. cum psal. Miserere. sine Gloria pri.

Quo finito statim dicat sacerdos in audientia sed sine nota Respice quesumus dñe. sine Dñs vobiscum. et sine Oremus. et sine Qui tecum. et sic missa et vesp. simul finiantur. Non dr Bñdicamus dño. nec Ite missa est. Ad cõpleto. incipiat sacer. ã. et iterim simul cum toto choro fiat genuflexio. ãn. Christus fact9 est. ps. Cum inuoca. ps. In te dñe. ps. Ecce nũc. ps. Nũc di. Post p. tota dr ãn. Deinde sequatur Pater noster. cũ prostratiõe, et cũ psal. Miserere. sine Gloria patri. Quo finito dicat sacerd. Respice qsumus. sine Dñs vob. et sine Oremus. et sic inchoet Respice qs sine Qui te. et sine Dominus vob. sine Benedicamus do. et sic cõpleatur huius diei officium.

¶ Sabba. in vigil. pas. Ad matu. se more incipiẽte ã. oẽs se prosternant.

¶ In. j. noc. ãn. In pace ĩ idipm: dormiã et requiescã. ps. Cũ inuoca. ãn. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet ĩ mõte sctõ tuo. ps. Dñe qs habi. ãn. Caro mea requiescet in spe. ps. Conserua. ℣. In pace in idipsum. ℟. Dormiam et requiescam

Tres prime lectio. de lamentationibus hieremie supradicto modo cantando legantur. Lectio. j. Mem.



Ui comparabo te: vel cui assimilabo te filia hierusalem: Cui exequabo te: et consolabor te virgo filia siõ: Magna eĩm velut mare cõtritio tua: quis medebitur tui. Nun. Threñ. ij. Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperiebant iniqtatẽ tuam vt te ad penitentiam prouocarent. Viderunt autem tibi assumptiones vanas: et eiectiones. Hierusalem.

1 ℟. Sepulto dño signatum est monumentum voluentes lapidem ad ostium monumenti. Ponentes milites qui custodirent illud. ℣. Ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicãt plebi, surrexit a mortuis. Ponentes. Lectio. ii. Samech.

Plauserũt super te manibus omnes transeũtes per viam: sibilauerunt et mouerunt capita sua super filiam hierusalem. Ain. Fecit dominus que cogitauit: compleuit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis. Destruxit et non pepercit: et letificauit super te inimicum, et exaltauit cornu hostium tuorum. Hierusalem.
2 ℟. Recessit pastor noster fons aque viue: ad cuius transitum sol obscuratus est, nam et ille captus est qui captiuum tenebat primum hominem. Hodie portas mortis et seras pariter saluator noster dirupit. ℣sus. Ante cuius conspectum mors fugit: et ad cuius vocem mortui resurgunt: videntes autem eum porte mortis confracte sunt. Hodie portas mortis et seras pariter sal. Lectio. iii. Sade.

Clamauit cor eorum ad dominum: super muros filie sion. Deduc quasi torrentem lachrymas: per diem et noctem. Non des requiẽ tibi: neque taceat pupilla oculi tui. Coph. Consurge lauda in nocte: in principio vigiliarum. Effunde sicut aquam cor tuum: ante conspectum domini. Sin. Jacuerunt in terra foris puer et senex: virgines mee et iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti eos in die furoris tui: percussisti nec misertus es. Tau. Uocasti quasi ad diem solennem qui contererent me in circuitu: et non fuit in die furoris domini qui effugeret et relinqueretur. Hierusalem.
3 ℟. Agnus dei christus immolatus est pro salute mundi: nã de parentis protoplasti fraude facta condolens: qñ pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignũ tunc notauit, Damna ligni vt solueret. ℣. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortẽ autem crucis. Dãna. ¶ In. ii. noc. ã. Eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. ps. Dñi est terra. ãn. Credo videre bona domini in terra viuentium. ps. Dñs illuminatio. ãn. Domine abstraxisti ab inferis animam meam. ps. Exaltabo. ℣. Tu autẽ domine. ℟. Miserere mei. Tres medie lec. de quodam sermone beati pauli legantur. Lectio. iiii.

Admonet nos dilectissimi tanta ista et tam sancta solennitas: exhortari nos ad vigilandum et orandum. Dimicat enim fides nostra in seculi huius nocte: ne interiores oculi nri in noctem cordis obdormiant. In quod malum ne incidamus, oremus illa voce quam legimus: et dicamus dño deo nostro. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiã in morte: neqñ dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. ℟.
Sicut ouis ad occisionẽ duct9 est: et dũ male tractaret nõ apuit os suũ, tradit9 est ad mortẽ. Ut viuificaret pplm suum. ℣. Ipse aũt vulneratus est pper iniqtates nras: attritus est pper scelera nra. Ut. Lec. v. 4

Hic ille inimicus est qui aduersus dñm nostrũ iesum christũ insanos iudeos velut propria vasa et arma cõmouit: sed non preualuit aduers9 eũ. Uisi sunt ibi qdẽ preualuisse carnales inimici: sed spũalis in eis superatus est hostis. Uictima enim munde carnis: immundus victus est spiritus. Et eo ipso quo inflammauit hoĩes palam facere quod voluit: occulte passus est ipse quod noluit. Nam christum occidendo

Thre. ii.

sanguinem fudit quo reuiuiscerent quos occidit: sed nec illum possidet
5 in mortuis. R. Ecce quomodo moritur iustus et nemo percipit corde, viri iusti tolluntur & nemo considerat, a facie iniquitatis ablatus est iustus. Et erit in pace memoria eius. V. In pace factus est loc⁹ eius et habitat o eius in sion. Et. Lectio. vi.

Humiliter vigilemus: humiliter oremus. Piissima fide, firmissima spe, feruentissima charitate. Cogitantes qualem nostra charitas habitura sit diem: si nostra humilitas noctem vertat in diem. De⁹ itaque qui dixit de tenebris lumen clarescere, clarescat in cordib⁹ nostris: vt aliqd intus simile faciamus, quale in domo hac orationis accensis luminaribus fecimus. Habitaculū vero dei (nostram scilicet cōscientiam) iustitie luminaribus exornem⁹. Nō autem nos: sed gratia dei nobiscū.
6 R. Hierusalem luge et exue te vestibus iocunditatis: induere cinere et cilicio. Quia in te occisus est saluator israel. V. Deduc quasi torrentem lachrymas: per diem & noctem non taceat pupilla oculi tui. Quia in.

¶ In. iij. noc. ān. Deus adiuuat me: dominus susceptor est anime mee. ps. Deus in nomine. ān. In pace factus est locus eius, & in sion habitatio eius. ps. Notus in iudea. ān. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ps. Domine deus sa. V. Collocauit me. R. In obscu. Hic nō fiat genuflexio propter pronuncia. euange. & pronūciet sine titulo hoc modo incipiendo. Lec. vij.

Uespere autē sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum. Et reliqua.

Hic tamen titulus de omelia debet pronunciari more solito, videlicet.

Omelia venerabilis bede presbyteri.

Uigilias nobis huius sacratissime noctis (sicut ex lectione euangelica fratres charissimi audiuimus) resurrectio domini ac saluatoris nostri dedicauit. Iuste etenī hanc pro eius amore vigiliis celebramus & hymnis: qui pro nostro amore ī ea dormire in morte, ac de morte voluit excitari. Nam (sicut apostolus ait) mortuus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem
nostram, R. Plange quasi virgo plebs 7
mea: vlulate pastores in cinere et cilicio. Quia veniet dies domini magna et amara valde. V. Ululate pastores, clamate, aspergite vos cinere. Quia veniet. Lectio. viij.

Quod autem in euangelica lectione dictum est (quia sancte mulieres vespere sabbati que lucescit in prima sabbati: venerunt videre sepulchrum) ita intelligendum est. Quia vespere quidem venire ceperunt: sed lucescente mane in prima sabbati ad sepulchrum peruenerūt. Id est, vespere aromata quibus corpus domini vngere desiderabant parauerunt: sed parata vespere aromata mane ad sepulchrum detulerunt. Quod mattheus quidem breuitatis causa obscurius posuit: sed euangeliste alij quo ordine sit factum eui-
dentius ostendunt, R. Estimatus sum 8
cum descendentibus in lacum. Fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. V. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et in vmbra mortis. Fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio. Lectio nona.

Sepulto nāq3 sexta feria dn̄o reuerse a monumento mulieres parauerūt aromata q̄diu opari licebat: & sabbato qdē siluerūt scd̄m mandatum, sicut lucas aperte dicit.

Cū aūt trāsisset sabbatū, vesperegꝫ
adueniente tēpus operandi redisset:
mox prompte ad deuotionē emerūt
que min⁹ parauerāt aromata (sicut
marcus ꝯmemorat) vt venientes vn
gerēt iesum. Et valde mane vna sab
batorū veniūt ad monumentū: orto
9 iam sole. ℟. O vos oēs qui transitis per
viā: attendite et videte. Si est dolor similis
sicut dolor meus. ℣. Attendite vniuersi po
puli ꝛ videte. Si est do. ¶ In laud. an.
1 O mors ero mors tua, morsus tuus ero
2 inferne. ps. Miserere. a. Attendite vni-
Hi omnes erant perseuerātes vnanimiter in oratione: cū mulieribus et Maria matre Jesu et fratribus eius. In diebus illis exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Lectio tertia.

Viri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda. Qui fuit dux eorū qui cōprehenderūt iesum: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerij huius. ān. Illi aūt profecti predicauerunt vbiq̄ dn̄o cooperante et sermonē cōfirmante sequētib9 signis all'a all'a. ps̄. Bn̄dictus. Ad ves. ān. Eūtes in mūdū. ps̄. Mag. ¶ Feria .iij. inuita. hy9, āe, psal. V. et R. sicut in preceden. sab. Lectio .j.

Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius. Lectio scd'a

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus iesus, incipiens a baptismate ioannis vsque ad diē qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Tu autem. Lectio tertia.

Et statuerūt duos: ioseph qui vocabatur barsabas, qui cognominatus est iustus: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu dn̄e q̄ corda nosti oīm

ostēde quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius et apostolatus de quo preuaricatus est iudas vt abiret in locū suum. Et dederūt sortes eis: et cecidit sors super mathiam. Et annumeratus est cum vndecim apostolis. an. Rogabo patrē. ps. Benedictus. Ad vespas. an. Nisi ego abiero. ps. Magnificat.

¶ Fer.iiij.inuit.hy⁹,ãe,psal.℣.⁊ ℟. sicut in vj.fer.preceden. Lectio pria.



Um complerētur dies pētecostes: erāt omnes discipuli pariter i eodē loco. Et factus est repente de celo sonus tāquā aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerunt illis dispt ite lingue sicut ignis: seditque supra singulos eorum spiritus sanctus. Lectio seda

Et repleti sunt omnes spiritu sancto: ⁊ ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Tu. Lectio tertia.

Stupebant autem omnes ⁊ mirabantur, adinuicem dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridebant: dicentes q musto pleni sunt. Stans autem petrus leuauit vocem suam: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis in hierusalem, hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non enim sicut estimatis hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia. an. Illi aūt pfecti. ps. Benedictus. or. vt supra. ¶ In oc.ascensionis domini ad vespe. super psal. an. Non vos relinquam. ps. Nisi dominus edificauerit. ⁊ ceteri psal. feria. Cap. ℟. et cetera omnia sicut in primo die ad primas vesp. cum hac or. Concede quesumus. Ad matuti. inuita. ⁊ cetera oia sicut in primo die. Et legātur lec. de exposi. euāge Recumbentibus. similiter sicut in primo die. In lau. oēs āñe. dicātur. Cetera oia etiā ad hor. sicut in die cum an. Te iure⁊ oro. Dñe sancte pater. Ad sedas vespe. omnia fiant sicut in die: preter ℟. quod nō dicet. Si aliqd fest. simpl. cū regi. cho. hac die cōtige. differat vsq; in crasti. ves. tamē erunt de octa. et solen. memo. de fest. ¶ Quod si festum dupl. in octa. die contige. totum serui. fiat de fest. ⁊ solen. memoria de octa. ad vtrasq; ves. ⁊ ad matutinas ⁊ ad mis. Hac die ad secundas vesperas que erunt de oc. propter aliquod fest. simplex: fiat solen. memo. de sancta maria cum pleno seruitio in crasti. si a fest. cum regimine cho. vaca. ¶ Feria vj. ad ves. super psal. ã. Alla alla alla. ps. Confitebor. Cp. hy⁹ ⁊ ℣. sicut in do. scilicet ad secundas ves. an. Hec locutus ps. Mag. or. do. ℣. Mēo. de sctā maria. an. Paradisi porta. ℣⁹. Sctā dei genitrix. Or. Famulor. vel or. Ops sēpiterne deus. Mēo. de oīb⁹ sanctis an. In celestibus. ℣⁹ Vox letitie. Or. Infirmitatē. vel or. Vide dñe. ¶ Sabbato in vigil. penteco. inui. Alla alla alla. p. Ven. hy⁹. Eterne rex. ã. Alla alla alla. ps. Cātate. p. Dñs re. ira. ps. Miam et iud. ℣. Eleuata est. Scdm ioannem.

Cap. 14.B IN illo tẽpoꝛe. Dixit iesus di-
scipulis suis. Si diligitis me:
mandata mea seruate. Et ego ro-
gabo patrem: et alium paraclitum
dabit vobis: vt maneat vobiscum in
eternum. Et reliqua. Omelia vene-
rabilis bede. Lectio pꝛima.
Quia hodie sancti spiritus fratres
charissimi celebꝛamus aduẽtum: de-
bemus et ipsi congruere solennitati
quam colimus. Hoc etiã oꝛdine tan-
te festiuitatis huius digne gaudia
celebꝛamus: si nos quoqꝫ (domino
opitulante) aptos reddiderimus ad
quos spiritus sanctus aduenire, et
in quibus habitare dignetur. Ea so
lummodo ratione aduentui et illu-
strationi scti spiritus apti existimus
si ⁊ coꝛda nostra diuino amoꝛe reple
ta, et coꝛpoꝛa sint diuinis mãcipata
pꝛeceptis. ℟. Non conturbetur. Reqre
in vigilia ascen. dñi ad vesp. Vel ℟.
Tẽpus est. qñ nõ dꝛ in do. pcedẽ. L. ij.
VNde et in exoꝛdio lectionis
huius euangelice discipulis
veritas ait. Si diligitis me: manda-
ta mea seruate. Et ego rogabo pa-
trem et aliũ paraclitũ dabit vobis.
Paraclitus aũt consolatoꝛ interpꝛe
tatur. Et spũs sanctus recte paracli
tus vocatur: quia coꝛda fidelium ne
inter huius seculi aduersa deficiãt:
celestis vite desideriis subleuat ac re
ficit. ℟. Ego rogabo. Require in do. in
fra octa. ascen. domini. Lectio tertia
SEd et nos fratres charissimi
si chꝛistũ perfecte diligimus:
ita vt eiusdem dilectionis veritatem
mãdatoꝛum eius obseruatione pꝛe-
beamus: rogabit etiã pꝛo nobis pa-
trem, et alium paraclitum dabit no-
bis. Rogabit patrem per humilitatẽ
qui dabit cum patre per diuinitatẽ.

℟. Si enĩ nõ abiero. Require in crast.
ascen. ℣. Ascẽdo ad patrẽ. In laud. añ.
Alla alla. ps. Dñs regnauit. Capłm.
FActum est cũ apollo esset co- Actu.
rinthi: et paulus peragratis 19. A
superioꝛibus partibus veniret ephe
sum, et inueniret quosdam discipu-
los. Dixitqꝫ ad eos. Si spm̃ sanctũ
accepistis credẽtes? At illi dixerunt
ad eum. Sed neqꝫ si spirit⁹ sanctus
est audiuimus. Hy⁹. Tu chꝛiste. ℣.
Ascendit deus in iubi. añ. Si diligitis me
mandata mea seruate alleluia alleluia alle
luia. ps. Benedictus. Oratio.
PResta qs omps deus vt clari-
tatis tue super nos splendoꝛ
effulgeat: et lux tue lucis coꝛda eoꝝ
qui per gratiam tuã renati sunt, san
cti spiritus illustratione confirmet.
Per dominum. in vnitate eiusdem.
Hec oꝛatio dicitur ad oẽs ho. Mẽo.
de sancta maria et de omnibus sctis
sicut in vigi. ascen. vt s notatum est.
Ad singulas hoꝛas añe alleluiatice
paschales sup psalmos dicãtur. ℟.
et ℣. de ascen. dicuntur. Ad. iij. Cap.
Factum est cum apollo. Ad. vj. Cap.
IOhannes baptizauit baptis- Vbi
mo penitentie populum, do- supꝛa
cens in eum qui venturus est post
ipsum vt crederent: hoc est in iesum.
Ad Nonam. Capitulum. Actu.
INgressus paulus in synago- 16. B
gas cum fiducia loquebatur:
per tres menses disputãs ⁊ suadens
de regno dei. Omnes hoꝛe dicantur
ante mis. Si in hac vig. aliquod fes.
euene. nihil fiat de fest. nec post nec
ante: nisi dupl. festum fuerit: tũc enĩ
differatur post festum sancte trinita
tis ⁊ fiãt ibi. ix. l. vt de festis dup. in-
ter cenam domini ⁊ octa. pasche con-
tingentibus pꝛenotatum est ibi. ⁊c.

1. A ¶ In die pentecostes ꝛ per hebdoma. totum fiat de solennitate festi: et nihil in hoc anno de
2. A sancto dunstano. ¶ In die pentecostes et per hebdo. fiat seruitiū de festo: ꝛ nihil in hoc an-
no de sancto aldelmo. Festum sancti August. diffe. vsq; in.3.fer. post festum sancte trinitatis.
3. A ¶ In die penteco. ꝛ per hebdo. totū serui. de solennitate festi: ꝛ nihil de sctis ibidē cōtingē.
4. A ¶ In die pentec. et per hebdo. totum serui. de solen. festi: ꝛ nihil de sctis ibidem contingen.
5. A ¶ In die pente. ꝛ per hebdoma. totum serui. de solen. festi: et nihil de sanctis ibid. conting.
1. B ¶ In die pentecostes et per hebdoma. de solennita. festi: et nichil de sancto dunsta. hoc anno.
2. B ¶ In die pentec. et per hebdo. de solen. festi: et nihil de sancto aldel. Fest. s. augusti. differa.
3. B in.3.fe. post fest. sancte trinita. ¶ In die pentec. et per hebdo. de solen. festi: et nihil de mar.
4. B ¶ In die pentecostes et per hebdoma. de solenni. festi: et nichil de sanctis ibidem contingē.
5. B ¶ In die pentecost. ꝛ per hebdoma. de solennita. festi: et nichil de sanctis ibidem contingen.
1. C ¶ In die penteco. ꝛ per hebdo. de solen. festi: et nihil de sanctis: ꝛ fest. s. august. differa. vsq;
2. C in.3.fe. post festum sancte trinita. ¶ In die pente. et per hebdo. de solen. festi: ꝛ nihil de fes. ibi
3. C dem conting. ¶ In die pentec. ꝛ per hebdo. de solen. festi: ꝛ nihil de sanctis ibidem conting.
4. C ¶ In die pentecostes. et per hebdoma. de solenni. festi: et nihil de sanctis ibidem contingen.
5. C ¶ In die pentecost. et per hebdoma. de solennita. festi: et nihil de sanctis ibidem contingen.
1. D ¶ In die penteco. et per hebdomadam de solennitate festi: ꝛ nihil de sanctis ibidem contin.
2. D ¶ In die penteco. et per hebdo. de solen. festi: et nihil de sancto dunstano. ¶ In die penteco.
3. D et per hebdo. de solen. festi: et nichil de sancto aldelmo, ꝛ fest. sancti aug. diffe. vsq; in.3.fe. post
4. D festum sancte trini. ¶ In die pentec. et per hebdo. de solen. festi: et nihil de sanctis ib. cōtin.
5. D ¶ In die pente. et per hebdo. de solenni. festi: et nihil de festis ibidem contingen. ¶ In die
1. E pentecostes et per hebdoma. de solen. festi. ¶ In die pente. et per hebd. de solen. festi: ꝛ nihil
2. E de sancto dunstano. ¶ In die pente. ꝛ per hebdo. de solen. festi: ꝛ nihil de sanctis in hac heb.
3. E conting. Festum sancti augu. diffe. vsq; in.3.fe. post fest. sancte trini. ¶ In die penteco. ꝛ per
4. E 5. E hebdo. de solen. festi: et nihil de sanctis ibidem contingen. ¶ In die pentec. et per hebdo. de
1. F solenni. festi: et nihil de sanctis ibid. conting. ¶ In die pente. et per hebdo. de solen. festi: et
2. F nihil de sanctis. ¶ In die pentec. et per hebdo. de solen. festi: ꝛ nihil de sancto dunstano neq;
3. F de sancto aldelmo. ¶ In die penteco. et per hebdoma. de solen. fest. et nihil de sancto aldel.
4. F Fest. sancti augu. differa. vsq; in.3.fe. post festū sancte trini. ¶ In die pente. et per hebdo. de
5. F solen. festi: et nihil de sanctis. ¶ In die pente. et per hebdo. de solen. festi: ꝛ nihil de sanctis.
1. G ¶ In die pente. et per hebdom̄. de solen. festi: et nihil de sancto dunsta. hoc anno. ¶ In die
2. G penteco. et per hebdo. de solen. festi: et nihil de sancto aldelmo: et fest. sancti augu. diffe. vsq;
3. G in.3.fe. post trinita. ¶ In die pentecost. et per hebdoma. de solennitate festi: et nihil de san-
ctis ibidem contingentibus, et festum sancti augu. differatur vsq; in.3.fer. post trinitatem.
4. G ¶ In die penteco. et per hebdoma. de solen. festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.
5. G ¶ In die penteco. et per hebdoma. de solen. festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

¶ In vigilia pente. Ad pri. vesp. sup psal. fer. añ. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ꝛ tui amoris in eis ignē accēde: qui per diuersitatē linguarum multarū gētes in vnitate fidei congregasti all'a all'a alleluia. ps. Benedictus. Cap.

Actu. 2. A. Dum complerentur dies pentecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. ℟. Loquebantur variis linguis apostoli alleluia. Magnalia dei Alleluia. ℣. Repleti sunt omnes spiritu sancto ꝛ ceperunt loqui. Magnalia. Gloria. Alleluia. Hymnus.

Iam christus astra ascenderat, regressus vnde venerat: promisso patris munere, sanctum daturus spiritum.

Solennis vrgebat dies, quo mystico septemplici orbis volutus septies, signat beata tempora.

Dum hora cunctis tertia, repente mundus intonat: orantibus apostolis deum venisse nunciat.

De patris ergo lumine decorus ignis almus est: qui fida christi pectora calore verbi compleat.

Dudum sacrata pectora, tua replesti gratia: dimitte nunc peccamina, et da quieta tempora.

Sit laus pri cū filio, sancto simul

paraclito:nobisqꝫ mittat filius charisma sancti spiritus. Amen. Isti duo ℣. dicuntur in fine omniū hymn. per totā hebdomadam nisi in hymn. Ueni creator. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. ℟. Et hoc quod continet omnia, scientiā habet vocis alleluia. an. Si quis diligit me sermonem meū seruabit: ⁊ pater meus diliget eū ⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionem apud eum faciemus alleluia. ps. Mag. Or. Presta q̄s ops deus. vt s̄. ad matu. Ad cōple. a. Alla alla alla alla. ps. Cum inuocarem. Cp. Tu in nobis. Hy⁹. Saluator mundi. ℣. Custodi nos. an. Alleluia. Spiritus paraclitus alleluia: docebit vos omnia alleluia. ps. Nūc dimit. Ad matu. Inui. Alleluia: spiritus domini repleuit orbem terrarum. Uenite adoremus alleluia. ps. Uenite exultemus. Hy⁹. Jam christus astra. an. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis alleluia alleluia. ps. Magnus dn̄s. an. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in hierusalem alleluia alleluia. ps. Exurgat. an. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre alleluia alleluia. ps. Benedic. ij. ℣. Repleti sunt omnes spiritu sancto. ℟. Et ceperunt loqui alleluia. Lectiones legātur in cappis sericis. ¶ Secundum Joannem.

Cap. 13.C. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua.

Omelia beati Gregorij pape. Lec. j.

Libet fratres charissimi euangelice verba lectiōis sub breuitate trās currere: vt post diutius liceat in contemplatione tante solennitatis immorari. Hodie nanque spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit: mentesque carnalium in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis: intus facta sunt corda flammantia. Quia dum deum in ignis visione susceperunt: per amorem suauiter intus arserunt. Ipse nanque spiritussanctus amor est. Unde ⁊ ioannes dicit. Deus charitas est. ℟. Dum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter sedentes alleluia: et subito factus est sonus de celo alleluia. Tāquam spiritus torrēs: ⁊ repleuit totam domum alleluia alleluia. ℣. Dum ergo essent discipuli in vnum congregati propter metum iudeorum: sonus repente de celo venit sup eos. Tanquam spiritus torrens: et repleuit. Lectio secūda

Qui ergo mente integra deum desiderat: profecto iam habet quē amat. Neqꝫ enim quisquam posset deū diligere: si eum quē diligit nō haberet. Sed ecce si vnusquisque vestrum requiritur an diligat deum: tota fiducia et secura mente respondet, diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dicit. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis: exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem iohannes dicit. Qui dicit diligo deum, et mandata eius non custodit: mendax est. Uere deum diligimus: si ad mandata eius a nostris nos voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc ad illicita desideria defluit, profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. ℟. Repleti sunt omnes spiritu sancto: ⁊ ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentium alleluia. ℣. Lo

quebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Et conuenit mul. Lectio tertia.

ET pater meus diliget eum: et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Pensate fratres charissimi quanta sit ista solennitas: habere in cordis hospitio aduentum dei. Certe si domum nostram quisquam diues ac prepotens amicus intraret: omni festinatione domus mūdaretur: ne quid fortasse esset quod oculos intrātis amici offenderet. Tergat ergo sordes praui operis: qui deo preparat domū mentis. Sed videte quid veritas dicat. Ueniemus: et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenī corda venit: et mansionem non facit, qa per compunctionem quidem dei respectum percipiunt: sed tentationis tempore hoc ipsum quod compun-
3 cti fuerant obliuiscuntur. ℟. Spiritus sanctus procedens a throno, apostolorum pectora inuisibiliter penetrauit: nouum sanctificationis signū. Ut in ore eorum, omniū genera nascerētur linguarum Alleluia. ℣. Aduenit ignis diuinus non comburens sed illuminās: et tribuit eis charismatum dona. Ut in. Gloria. Alleluia. Hoc ℟. sit. iij. ℟. per totam hebdoma. ℣. Emitte spm̄ tuū et creabūtur. ℟. Et renouabis faciem terre alleluia. In laud. a͞.
1 Dum complerentur dies pētecostes erāt omnes pariter sedentes alleluia. ps. Do-
2 minus regnauit. an. Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia. ps. Iu
3 bilate deo omnis terra. a͞. Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui al-
4 leluia. ps. Deus deus meus. an. Fontes et omnia que mouentur in aquis hymnum dicite deo alleluia. ps. Benedicite.
5 an. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei alleluia alleluia alleluia. ps Laudate dominum de celis. Capl'm. Dum complerentur. Hymnus.

IMpleta gaudēt viscera, afflata sancto spiritu: voces diuersas intonant, fantur dei magnalia.
Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris: cunctisque admirantibus linguis loquuntur omnium.
Iudea tunc incredula, vesana toruo spiritu: ructare musti crapulam alumnos christi concrepat.
Sed signis et virtutibus occurrit et docet petr⁹: falsa profari perfidos iohelis testimonio. Nudū sacrata.
Sit laus patri. ℣. Loquebantur variis linguis. ℟. Magnalia dei all'a. a͞. Accipite spm̄ sanctū: quorum remiseritis peccata remittūtur eis all'a. ps. Bñdict⁹. Or.

DEus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratiōe docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum. in vnita. eiusdem.

¶ Ad primā a͞. Dum cōplerentur dies. ps. Deus in noīe. an. Gratias tibi. ps. Quicūque vult. ℟. Iesu xp̄e. cum Alleluia. ℣. Qui sedes. ¶ Ad tertiam. De⁹ in adiutoriū. Septem seniores ante altare incipiāt hymnū. Hymnus.

VEni creator spiritus, mētes tuorum visita: imple superna gratia, que tu creasti pectora.
Qui paraclit⁹ diceris, donum dei altissimi, fons viuus, ignis, charitas et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere, dextre dei tu digitus, tu rite promissum patris sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus, infunde amorē cordibus, infirma nostri corporis virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius pacemque

dones protinus: ductore sic te pre-
uio uitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem, nosca-
mus atque filium, te utriusque spiri
tum credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio. Hic ordo
seruetur per singulos uersus totius
hymni. hac die tantum. Reliquis uero
diebus videlicet secūda tertia et quar
ta feria dicitur hymnus. Ueni crea-
tor spiritus. Ad tertiam loco nec ha-
bitu mutato sine thuri. Ceteris autē
diebus ut in quinta, sexta feria et sab
bato dicatur hymnus. Nunc sancte
no. ut decet. ān. Spiritus domini. ps.
Legem pone. Cp. Dum compleren-
tur. R. Repleti sunt om̄es spiritu sancto
Alleluia alleluia. V. Et ceperunt loqui. V.
Loquebantur va. Ad sextam. ān. Re-
pleti. ps. Defecit. Capitulum.

Actu. 2. A. Factus est repente de celo so-
nus tanquam aduenientis spi
ritus vehementis: et repleuit totam
domum ubi erant apostoli sedentes.
R. Loquebantur variis linguis apostoli.
Alleluia alleluia. Vsus. Magnalia dei.
Vsus. Spiritus domini repleuit. Ad
nonam. ān. Loquebantur. Psalmus.
Mirabilia testimonia. Capitulum.

Actu. 2. A. Apparuerunt illis dispertite
lingue tanquam ignis sedit-
que supra singulos eorum spiritus
sanctus. R. Spiritus domini repleuit
orbem terrarum alleluia alleluia. Vs⁹. Et
hoc quod continet omnia scientiam habet
vocis. V. Emitte spiritum. Ad vespe.
ān. Dum complerentur. ps. Dixit domi
nus etc. psal. do. et dicatur cum predi-
cta ān. per totam hebdo. Capitulum

Actu. 2. A. Conuenit multitudo et mente
cōfusa est: quoniam audiebat unus-
quisque lingua sua illos loquentes.
Hoc cp. dicatur quoti. ad ves. p hebdō.

R. Spūs sanctus procedens a thro. Hy⁹

Beata nobis gaudia anni re-
duxit orbita: cum paraclitus
spiritus effulsit in discipulos.

Ignis vibrante lumine, lingue fi-
guram detulit: verbis ut essent pro-
flui, et charitate feruidi.

Linguis loquuntur oīm, turbe pa
uent gentilium: musto madere depu
tant, quos spiritus repleuerat.

Patrata sunt hec mystice, pasche
peracto tempore: sacro dierum nume
ro, quo lege fit remissio.

Te nunc deus piissime vultu preca
mur cernuo: illapsa nobis celitus lar
gire dona spiritus.

Dudum sacrata pectora, tua reple-
sti gratia: dimitte nunc peccamina,
et da quieta tempora. Sit laus. V⁹
Spūs dñi repleuit. M. Hodie cōpleti sunt
dies pentecostes alla: hodie spūs sanct⁹ in
igne discipulis apparuit et tribuit eis cha
rismatū dona: misit eos in universum mū-
dū pdicare et testificari, q crediderit et bapti
zatus fuerit saluus erit alleluia. ps. Ma-
gnificat. Or. Deus qui hodierna.
Ad cōple. ān. Alla. ps. Cum inuo-
carem. Cp. Tu in no. Hac die et tri-
bus diebus sequētib⁹ dr pro hymno.

Alma chorus domini nunc
pangat nomina summi.

Messias, sother, emanuel, sabaoth,
adonai,

Est unigenitus, via, vita, manus,
omousion,

Principium primogenitus, sapien-
tia, virtus,

Alpha, caput, finisque simul, voci-
tatur et est oo,

Fons et origo boni, paraclitus, ac
mediator,

Agnus, ouis, vitulus, serpens, ari-
es, leo, vermis,

Os, verbum, splendor, sol, gloria, lux, et imago,
Panis, flos, vitis, mons, ianua, petra, lapisque,
Angelus, et sponsus, pastorque, propheta, sacerdos,
Athanatos, kyrios, theos, et pantoncraton, iesus.
Saluificet nos, sit cui secla per omnia dora. Amen. Et reliquis diebus dicitur hy. Saluator. ℣. Custodi nos. an. Alleluia spiritus paraclitus. ps. Nunc dimittis. ¶ Feria secunda inuita. hymnus, antiphone, psalmi, et ℣. sicut in die pente. dicantur. Similiter fiat singulis diebus per hebdo.

¶ Euangeliũ Secundũ Joannem.

Cap. 3. IN illo tempore. Dixit iesus cuidam principi phariseorũ. Sic deus dilexit mũdum vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam eternam. Et reliqua.

Sermo ex cõmẽ. btĩ aug. epi. Lec. j.

Ergo quantum in medico est, sanare venit egrotum. Ipse se interimit: qui precepta medici obseruare non vult. Uenit saluator saluare mundum. Quare saluator dictus est mũdi: nisi vt saluet mundum, non vt iudicet mundum? ℟. Apparuerunt apostolis dispertite lingue tanquam ignis alleluia. Seditque supra singulos eorum spiritussanctus alleluia alleluia. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Seditque supra singu. Lectio scda

Saluari non vis ab ipso? ex teipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? Uide quid ait. Qui credit in eum non iudicabitur. Qui autẽ non credit: quid dicturum putas? Jam (inquit) iudicatus est. Nondum apparuit iudicium: sed iam factum est iudicium. ℟. Loquebantur. Require in vigilia pẽtecostes ad vesperas. L. iij.

Nouit enĩ dominus qui sunt eius. Nouit qui permaneãt ad coronam: et qui permaneãt ad flammam. Nouit in area sua triticum: nouit et paleam. Nouit segetem: nouit et zizaniam. Jã iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. ℟. Spiritussanctus. ℣. Emitte spiritum. Iste versus dicitur quotidie ante laud. per hebdomadam. In laudibus hec sola aña. Dum complerẽtur. Psal. Dominus regnauit. Capitulum Factus est repente. Hoc cp. dicitur quotidie ad laudes et ad tertiam per hebdomadam. Hymnus. Impleta gaudent. ℣s. Loquebantur variis. an. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam eternam alleluia. ps. Benedictus. Oratio.

DEus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, concede plebi tue pie petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per dominum. in vnitate eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas hac die tantum. Ad alias horas. antiphona ℟. et ℣s. sicut in die penteco. singulis diebus per hebdomadam dicuntur cũ propriis orationibus. ¶ Ad tertiam. Capitulum. Factus est repent e. ¶ Ad Sextam. Capitulum. Apparuerunt illis. ¶ Ad nonam. Capitulum.

Repleti sunt omes spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis: prout spiritussanct9 dabat eloqui illis. Actu. 2. A. Hic ordo capitulorum ad matu. et ad alias horas hui9 diei seruetur per totã hebdo. Ad vesp. oĩa

fiant sicut in die penteco. Ad secundas vesperas vsque ad ān. sup Magnificat. et preter ℞. quod non dicetur. Similiter fiat per totam hebd. ān. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum: sed vt mundus saluetur per ipsum alleluia. ps Magnificat. Or. Deus qui apostolis.

¶ Feria.iij. Secundum Joannem.

cap. 10. D In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliūde: ille fur est et latro. Et reliqua.

Sermo ex commentario beati Augustini episcopi. Lectio prima.

Ouile christi est ecclesia catholica. Quicunq in eam intrare voluerit, per ostium intret, id est per christū. Et ipsum verum deum et verum dei filium predicet. Non solum predicet christum: sed christi gloriam querat, non suam. Nam multi querēdo gloriam suam, oues christi sparserunt
1 potius q congregauerunt. ℞. Aduenit ignis diuinus non comburens, sed illuminans: non consumens, sed lucens: et inuenit corda discipulorū receptacula mūda. Et tribuit eis charismatum dona alleluia alleluia. ℣. Inuenit eos cōcordes charitate: et illustrauit illos inundans diuinitas deitatis. Et tribuit eis. Lectio.ij.

Humilis est enim ianua filius dei christus. Ipse enim dominus z saluator noster exponit qd proposuit, dicens. Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ouium. Per christum fratres intremus, vt nos itrasse gaudeamus. Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones. Venerunt quasi propter me, sed non ex me. Prophete nō fuerunt fures nec latrones: quia non propter illum sed in illo venerunt. ℞. Disciplinam et sapientiam docebat eos dn̄s alleluia: firmauit in illis gratiam spiritus sancti. Et intellectu adimpleuit corda eorū alleluia alleluia. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: z hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Et intellectu. Lec.iij.

Venturus dn̄s mittebat precones: sed illorū quos mittebat corda possidebat. Fur non venit nisi vt furetur et mactet z perdat. Ego veni vt vitā habeant, id est fidē que per dilectionem operatur. Per quam fideles in ecclesiam ingrediuntur vt viuant.
Justus autem ex fide viuit. ℞. Spi- 3
ritussanctus. ān. Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde, ille fur est z latro: qui autem intrat per ostium, pastor est ouium, alleluia. ps Benedictus. Oratio.

Assit nobis quesumus domine virtus spiritus sctī: que et corda nostra clementer expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum. eiusdē. Hec oratio dr ad omnes horas. Ad vesperas. ān. Ego sum ostium dicit dominus: per me si quis introierit, saluabitur et pascua inueniet, alleluia. p Magnificat. Oratio vt s.

¶ Feria. iiij. Secūdum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus di- Cap.
scipulis suis. Nemo potest ve- 6 E
nire ad me, nisi pater qui misit me traxerit illum. Et reliqua. Sermo ex cōmētario beati aug. epi. Lctō.j.

Magna gratie commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat, z quem non trahat: quare illum trahat z illum non trahat: noli velle iudicare si non vis errare. Semel accipe et intellige. Nondum traheris? ora vt traharis. Quid hic dicemus fratres? Si trahimur ad chri-

stum: ergo inuiti credimus, ergo violentia adhibetur: non voluntas
1 excitatur. ℟ Facta autem hac voce conuenit multitudo, et mente confusa est: quia audiebat vnusquisque lingua sua Illos loquentes magnalia dei alleluia alleluia alleluia. ℣ Nonne ecce oēs isti qui loquuntur galilei sunt? et quomodo nos audiuimus vnusquisque lingua sua. Illos lo. Lec. ij.

Si trahitur (ait aliquis) inuitus venit. Si inuitus venit, non credit si non credit, non venit. Non enim ambulando ad christum currimus, sed credendo. Nec mora corporis, sed voluntate cordis accedimus. Sic se tangi voluit: sic tangitur ab eis a quibus bene tangitur: ascendens ad patrem, manens cum pa-
2 tre, equalis patri. ℟ Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis alleluia alleluia. ℣ Omnium est enim artifex: omnem habens virtutem: omnia prospiciens. Et hoc quod continet. Lec. iij.

Nolite cogitare inuitum trahi. Inuitus trahitur animus, et amore. Da amantem, et sentit quod dico. Da desiderantem, da feruentem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem et fontem eterne patrie suspirantem. Da talem: et sentit quod dico. Si autē frigido loquor: quid loquor? Tales erāt illi qui in-
3 uicem murmurauerunt. ℟ Spiritussanctus. ān Amen amen dico vobis qui credit in me habet vitam eternam alleluia alleluia. ps Benedictus. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine paraclitus qui a te procedit illuminet: et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatē. Qui tecum in vnitate eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas.

¶ Ad vesperas. ān Ego sum panis viuus qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum, et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita alleluia alleluia. ps. Magnificat. oratio vt supra. ¶ Feria quinta.

¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatem sup omnia demonia: et vt languores curarent. Et reliqua. Sermo ex cōmentario venerabilis bede pbri. Lect. j. Cap. 9. A

Concessa primū potestate signorum misit eos predicare regnū dei: vt promissorum magnitudine attestaretur etiam magnitudo factorū: fidemque daret verbis virtus ostensa: et noua facerent qui noua predicarent. Unde nunc quoque cum fidelium numerositas excreuit, intra sanctam ecclesiam multi sunt qui virtutum vitam tenent, sed signa virtutum non habent: quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. ℟ia que in secunda feria dicuntur. Lectio secūda.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Solet queri quomodo Mattheus et lucas commemorauerūt dixisse dominum discipulis suis vt non virgam ferrent: cum dicat Marcus, et precepit eis ne quid tollerent in via nisi tantum virgam. Lectio tertia.

Quod ita soluitur vt itelligamus sub alia significatione dictam virgam que secundum marcum ferenda est: et sub alia illam que secūdum Mattheum et Lucam non est ferenda. Cum enim secundum mat-

theum diceret eis. Nolite possidere aurum neque argentum, et cetera: continuo subiunxit. Dignus est enim operarius mercede sua. Ubi satis ostendit cur eos hec possidere ac ferre noluerit: non quod necessaria non sint sustentationi huius vite: sed quia sic eos mittebat vt eis hec deberi monstraret ab illis quibus euangelium credentibus nunciarent. An. Conuocatis iesus duodecim apostolis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et vt languores curarent: et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos alleluia alleluia. Psalm⁹. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt spiritussanctus adueniens templum nos glorie sue dignanter inhabitando perficiat. Per dominum. in vnitate eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas. Ad vesperas. an. Egressi duodecim apostoli circuibant per castella: euangelizantes et curantes vbique alleluia alleluia. ps. Magnificat. Oratio vt s.

¶ Feria sexta. Secundum Lucam.

Cap. 5. D In illo tempore. Factum est in vna dierum: et iesus sedebat docens. Et reliqua. Sermo et commentario venerabilis bede pbri. L. i.

Ubi dominus sedens docuerit quando scribis et phariseis consedentibus paralyticum curauit: lucas breuiandi gratia preteriit. Sed Matheus et marcus qui eadem narrant: questionem facere videntur. Quoniam quidem mattheus in ciuitate sua: Marcus in capharnaum hoc eum fecisse testatur. Que difficilius questio solueretur: si mattheus etiam nazareth nominaret. R. que in tertia feria dicuntur. Lectio secunda.

Nunc ergo vel ipsa galilea in qua erat nazareth: intelligenda est dicta ciuitas christi. Ad distinctionem videlicet transmarine regionis genesarenorum: de qua transfretando sicut matthe⁹ scribit venerat galileam. Uel certe ipsa capharnaum ciuitas christi dicta est: quam non nascendo: sed virtutibus illustrando suam ipse fecerat. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: et querebant eum inferre et ponere ante iesum. Lectio tertia.

Curatio paralytici huius: anime post diuturnam illecebre carnalis inertiam ad Christum suspirantis indicat sanationem. Que primo omnium ministris qui eam subleuent et christo offerant, id est bonis doctoribus qui spem saluationis, opemque intercessionis suggerant indiget. An. Factum est in vna dierum et iesus sedebat docens: et erant pharisei sedentes et legisdoctores qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem, et virtus domini erat ad sanandum eos alleluia alleluia. ps. Benedictus. Oratio.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per. eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas.

¶ Ad vesperas. Ana. Tulit ergo paralyticus lectum suum in quo iacebat magnificans deum: et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo, alleluia. Psalmus. Magnificat. Oratio vt supra.

¶ Sabbato. Secundum Lucam.

In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in Cap. 4. G domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua. Omelia ex commen-

tario venerabilis bede presbyteri. L. j.

Si virum a demonio liberatū moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum diximus significare: consequenter femina febribus tenta, sed ad imperium domini curata, carnem ostendit a concupiscentie sue feruore per continentie precepta frenatam. Omnis enim amaritudo et ira ꝛ indignatio et clamor ꝛ blasphemia: spiritus immundi feruor est. Respōsoria que in. iiij. feria dicuntur. Lectio secunda.

Fornicationem vero et immunditiam, libidinem et concupiscentiam malam, et auaritiam que est simulachrorum seruitus: febrem illecebrose carnis intellige. Et rogauerunt illum pro ea et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Modo saluator rogatur: modo vltro curat egrotos: ostendens se contra peccatorum quoque passiones et precibus semper annuere fideliū: et ea que ipsi in se minime intelligunt, vel intelligenda dare, vel etiam non intellecta dimittere. Iuxta quod psalmista postulabat. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Lectio tertia.

Et continuo surgens ministrabat illis. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere: et egrotationis sentire molestiam. Sed sanitas que domini confertur imperio, tota simul et sine molestia redit. Nec solum ipsa redit: sed ꝛ tanto robore comitante, vt his continuo qui se adiunerant ministrare sufficiat: et iuxta legis tropologiam membra que seruierant immunditie ad iniquitatem: vt fructum facerent morti: seruiant iustitie in vitam eternam. Añ. Vespere autem facto cum sol occidisset veniebant ad iesum omnes male habentes: at ille singulis manus imponens curabat eos alleluiaꝗꝗ. Benedictus. Oratio.

Mentibus nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus et prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas. Si aliquod festū in hac hebdo. euenerit, idem ordo seruetur qui in hebd̄. pasche nisi de ieiu. Itaque completo septiformi festo pente. septem diebus: octa. die, id est proxima die dominica post penteco. fiat plenum seruitium de sancta trinita. in quo tamen non erit processio ad vesperas ante crucem sicut in ceteris sabbatis per estatem.

Pars hyemalis Breuiarij ad vsum Sarum cum pica seu ordinatione de tēpore nouissime recognita accuratissimeꝗ castigata Feliciter finit.





¶ Psalteriū daui-dicum ad vsum ec-clesie sarisburieñ.

¶ In dñicis dieb⁹ a Domine ne i ira. vsq; ad. xl. Ad matutinas. Hymn⁹.



Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus: vel quo resurgēs conditor, nos morte victa liberet.

Pulsis procul torporibus, surgamus omnes ocyus: et nocte queramus pium, sicut prophetam nouimus.

Nostras preces vt audiat, suamq; dextram porrigat: vt expiatos sordibus, reddat polorum sedibus.

Ut quiq; sacratissimo, huius diei tempore: horis quietis psallun⁹, donis beatis muneret.

Iam nunc paterna claritas, te postulamus affatim: absit libido sordidans, omnisq; actus noxius.

Ne feda sit vel lubrica, cōpago nostri corporis per quā auerni ignib⁹ ipsi crememur acrius.

Ob hoc redemptor quesumus, vt probra nostra diluas: vite perēnis commoda, nobis benigne cōferas.

Quo carnis actu exules, effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui, melos canamus glorie.

Gloria tibi dñe, qui natus es de.

Et dr i oi hymno eiusdē metri vsq; ad puř. pter q̄ in hym. De⁹ creator. Post pur. vero dr. h. Presta pater.

¶ A Deus omnium. vsq; ad aduentū tam in dominica q̄ in feriis diebus quando de dominica vel fer. agitur: dr ad matu. sequens hymn⁹.

Nocte surgentes vigilem⁹ omnes: semper in psalmis meditemur, atq; viribus totis domino canamus dulciter hymnos.

Ut pio regi pariter canentes, cum suis sanctis mereamur aulam ingredi celi: simul et beatam ducere vitam.

Prestet hoc nobis deitas btā, patris ac nati pariterq; sancti spirit⁹ cuius reboat in omni gloria mundo. Amen. Psalmus primus.



Beatus vir qui non abijt in cōsilio impiorū, et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentie non sedit.

Sed in lege domini voluntas ei⁹: et in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanq̄ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet: et omnia quecunque faciet prosperabuntur.

Non sic impij non sic: sed tanquā puluis quem proijcit ventus a facie terre.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum.

Quoniam nouit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit.

Psalmus .ii.

Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terre, et principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum & aduersus christum eius.

Dirumpamus vincula eorum: et proijciamus a nobis iugū ipsorū.

Qui habitat in celis irridebit eos:

et dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo: super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius.
Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus: et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Psalmus .iii.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo.
Ego dormiui et soporatus sum et exurrexi: quia dominus suscepit me.
Non timebo milia populi circundantis me: exurge domine saluum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes michi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.
Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.

Non dicitur ad noct. iste psal. Ps. iiii.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti michi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hominum usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium.
Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare: que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona.
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam et requiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.

Non dicitur ad noc. iste. ps. Psalmus .v.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem:

perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Uirum sanguinū ꝛ dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordie tue.

Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplū sanctū tuū in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in cō spectu tuo viam meam.

Quoniam nō est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et letent oēs: q̄ sperāt in te: ī eternum exultabūt ꝛ habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine vt scuto bone volūtatis tue: coronasti nos. Psalmus. vj.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsqꝫquo?

Conuertere dn̄e ꝛ eripe aīam meā: saluū me fac propter miam tuam.

Quoniā non est in morte qui memor sit tui, in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo.

Turbatus est a furore ocul⁹ me⁹: inueteraui iter oēs inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dn̄s deprecationē meam: dn̄s orationem meā suscepit.

Erubescant ꝛ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur ꝛ erubescant valde velociter.

Gloria patri et filio. Sicut erat.

¶ In oib⁹ dn̄icis dieb⁹ per aduen. vsqꝫ ad nati. dn̄i. In primo noc. ān. Non auferetur sceptrū de iuda et dux de femore ei⁹ donec veniat qui mittend⁹ est.

In omnibus do. ab oct. epi. vsqꝫ ad passionē dn̄i quando de do. agitur. In. j. noc. ā. Seruite domino in timore.

In oib⁹ do. a do. tri. vsqꝫ ad aduen. dn̄i qn̄ de do. agitur. In. j. nock. ān. Pro fidei meritis vocitatur iure beatus: lege qui dn̄i meditatur nocte dieqꝫ. Ps. vij.

Domine deus me⁹ in te speraui: saluum me fac ex omnib⁹ persequētibus me, ꝛ libera me.

Nequando rapiat vt leo animam meam: dū non est qui redimat neqꝫ qui saluum faciat.

Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, ꝛ comprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge domine in ira tua: ꝛ exaltare in finibus inimicorū meorum.

Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam: et secundum innocētiam meam super me.
Cōsumetur neq̄tia pctōꝝ ꝛ diriges iustū: scrutans corda ꝛ renes deus.
Iustum adiutoriū meum a domino: qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis et patiens: nunqd irascit̄ p singulos dies?
Nisi cōuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniustitiam cōcepit dolorem: et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.
Cōuertetur dolor ei⁹ in caput ei⁹: et in verticem ipsi⁹ iniquitas eius descendet.
Cōfitebor dn̄o secūdū iustitiā ei⁹: ꝛ psallā noī dn̄i altissimi. Ps.viij.
Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos.
Ex ore infantium ꝛ lactentiū perfecisti laudē ꝑpter inimicos tuos: vt destruas inimicum ꝛ vltorem.
Qm̄ videbo celos tuos opa digitorū tuorū: lunā ꝛ stellas q̄ tu fūdasti.
Quid est homo q̄ memor es eius: aut fili⁹ hominis qm̄ visitas eum?
Minuisti eum paulomin⁹ ab angelis: glīa ꝛ honore coronasti eū: ꝛ cōstituisti eū super opa manuū tuarū
Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹ oīes ꝛ boues vniuersas: insuper et pecora campi.
Uolucres celi ꝛ pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Dn̄e dn̄s nr̄: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Ps.ix.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua.
Letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.
In cōuertēdo inimicū meū retrorsū: infirmabunt ꝛ pibūt a facie tua.
Quoniā fecisti iudicium meum et causam meam: sedisti super thronū qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes et periit impius: nomen eorum delesti in eternū et in seculum seculi.
Inimici defecerunt framee in finem: ꝛ ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu: ꝛ dn̄s in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronū suum: ꝛ ipse iudicabit orbem terre in equitate, iudicabit populos in iustitia.
Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te domine.
Psallite dn̄o q̄ habitat in sion: annunciate inter gentes studia eius.
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie sion.
Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gētes in interitu quē fecerunt.
In laqueo isto quē absconderunt: comprehensus est pes eorum.
Cognoscet̄ dn̄s iudicia faciēs: in

operibus manuum suarum cōprehensus est peccator.

Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes que obliuiscuntur deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Exurge domine non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.

Cōstitue domine legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Ut quid domine recessisti longe: despicis in opportunitatibꝰ in tribulatione?

Dum superbit impius incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue: et iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominum peccator: secundum multitudinem ire sue nō queret.

Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illius in omni tempore.

Auferūtur iudicia tua a facie eiꝰ: omnium inimicorum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo: non mouebor a generatione in generationem sine malo.

Cuius maledictiōe os plenum est et amaritudine et dolo: sub lingua eius labor et dolor.

Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

Oculi eius in paupere respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se ⁊ cadet cum dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim ī corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finem.

Exurge domine deus ⁊ exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impiꝰ deum? dixit enim in corde suo, non requiret.

Uides quoniam tu laborem et dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris et maligni: queretur peccatum illius ⁊ non inuenietur.

Dominus regnabit in eternum et in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperum exaudiuit dominꝰ: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Iudicare pupillo et humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. Psalmus.x.

In domino confido: quomodo dicitis anime mee, transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intēderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quem perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominꝰ in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciūt: palpebre eius interrogāt filios hominum.
Dominus interrogat iustū & impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.
Pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus et iustitias dilexit: equitatē vidit vultus eius.
Gloria patri & filio. Sicut erat. Per aduentum. an. Erit ipse expectatio gentium: lauabitque vino stolā suam: & sanguine vue pallium suū. Ab oct. epi. vsq ad pass. do. an. Domine deus me⁹ in te speraui. Per estatem. an. Iuste de⁹ iudex fortis patiensq benignus in te sperantes muni miserando fideles. ps. xi.
Saluū me fac domine quoniā defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filiis hoīm.
Uana locuti sunt vnusquisq ad proximum suum: labia dolosa ī corde et corde locuti sunt.
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: & liguam magniloquam
Qui dixerunt, linguam nostrā magnificabimus: labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est.
Propter miseriam inopum et gemitū pauperū: nunc exurgā dicit dn̄s.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum: probatū terre purgatum septuplum.
Tu dn̄e seruabis nos: & custodies nos a generatione hac in eternum.
In circuitu impij ambulāt: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Psalmus. xij.
Usquequo domine obliuisceris me in finem: vsquequo auertis faciem tuam a me.
Quandiu ponam cōsilia in anima mea: dolorem in corde meo per diē.
Usquequo exaltabitur inimic⁹ meus super me: respice & exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.
Qui tribulāt me exultabūt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi, & psallam nomini domini altissimi. Psalmus. xiij.
Dixit insipiens in corde suo: non est deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, nō est vsq ad vnum.
Dominus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq ad vnum.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebāt: venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorū os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
Contritio & infelicitas in viis eorū, et viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum.
Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorāt plebem meam sicut escam panis.
Deum nō inuocauerunt: illic trepi-

dauerunt timore, vbi non erat timor.
Quoniam domin⁹ in generatione iusta est: consilium inopis cōfudistis, quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex sion salutare israel: cum auerterit domin⁹ captiuitatem plebis sue, exultabit iacob et letabitur israel. Psalmus. xiiij.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.
Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolū in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.
Ad nichilum deductus est in conspectu ei⁹ malignus: timētes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo et non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit.
Qui facit hec: nō mouebitur in eternum.
Gloria patri & filio: & spiritui sctō.
Sicut erat in principio & nunc. &c.
Per aduentum. ān. Pulchriores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte candidiores. ℣. Ex sion species decoris eius. ℟. Deus noster manifeste veniet. Per octauas epiphanie vsqȝ ad passionē domini. ān. Respice et exaudi me domine deus meus. ℣. Memor fui nocte nominis tui domine. ℟. Et custodiui legem tuam. Per estatem. ān. Surge et in eternum serua munimine sacro: custodiqȝ tuos altripotens famulos. ℣. Memor fui nocte nominis tui domine. Psalmus. xv.
Conserua me domine quoniā speraui in te: dixi domino, de⁹ meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est michi.
Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum: insuper & vsqȝ ad noctem increpuerunt me renes mei.
Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est michi ne commouear.
Propter hoc letatum est cor meum et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques animā meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsqȝ in finē.
Gloria patri & filio: & spiritui sctō.
Sicut erat in principio. & cetera.
Dominicis diebus per aduentum vsqȝ ad natiuitatem domini. In secundo nocturno. ān. Bethleem non es minima in principibus iuda: ex te enī exiet dux qui regat populum meū israel: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Diebus dominicis ab octaua epiphanie vsque ad passionem domini. In secundo nocturno. ān. Bonorum meorum non indiges: in

te sperauit conserua me domine. ¶ Domi
nicis diebꝰ ab octaua trinitatis vs-
que ad aduentum domini. In secun-
do noctur. an. Nature genitor conserua
morte redemptos: facque tuo dignos serui-
tio famulos. Psalmus. xvi.

Exaudi domine iustitiā meam: intende deprecationem meam

Auribus percipe orationem meā: non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitates.

Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Perfice gressꝰ meos i semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deꝰ: inclina aurem tuam michi et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarū tuarū protege me: a facie impiorū qui me afflixerūt

Inimici mei animam meam circundederūt, adipem suum cōcluserunt: os eorum locutum est superbiam.

Proiicientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad predam: et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge domine preueni eum et supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuā ab inimicis manus tue.

Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis: et dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

Gloria patri et filio: et spiritui sctō.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.

Per aduentum. ān. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomē eiꝰ emmanuel. Post octauam epiphanie vsque ad passio. domi. ān. Inclina domine aurem tuam michi: et exaudi verba mea Per esta. ā. Pectora nostra tibi tu conditor orbis adure: igne pio purgans atque cremando probans. Psalmus. xvii.

Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentū meum et refugium meum, et liberator meus.

Deus meus adiutor meus: et sperabo in eum.

Protector meus et cornu salutis mee: et susceptor meus.

Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero.

Circundederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circūdederunt me: preoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui dominum: et ad deum meum clamaui.

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

Commota est et contremuit terra: et fundamenta montium cōturbata sunt et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eiꝰ: et ignis

a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos ꝛ descendit: ꝛ caligo sub pedibus eius.
Et ascēdit super cherubin ꝛ uolauit: uolauit super pennas uentorum
Et posuit tenebras latibulū suum in circuitu eius: tabernaculū eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando et carbones ignis.
Et intonuit de celo dominus, ꝛ altissimus dedit uocem suam: grando et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue.
Misit de summo ꝛ accepit me: ꝛ assumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictiōis mee: et factus est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniam uoluit me.
Et retribuet michi dominus secūdum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet michi.
Quia custodiui uias domini: nec impie gessi a deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: ꝛ iustitias eius non repuli a me.
Et ero immaculatꝰ cum eo: et obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet michi dominus secūdum iustitiam meam: et secundum puritatem manuū mearum in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris: et cum uiro innocente innocens eris.
Et cum electo electus eris: ꝛ cum peruerso peruerteris.
Quoniam tu populum humilem saluum facies: et oculos superborū humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar a tentatione: et in deo meo transgrediar murum.
Deus meus impolluta uia eius: eloquia domini igne examinata, protector est omnium sperātium in se.
Quoniam quis deus preter dominum? aut quis deꝰ preter deum nostrum?
Deus qui precinxit me uirtute: et posuit immaculatam uiam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquā ceruorum: ꝛ super excelsa statuens me.
Qui docet manus meas ad prelium: et posuisti ut arcum ereum brachia mea.
Et dedisti michi protectionē salutis tue: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata uestigia mea.
Persequar inimicos meos ꝛ comprehendam illos: et non conuertar donec deficiant.

Confringam illos nec poterūt stare: cadent subtus pedes meos.
Et precinxisti me virtute ad bellū: et supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti michi dorsum: & odiētes me disperdidisti.
Clamauerunt (nec erat qui saluos faceret) ad dominum: nec exaudiuit eos.
Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.
Populus quem non cognoui seruiuit mihi: i auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt: et claudicauerunt a semitis suis.
Uiuit dominus et benedictus de⁹ meus: & exaltetur deus salutis mee.
Deus qui das vindictas michi, et subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea cōfitebor tibi in nationibus domine: et nomini tuo psalmum dicam.
Magnificās salutes regis eius, et faciens misericordiam christo suo dauid: et semini eius vsꝙ in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc et semper: & in secula seculorum amen.
Per aduen. ā. Orietur in dieb⁹ ei⁹ iustitia & abundantia pacis: & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.
℣. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascendet. Post octa. epipha. vsꝙ ad passionem domini. ān. Dominus firmamentum meum et refugium meum. ℣. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ℟. Super iudicia iustificationis tue. Per estatem. ān. Tu populum humilem saluasti a morte redemptor: atꝙ superba tuo colla pmis iaculo. ℣⁹. Media nocte. Psalmus. xviij.
Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquele neꝙ sermones: quorū nō audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit son⁹ eorum: et in fines orbis terre verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suū: et ipse tanꝙ sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit vt gygas ad currendā viam: a summo celo egressio eius.
Et occursus eius vsꝙ ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiā prestans paruulis.
Iustitie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanct⁹ permanet in seculū seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multū: et dulciora super mel et fauum.
Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tūc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus: et redemptor meus.
Gloria patri et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū amen.
Dominicis dieb9 per aduen. vsq3 ad natiuitatem domini. In. iij. noctur. Aña. Nox precessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum ꝛ induamur arma lucis.
Dñicis diebus ab octa. epipha. vsque ad passio. do. quando de do. agitur. In tertio noctur. ān. Preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Dominicis diebus per estatem quando de dominica agitur vsque ad aduentum. In. iij. noctur. Aña. Sponsus vt e thalamo processit christus in orbem: descendens celo iure salutifero. Psalmus. xix
Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secūdum cor tuum: ꝛ omne consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo: et in nomine dei nostri magnificabimur
Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit domin9 christum suū.
Exaudiat illū de celo sancto suo: in potētatibus salus dextere eius.
Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus.
Domine saluum fac regē: et exaudi nos in die qua inuocauerim9 te.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spūi sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper. et cetera. Per aduen. Aña. Hora est iam nos de sōno surgere: ꝛ aperti sunt oculi nostri surgere ad christū: quia lux vera est fulgēs in celis. Ab octaua epipha. vsq3 ad passionem domini. ā. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Per estatem. ā. Auxiliū nobis saluator mitte salutis: et tribuas vitam tempore perpetuo. Psalmus. xx.
Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
Vitam petijt a te ꝛ tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in domino: ꝛ in misericordia altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que nō potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsū: in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare dn̄e in virtute tua: cantabim⁹ et psallemus virtutes tuas.
Gloria patri et filio. et c. Per aduē. an. Gaudete in domino semper, modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est, nichil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. V. Egredietur dominus de loco sancto suo. Rm. Veniet vt saluet populum suum. nō dicat vlteri⁹.
Ab octa. epi. vsq; ad passio. dn̄i. an. Domine in virtute tua letabitur rex. V⁹. Exaltare domine in virtute tua. Rm. Cantabimus et psallemus virtutes tuas. Per estatem. an. Rex sine fine manens miseris tu parce ruinis: premia concedēs et tua cuncta regens. V. Exaltare, vt. su.
Canticū. s. ambrosij et augustini.

Te deū laudamus: te dn̄m cōfitemur
Te eternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerse potestates.
Tibi cherubin et seraphin incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus. Sanctus Dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum chor⁹.
Te pphetarū laudabilis numer⁹.
Te martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta cōfitetur ecclesia.
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuum verum et vnicum filium.
Sanctū quoq; paraclitum spiritū.
Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis: in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: et extolle illos vsq; in eternum.
Per singulos dies benedicim⁹ te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.
Dignare domine die isto sine pctō nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine sup nos: queādmodū sperauimus in te.
In te dn̄e speraui: non confundar in eternum. V⁹ Excelsus super omnes.

gentes dñs. ℟. Et super celos gloria ei⁹.
De⁹ in adiutoriũ. ¶ In laud. ãn.
Regnauit domin⁹ precinctus fortitudine cũ decore virtutũ: cui⁹ sedes est in eternum. ps. Dominus regnauit. Aña. Sciam⁹ oẽs quia dñs ipse est de⁹: cui iubilemus, et exaltem⁹ ꝛ laudem⁹ nomẽ eius in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra. ãn. Bñdicam te dñe in vita mea vt videam virtutem tuã ꝛ gloriã tuam. ps. Deus de⁹ meus.. ãn. Omnis creatura celi et terre benedicat dominũ: hymnũ dicat, ꝛ superexaltet eum in secula. ps. Benedicite. ãn. Spũs oĩs laudet dñm: quia ipse dixit ꝛ facta sunt oĩa: mãdauit ꝛ creata sunt vniuersa. ps. Laud. do. de cel.
He predicte ãe semper in lau. dicantur dñicis diebus qñ inchoatur aliqua noua historia cum pleno seruitio: ꝛ quando vltimo fit seruitiũ de dñica ante .lxx. vel ante aduentum. Medijs vero dñicis dicit̃ hec sola antiphona Regnauit. Psalm⁹. xcij.

Dominus regnauit decorem indutus est: indut⁹ est domin⁹ fortitudinẽ ꝛ precinxit se.
Etenim firmauit orbẽ terre: qui non commouebitur.
Parata sedes tua deus ex tũc: a seculo tu es.
Eleuauerũt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerũt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spũi sancto.
Sicut erat in prin. Psalm⁹. xcix.

Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam domin⁹ ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Popul⁹ ei⁹ ꝛ oues pascue eius introite portas ei⁹ in cõfessione: atria eius in hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniã suauis est dominus in eternum misericordia eius: ꝛ vsqꝫ in generatione ꝛ generationem veritas eius.
Gloria patri ꝛ filio. Psalmus. lxij.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta inuia ꝛ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderẽ virtutem tuam et gloriam tuam.
Qm̃ melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabũt te.
Sic benedicam te in vita mea: ꝛ in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur anima mea: ꝛ labijs exultationis laudabit os meum.
Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animam meã: introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex vero letabit̃ in deo, laudabũt oẽs qui iurãt in eo: quia obstructũ est os loquentium iniqua. ps. lxvj.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet

vultum suum super nos, ꝛ misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viā tuā in omnibꝰ gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deꝰ: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deꝰ, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus: ꝛ metuant eum omnes fines terre.

Gloria patri et filio. Sicut erat.

¶ Canticum trium puerorum.

Dan. 3. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite āgeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: bñdicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol ꝛ luna domino: benedicite stelle celi domino.

Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino.

Benedicite ignis ꝛ estus domino: benedicite frigus et estas domino.

Benedicite rores ꝛ pruina dño: benedicite gelu et frigus domino.

Benedicite glacies et niues domino: benedicite noctes et dies domino.

Benedicite lux et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes dño.

Benedicat terra dominum: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria ꝛ flumina domino.

Benedicite cete ꝛ omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Benedicite omnes bestie et pecora domino: benedicite filij hominum domino.

Benedicat israel dominum: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino.

Benedicite spiritus ꝛ anime iustorum domino: benedicite sancti ꝛ humiles corde domino.

Benedicite anania azaria misael domino: laudate ꝛ superexaltate eū in secula.

Benedicamus patrem ꝛ filiū cum sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula.

Benedictus es dñe in firmamēto celi: ꝛ laudabilis ꝛ gloriosus et superexaltatus in secula. Ps. cxlviij.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen.

Laudate eum celi celorum: ꝛ aque que super celos sunt laudēt nomen domini.

Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.

Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis, grādo, nix, glacies, spiritꝰ

procellarum: que faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles ligna fructifera: & omnes cedri.

Bestie & vniuersa pecora: serpētes et volucres pennate.

Reges terre & omnes populi: principes et omnes iudices terre.

Iuuenes et virgines senes cū iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.

Hymnꝰ oībꝰ sctis eiꝰ: filiis israel pplo appropinquāti sibi. ps.cxlix.

CAntate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Letetur israel in eo qui fecit eum: & filie sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitū est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.

Exultatiões dei ī gutture eorum: & gladii ancipites in manibꝰ eorū.

Ad faciendam vindictā in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorū in cōpedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciāt in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. Psalmus.cl.

LAudate dominū in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eū in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eū in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritꝰ laudet dominum.

Gloria patri et filio. Capitulum.

BEnedictio & claritas et sapientia & gratiarum actio: honor & virtus & fortitudo deo nostro in secula seculorū amen. Deo grās. Apoc. vii.

Hoc cap. dicitur in omnibus do. ad laud. a. Dñe ne in ira vsqȝ ad.lxx. & a Deus omnium. vsqȝ ad aduentū quandocunqȝ agitur de dominica ¶ In omnibus dñicis a Domine ne in ira. quando de do. agitur vsqȝ ad. xl dz ad lau. hic sequens hymnus. Hyꝰ.

ETerne rerum conditor, noctem diēqȝ qui regis: et temporum das tempora, vt alleues fastidium.

Preco diei iam sonet, noctis profunde peruigil: nocturna lux viantibus, a nocte noctem segregans.

Hoc excitatus lucifer, soluit polū caligine: hoc omnis errorum chorꝰ, viam nocendi deserit.

Hoc nauta vires colligit, pontiqȝ mitescūt freta: hoc ipsa petra ecclesie canente culpam diluit.

Surgamus ergo strennue, gallus iacentes excitat: et somnolentos increpat, gallus negantes arguit.

Gallo canente spes redit, egris salus refunditur: mucro latronis conditur, lapsis fides reuertitur.

Iesu labentes respice, & nos videndo corrige: si respicis lapsus cadunt fletuqȝ culpa soluitur.

Tu lux refulge sensibus, mentisqȝ

somnum discute: te nostra vox primum sonet, & vota soluamus tibi.
Gloria tibi domine, qui natus es. vsque ad purifica. post puri. vero Gl.
Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum. Amen. V. Dominus regnauit. Rm. Decorẽ induit all'a. Iste V. cum preb. cap. dicatur in lau. omnibus do. vsque ad lxx. & & Deus omnium. vsque ad aduentum domini: quando de do. agitur. A lxx. vsque ad xl. V. Dñe refugiũ factus es nobis. Rx. A generatione & progenie. Per estatẽ in do. & fer. dieb9 vsque ad aduẽ. dicitur ad laud. hic sequens hymn9 quãdo de dñica vel de fer. agit. Hy9.

Ecce iam noctis tenuatur vmbra: lucis aurora rutilans coruscat: nisibus totis rogitem9 omnes cunctipotentem.
Ut deus noster miseratus omnem pellat languorem, tribuat salutem, donet & nobis pietate patris regna polorum.
Prestet hoc nobis deitas beata patris ac nati: pariterque sancti spũs, cui9 reboat in omni gloria mũdo amẽ. V. Dñs regnauit. Rm. Decorẽ induit all'a.

¶ Canticum zacharie prophete.

Luce. i. Benedictus dominus de9 israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis sue.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorũ: qui a seculo sunt prophetarum ei9.
Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciẽdam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandũ qđ iurauit ad abrahã patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia corã ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei nostri: in quib9 visitauit nos oriẽs ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Gloria patri & filio. Psalm9. cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manib9 dñe sue: ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri dñe miserere nostri: quia multũ repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis.
Gloria patri. Kyrie eleison. Xpe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
Et ne nos inducas. Sed libera nos.
Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.
Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam & salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oratio.

Ecclesie tue domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate & pacem tuam nostris concede temporibus. Per. ¶ Ad primam. Hymnus.



Iam lucis orto sydere, deū precemur supplices: vt in diurnis actibus, nos seruet a nocentibus.
Linguā refrenans temperet, ne litis horror insonet, visum fouendo contegat, ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima, absistat & vecordia: carnis terat superbiam potus cibiqȝ parcitas.
Vt cum dies abscesserit, noctemqȝ sors reduxerit: mundi per abstinentiam, ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit gloria, eiusqȝ soli filio: cum spiritu paraclito, & nunc & in perpetuum.

Psalmus.xxi.

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorū meorum.
Deus meus clamabo per diem et non exaudies: & nocte & non ad insipientiam michi.
Tu aūt in sctō habitas: laus israel
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.
Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi.
Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis.
Omēs vidētes me deriserunt me: locuti sunt labiis & mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eū quoniā vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberib9 matris mee: in te proiect9 sū ex vtero.
De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens: in medio ventris mei.
Aruit tanq̄ testa virtus mea: & lingua mea adhesit faucib9 meis: & in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: cōcilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meā.
Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicorniū humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominū laudate eū: vniuersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel: quoniam non spreuit neqȝ despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam a me: et cum clamarē ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabuntur, ⁊ laudabunt dominū qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculū seculi.
Reminiscentur ⁊ conuertentur ad dominum: vniuersi fines terre.
Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentium.
Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit dominus. Psalmus.xxij.
Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: nō timebo mala quoniam tu mecum es.
Uirga tua ⁊ baculus tu⁹: ipsa me consolata sunt.
Parasti in cōspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.
Gloria patri ⁊ fi. Psalmus.xxiij.
Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum ⁊ vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eū: ⁊ super flumina preparauit eum.
Quis ascendet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius.
Innocens manibus ⁊ mūdo corde, qui nō accepit in vano animam suā: nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo.
Hec est generatio querentium eū: querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus fortis ⁊ potens, dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ itroibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus virtutū ipse est rex glorie. ps.xxiiij.
Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubescam.
Neque irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te nō cōfundentur.
Confundātur omnes iniqua agentes: superuacue.
Uias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarũ domine: ꝛ misericordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: et ignorãtias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis ꝛ rectus dñs: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius ꝛ testimonia eius.
Propter nomen tuũ dñe propitiaberis peccato meo: multũ est enim.
Quis est homo qui timet dñm: legem statuit ei in via quam elegit.
Anima eiꝰ in bonis demorabitur: ꝛ semen eius hereditabit terram.
Firmamentũ est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dñm: qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei: quia vnicus ꝛ pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meã ꝛ laborem meũ: ꝛ dimitte vniuersa delicta mea
Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: ꝛ odio iniquo oderunt me.
Custodi animã meam et erue me: nõ erubescam quoniã speraui in te.
Innocentes ꝛ recti adheserunt michi: quia sustinui te.
Libera deus israel: ex omnibꝰ tribulationibus suis.
Gloria patri ꝛ filio. Psalmꝰ. xxv.

Iudica me domine qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: ꝛ in domino sperãs nõ infirmabor.
Proba me domine ꝛ tenta me: vre renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis: ꝛ cum iniqua gerẽtibꝰ nõ introibo.
Odiui ecclesiam malignantium: ꝛ cum impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas: ꝛ circundabo altare tuũ dñe.
Ut audiã vocẽ laudis tue: ꝛ enarrem vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorẽ domus tue: et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impijs deus animam meam: et cum viris sanguinũ vitam meam.
In quorũ manibꝰ iniq̃tates sunt: dextera eorũ repleta est muneribus.
Ego aũt in innocẽtia mea ingressus sum: redime me ꝛ miserere mei.
Pes meꝰ stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. Ps. liij.
Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meã: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, ꝛ fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: ꝛ dominus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos.
Uoluntarie sacrificabo tibi, ꝛ cõfitebor nomini tuo dñe: qm̃ bonum est.
Quoniã ex omni tribulatione eri-

puisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria patri et filio. Ps.cxvii.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus michi adiutor: non timebo quid faciat michi homo.
Dominus michi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circumdantes circumdederunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem.
Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.
Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me.
Aperite michi portas iustitie, et ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.
Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea.
O domine saluum me fac, o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
A .lxx. vsque ad pasc. die. do. pro isto ps. Confitemini. dicitur ps. Dominus regnauit decorem. Psalmus.cxviii.
Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.
Utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas.
Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiã: non me derelinquas vsquequaque.
In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorũ delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. ps.
Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium et contẽptũ: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue.
Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuũ.
Vias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarũ instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Gloria patri et filio: et spũi sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper. In diebus dñicis a Domine ne i ira vsq ad .lxx. et a Deus omni. vsq ad aduen. do. quando de dñica agitur. ãn. Dominus regit me et nichil michi deerit, in loco pascue ibi me collocauit. In feriis a Domine ne in ira. vsq ad lxx. et a Deus omnium. vsque ad aduentum quando de do. agitur ã. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. In fe. per aduentum. ãn. Ueni et libera nos deus nr.

Symbolum Athanasij.

Quicunq vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisq integram, inuiolatamq seruauerit: absq dubio in eternum peribit.
Fides autem catholica hec est, vt vnum deum in trinitate: et trinitatẽ in vnitate veneremur.
Neq confundẽtes personas: neq substantiam separantes.

Alia est enim persona patris, alia filij: alia spiritussancti.

Sed patris et filij et spiritussancti vna est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas.

Qualis pater, talis filiꝰ: talis spiritussanctus.

Increatus pater, increatus filius: increatus spiritussanctus.

Immensus pater, immensus filius: immensus spiritussanctus.

Eternus pater, eternus filiꝰ: eternus spiritussanctus.

Et tamen nõ tres eterni: sed vnus eternus.

Sicut non tres increati nec tres immensi: sed vnꝰ increatus et vnus immensus.

Similiter omnipotens pater, omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.

Et tamen non tres omnipotẽtes: sed vnus omnipotens.

Ita deus pater, deus filius: deus spiritussanctus.

Et tamen non tres dij: sed vnꝰ est deus.

Ita dominus pater, dominus filius: dominus spiritussanctus.

Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.

Quia sicut sigillatim vnamquãque personam, deum ac dominum confiteri christiana veritate compellimur.

Ita tres deos aut dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius a patre solo est: non factus nec creatus, sed genitus.

Spiritussanctus a patre et filio: non factus, nec creatus, nec genitꝰ, sed procedens.

Unus ergo pater, non tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritussanctus, non tres spiritussancti.

Et in hac trinitate nichil priꝰ aut posterius: nichil maius aut minus.

Sed tote tres persone coeterne sibi sunt et coequales.

Ita vt per omnia (sicut iam supra dictum est) et vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvꝰ esse: ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad eternã salutem: vt incarnationem quoque domini nostri iesu christi fideliter credat.

Est ergo fides recta vt credamus et confiteamur: quia dominus noster iesus christus dei filius deus et homo est.

Deus est ex substantia patris ante secula genitus: ⁊ homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens.

Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem.

Qui licet deus sit ⁊ homo: nõ duo tamen, sed vnus est christus.

Unus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deum.

Unus omnino nõ cõfusione substantie: sed vnitate persone.

Nam sicut anima rationalis et caro vnus est homo: ita deus ⁊ homo vnus est christus.

Qui passus est pro salute nr̃a, de-

scendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris oīpotentis: inde ventur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos.
Ad cui⁹ aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternā, qui vero mala in ignem eternum.
Hec est fides catholica, quam nisi quisqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit: saluus esse non poterit.
Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat. ꝛc. In omnibus do. qñcunqꝫ dr̄ ps. Deus deus meus respice. cum reliquis psal. ad primam dicetur super Quicunqꝫ hec añ. Te deum patrē ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritū sanctum paraclitū sanctam ꝛ indiuiduam trinitatem toto corde et ore cōfitemur, laudamus atqꝫ bñdicimus: tibi gloria i secla. In ceteris autem dñicis simplicibus totus anni: ꝛ omnibus festis simpl. tam iij. q̄ ix. lec. cum regimine cho. et in oct. ꝛ infra quando chorus regitur: et in cōmeō. beate marie et festo loci: nisi in fest. et cōmeō. que contingunt infra octauā sancte trinitatis dr̄ super Quicūqꝫ hec añ. Te iure laudant, te adorant, te glorificāt oēs creature tue o beata trinitas. In tempore pascha. alla. In omnibus fes. dup. per annū extra hebdo. scte trinitatis dicit sup Quicūqꝫ hec aña. Gratias tibi de⁹, gras tibi vera vna trinitas, vna ꝛ sūma deitas, sctā ꝛ vna vnitas. In tēpore pasc. alla. In omnib⁹ fer. quando de fer. agitur per totum annum. ꝛ in fes. iij. lc. sine regi. cho. et in oct. ꝛ infra: ꝛ in qb⁹ cho. non regitur. Et in vigil. ꝛ in. iiij. tpib⁹ extra hebd. pēte. ꝛ hebd. sctē trini. dr̄ super Quicunqꝫ hec añ. Gloria tibi trinitas equalis vna deitas ꝛ añ oia secla ꝛ nūc ꝛ i ppetuū. In tpe pasch. Alla. Per hebd. sctē tri. de quocūqꝫ fit seruic. dr̄ super Quicūqꝫ hec. ā. O btā ꝛ bñdicta ꝛ gliosa trinitas: pr̄ et filius ꝛ spūsctūs. Cap.

Regi seculorū immortali inuisibili soli deo honor ꝛ gloria i secula seculorꝫ amē. Deo gras. Timo the. j.

Hoc pred. cp. dr̄ oib⁹ do. ꝛ in fes. ꝛ in octa. ꝛ infra quando cho. regitur. Et in cōmeō. beate marie et de fest. loci p totū annū extra hebdo. pasc. ¶ In oibus aliis fes. per annum: et in omnibus fer. ab octa. pasche vsqꝫ ad pente. et in octa. ꝛ infra octa. sine regimine chori ꝛ in vig. ascen. et pente. ꝛ in vigi. nati. do. ꝛ epi. cū extra do. eue. dicitur hoc Capitulum.

Domine miserere nr̄i: te enim expectauim⁹: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis. Esaie xxxiij.

In omnib⁹ aliis fer. per aduen. et a Domine ne in ira. vsqꝫ ad cenam do. ꝛ a. Deus omnium, vsqꝫ ad aduentum quando de feria agitur dicitur Capitulum.

Pacem et veritatem diligite: ait dominus omnipotens. zachā viij.

Et qñcūqꝫ dr̄ hoc pred. cp. ad. j. tunc fiāt pces cū pstratiōe ad oēs ho. ℟. Jesu christe fili dei viui Miserere nobis. ℣. Qui sedes addexterā patris. Miserere. Gloria. Jesu. Iste ℣⁹. scꝫ. Qui sedes. dr̄ per totū annum post pred. ℟. nisi in die natiuita. do. et ab hinc vsqꝫ in crasti. purifi. et a pasch. do. vsque ad ascē. do. ꝛ nisi qñ dicatur de sctā maria: ꝛ nisi in fes. ꝛ oct. cor. christi qñ de oct. fit seruitiū: ꝛ nisi i fes. trasfigu. et in fes. ꝛ p oct. nois iesu: qñ de

ipsis oct. fit seruitium. sequitur ℣. Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Et his dictis sequuntur preces hoc modo.

Kyrie eleisõ. iij. Christe. el. iij.
Kyrie eleison. iij. Pater nr.
Et ne nos inducas. Sed libera.
Uiuet anima mea et laudabit te.
Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis q̃ perijt. Quere seruũ tuũ dñe quia mandata tua non sum oblitus. Credo in deum.
Carnis resurrectionem.
Et vitam eternam. Amen.
Repleatur os meũ laude. Ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.
Dñe auerte faciem tuã a peccatis meis. Et oẽs iniqtates meas dele.
Cor mũdũ crea in me de⁹. Et spm̃ rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua. Et spiritum sanctũ tuũ ne auferas a me.
Redde michi letitiã salutaris tui.
Et spiritu principali confirma me.
Eripe me dñe ab homine malo.
A viro iniquo eripe me.
Eripe me de inimicis meis deus meus. Et ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem. Et de viris sanguinum salua me.
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Ut reddam vota mea de die in diem.
Exaudi nos deus salutaris noster Spes omnium finium terre et in mari longe.
Deus in adiutorium meũ intende. Domine ad adiuuandum me festina.
Sanct⁹ deus sanct⁹ fortis sanct⁹ et inmortalis. Agn⁹ dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Benedic aĩa mea dño. Et oĩa que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea dño. Et noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia et in miserationibus.
Qui replet in bonis desideriũ tuũ Renouabit vt aquile iuuẽtus tua.
Deinde dicit Cõfiteor. et Misereatur. et Absolutionẽ. vt ad cõpleto.
Sequuntur preces hoc modo.
De⁹ tu cõuersus viuificabis nos.
Et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis.
Dignare domine die isto.
Sine peccato nos custodire.
Miserere nr̃i dñe. Miserere nostri.
Fiat mĩa tua domine super nos.
Quemadmodũ sperauimus in te.
Domine de⁹ virtutũ conuerte nos Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Dñe exaudi orationẽ. Et clamor.
Dñs vobiscũ ꝛ cũ spũ tuo. Orem⁹

He preces predicte dicãtur supradicto modo ad primã per totũ annũ tã in fes. q̃ in ꝓfes. tã duplicibus q̃ simplicibus: nisi a cena do. vsque ad octa. pasc. ꝛ nisi in die aĩarũ: ita tñ q̃ in oĩbus fer. et per aduentũ: et a Dñe ne in ira. vsque ad cenã dñi: et a De⁹ oĩm. vsq; ad aduẽ. do. qñ de fer. agit stati post Fiat mĩa. sequatur ℣. Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te. ꝛ cetera omnia sicut ad cõple. notatum est vsq; ad orationem dicendã

explenantur. Hec sequens oratio dici tur in omnibus fes. duplicib⁹ per an num extra hebdo. pasche. Oratio.

IN hac hora hui⁹ diei tua nos dñe reple misericordia: vt per totum diem exultantes, in tuis lau dibus delectemur. Per. Dominus vobiscum. Benedicamus dño. Deo gratias. In omnibus do. ⁊ in fes. sanctorum non dup. et in fest. extra hebdoma. pasche dicatur hec oratio. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute: et concede vt in hac die ad nullū declinemus peccatum: nec vllū incurramus periculū: sed semper ad tuā iustitiam faciendam omnis nostra actio, tuo moderamine dirigatur. Per. Dominus vobiscum. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat sacer. sic. Preciosa est in cōspectu dñi. Mors sanctorū eius. Deinde dicat sacerdos sine Dñs vobiscum et sine Oremus.

SAncta maria mater domini dei nostri iesu christi: atq; omnes sancti iusti et electi dei intercedant ⁊ orent pro nobis peccatoribus ad dominum deum nostrum: vt nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ saluari: qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Sacerdos dicat. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Eodem modo dr̄ tribus vicibus. Deus in adiutorium. Domine ad adiuuandum. et tunc sequitur sic. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat. Kyrie eleison. Xp̄e el. Kyrie el. Pater nr̄.

Et ne nos. Sed libera

Et veniat super nos mia tua domine, Salutare tuum secundum eloquium tuū.

Et respice i seruos tuos ⁊ in opera tua, Et dirige filios eorum.

Et sit splēdor dñi dei nostri super nos. Et opera manuum nostrarū dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige. Hec sequens oratio dicitur in festis duplici. et quotienscunq; chorus regitur extra hebdoma. pasche: sine Dñs vobis. sed tantū cum Oremus.

OMnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum viuit. Dominus vobiscū. Benedicamus do. In omnibus aliis fes. ⁊ proces. dr̄ hec oratio sine Dñs vobis. sed tantum cū Oremus.

DIrigere et sanctificare ⁊ regere dignare domine deus (quesum⁹) corda ⁊ corpora nostra in lege tua et in operibus mandatorū tuorū: vt hic ⁊ in eternū te auxiliante sani ⁊ salui esse mereamur. Per. Et finiat supradicto mō: videlʒ cū Dñs vobiscum et cum Bñdicamus dño.

¶ Et sciēdū est ꝙ qñcūq; dicitur p̄s. Ad te leuaui oculos. post matu. tūc ad primā post tabulā lectā dicitur sine nota iste p̄s. Psalmus. cxx.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.

Dominus custodit te, dñs protectio tua: super manū dexterā tuam.

Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuā dominus.
Domin9 custodiat introitum tuū et exitum tuū: ex hoc nūc et vsqz in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū amen.
Kyrie eleisō. Christe eleisō. Kyrie eleisō.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera.
Ostende nobis dn̄e misericordiam tuam.
Et salutare tuum da nobis.
Saluos fac seruos tuos et ācillas tuas.
Deus meus sperantes in te.
Mitte eis domine auxiliū de sancto. Et de sion tuere eos.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
A facie inimici.
Nichil proficiat inimic9 in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
Domine exaudi. Et clamor.
Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus.

Adesto dn̄e supplicationib9 nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis pro quib9 misericordie tue imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per christum. R. Amen.

Excellentior persona dicat Benedicite. Domin9. In nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

Ad tertiam hymnus.



Nunc sancte nobis spiritus, vnum patri cum filio: dignare promptus ingeri, nostro refusus pectori.
Os, ligua, mens sensus, vigor, confessionem personent: flammescat igne charitas, accendat ardor proximos.
Presta pr̄ piissime, patriqz cōpar vnice: cū spū paraclito, regnans per omne seculum. Amen. Psalmus.

Legē pone michi domine viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper.
Da michi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: et non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuū: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.
Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrātibus michi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo ßbū ve-

ritatis vsquequaqȝ: quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuā semper: in seculum ⁊ in seculum seculi.
Et ambulabā in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū: ⁊ non cōfundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: ⁊ exercebor in iustificationibus tuis. Psalmus.
Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant vsqȝquaqȝ: a lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: ⁊ consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legē tuam.
Cantabiles michi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: ⁊ custodiui legem tuam.
Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundū eloquium tuum.
Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum et non sum turbat⁹: vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: ⁊ legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitēdum tibi: super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omnium timētium te: et custodientium mandata tua.
Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō.
Sicut erat in principio. Psalmus.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbū tuum.
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusq̄ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiū tuum custodiui.
Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatū est sicut lac cor eorū: ego vero legem tuā meditatus sum.
Bonum michi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue fecerunt me ⁊ plasmauerunt me: da michi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me ⁊ letabuntur: quia in verba tua supersperaui
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Ueniant michi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio

mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur michi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Gloria patri. In dominica. Aña. Laus et perennis gloria deo patri et filio sctõ simul paraclito i secula seculorũ. Capłm.
ij. cor. vltio. Gratia domini nostri iesu christi: et charitas dei: et communicatio sancti spiritus sit semper cũ omnibus nobis. Rem. Inclina cor meum deus In testimonia tua. Vsus. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. In testi. Gloria patri. Inclina. Vsus. Ego dixi domine miserere mei. Re. Sana animam meam quia peccaui tibi. In fer. ãn. Ueniant michi miserationes tue et viuam. Capitulum.
Hier. xvij. Sana me domine et sanabor: saluum me fac et saluus ero: quoniam laus mea tu es. Rem. Sana animam meam. Quia peccaui tibi. Vsus. Ego dixi dñe miserere mei. Quia pecca. Gloria patri. Sana. Vsus. Adiutor meus esto domine. Re. Ne derelinquas me neque despicias me deus salutaris meus. In fer. per aduen. ãn. Tuam domine excita potentiam et veni ad saluãdum nos. Cplm.
Hebr. x. Qui venturus est veniet et non tardabit: iam non erit timor in finibus nostris: quoniam ipse est saluator noster. Re. Ueni ad liberandũ nos. Domine deus virtutum. Vsus. Et ostende faciem tuã et salui erimus. Domine de. Gloria pa. Ueni ad. Vsus. Timebunt gentes nomen tuum domine. Rem. Et omnes reges terre gloriam tuam.
Ad sextam. Hymnus.



Rector potẽs verax deus qui temperas rerum vices, splendore mane instruis, et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium, aufer calorẽ noxiũ cõfer salutẽ corporum, veramque pacem cordium.
Presta pater piissime. Psalmus.
Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum supersperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando consolaberis me.
Quia factus sũ sicut vter in pruina: iustificationes tuas nõ sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudiciũ.
Narrauerunt michi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me.
Paulominus consummauerunt me in terra: ego autẽ non dereliqui mãdata tua.
Secũdũ misericordiã tuã viuifica me: et custodiã testimonia oris tui.
In eternum domine: verbũ tuum permanet in celo.
In generatione et generationẽ veritas tua: fundasti terrã et permanet.
Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.
In eternũ nõ obliuiscar iustifica-

tiões tuas: q2 i ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluũ me fac: quoniã iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerũt pctõres vt perderent me: testimonia tua intellexi.
Omnis cõsummationis vidi finẽ: latũ mandatũ tuũ nimis. Psalm⁹.

Quomodo dilexi legem tuam domine: et tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum michi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
A iudiciis tuis nõ declinaui: quia tu legem posuisti michi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.
A mãdatis tuis intellexi: ppterea odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis.
Iuraui et statui: custodire iudicia iustitie tue.
Humiliat⁹ sum vsquequaqz dñe: viuifica me secundum verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.
Anima mea in manib⁹ meis semper: et legem tuam non sum oblit⁹.
Posuerunt peccatores laqueũ michi: et de mandatis tuis non erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternũ: propter retributionem. Psalmus.

Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium tuum et viuã: et non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificatiõib⁹ tuis semper.
Spreuisti oẽs discedentes a iudiciis tuis: q2 iniusta cogitatio eorũ.
Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.
Cõfige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.
Feci iudicium et iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iustitie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuã: et iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da michi intellectũ vt sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum et topazion.
Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viã iniquã odio habui.
Gloria patri et filio. In dñica aña.
Gloria laudis resonet in ore omnium patri genitoqz proli spiritui sancto pariter resultet laude perenni. Capitulum.

Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, et verbũ, 1. Io. 5.

& spiritus sanctus : et hi tres vnum sunt. R. In eternum domine Permanet verbum tuum. V. In celo & in seculum seculi veritas tua. Permanet. Gloria patri. In V. Dominus regit me & nichil michi deerit. R. In loco pascue ibi me collocauit. In fer. an. Non confundas me domine ab expectatione mea. Capitulum.

Thes. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete : ab omni specie mala abstinete vos. R. Benedicam dominum In omni tempore. V. Semper laus eius in ore meo. In omni. Gloria patri. Benedicam. Vsus. Dominus regit me. In aduen. an. In tuo aduentu erue nos domine. Capitulum.

Esa. 14. Prope est vt veniat tempus eius : et dies eius non elongabuntur, miserebitur dominus iacob & israel saluabitur. R. Ostende nobis domine Misericordiam tuam. V. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria patri. Ostende. V. Memento nostri domine in beneplacito populi tui. R. Visita nos in salutari tuo.

Ad nonam. Hymnus.



Rerum deus tenax vigor immotus in te permanens: lucis diurne tempora successibus determinans.

Largire clarum vespere, quo vita nusquam decidat : sed premium mortis sacre, perennis instet gloria.

Presta pater. Psalmus.

Jo. A. Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat : et intellectum dat paruulis.

Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum : vt non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumnijs hominum: vt custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum : et doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es domine: et rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua: et veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in eternum: & lex tua veritas.

Tribulatio et angustia inuenerunt me : mandata tua meditatio mea est.

Equitas testimonia tua in eternum : intellectum da michi et viuam.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio. Psalmus.

Clamaui in toto corde, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mandata tua.
Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua supersperaui.
Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequētes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea.
Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas nō exquisierūt.
Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuū viuifica me.
Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes te tabescebā: quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.
Principium verborū tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue.
Gloria patri et filio. Psalmus.
PRincipes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abominatus sum: legem autem tuā dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitie tue.
Pax multa diligentib⁹ legem tuā: et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum domine: et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuum da michi intellectum.
Intret postulatio mea in cōspectu tuo: secūdum eloquiū tuū eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cū docueris me iustificationes tuas.
Pronūciabit lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que periit: quere seruum tuum domine, quia mandata tua non sum oblitus.
Gloria patri et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in prin. In dominica. ān. Ex quo omnia: per quē omnia: in quo omnia: ipsi gloria in secula. Capitulū.

VNus es domin⁹, vna fides, vnum baptisma, vnus de⁹ et pater omnium: qui super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis: qui est benedictus in secula. Rn. Clamaui in toto corde. Exaudi me dn̄e. V. Iustificationes tuas requiram. Exaudi.

Gloria patri. Clamaui. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. In sex. aña. Iuxta eloquium tuum da michi intellectum domine. Capitulum.

Gal. 6. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. ℟. Redime me domine. Et miserere mei. ℣. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicam te domine. Et miserere mei. Gloria patri. Redime me domine et miserere mei. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. In ferijs in aduentu. aña. Ueni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue israel. Capitulum.

Mic. 4. Uenite ascendamus ad montem domini, et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex, et verbum domini de hierusalem. ℟. Super te hierusalem Orietur dominus. Uers. Et gloria eius in te videbitur. Orietur dominus. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Super te hierusalem Orietur dominus. Uers. Domine deus virtutum conuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

¶ Feria secunda. Ad matutinas.



Inuitato. Uenite exultemus dño. ps. Iubilemus deo salutari. etc. Dñe ne in ira. vsq ad. xl. quādo de. ij. feria agitur dicitur ad matutinas sequēs hymnus.

Somno refectis artubus, spreto cubili surgimus: nobis pater canentibus, adesse te deposcimus.

Te lingua primū cōcinat, te mentis ardor ambiat: vt actuum sequentium tu sancte sis exordium.

Cedant tenebre lumini, et nox diurno syderi: vt culpa quam nox intulit, lucis labascat munere.

Precamur ijdem supplices, noxas vt omnes amputes: et ore te canentium lauderis in perpetuum.

Gloria tibi dñe. Post purifica. dr.

Presta pater pijssime. Per estatē dicitur iste hymnus. Nocte surgentes. quere in principio psalterij ante pm. Beatus vir. Psalmus. xxvj.

Dominus illuminatio mea et sal⁹ mea: quē timebo? Dominus protector vite mee: a quo trepidabo?

Dū appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si cōsistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me preliū: in hoc ego sperabo.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.

Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius.

Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis:

cantabo ꝛ psalmum dicam domino.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit coꝛ meū exquisiuit te facies mea: faciē tuā domine requirā.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutoꝛ me⁹ esto ne derelinquas me: neqꝫ despicias me deus salutaris meus.
Quoniā pater meus ꝛ mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone michi domine in via tua, ꝛ dirige me in semita recta pꝛopter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dominū viriliter age et confoꝛtetur coꝛ tuum: et sustine dominum. Psalmus. xxvij.
Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me ꝛ assimilaboꝛ descēdentibus in lacum.
Exaudi domine vocem depꝛecationis mee dum oꝛo ad te: dum extollo manus meas ad templū sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum pꝛoximo suo: mala aūt in coꝛdibus eoꝛū.
Da illis secundum opera eoꝛum: et secundum nequitiam adinuentionum ipsoꝛum.
Secundum opera manuum eoꝛū tribue illis: redde retributionē eoꝛum ipsis
Quoniam non intellexerunt opera domini: et in opera manuū eius destrues illos, et nō edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniā exaudiuit vocem depꝛecationis mee.
Dominus adiutoꝛ meus et pꝛotectoꝛ me⁹: ꝛ in ipso sperauit coꝛ meū et adiutus sum.
Et refloꝛuit caro mea: et ex voluntate mea confiteboꝛ ei.
Dominus foꝛtitudo plebis sue: et pꝛotectoꝛ saluationū chꝛisti sui est.
Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum.
Gloꝛia patri et filio. āñ. Dominus defensoꝛ vite mee. Psalmus. xxviij.
Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloꝛiam et honorem, afferte domino gloꝛiam nomini eius: adoꝛate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas de⁹ maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini cōfringentis cedꝛos: ꝛ cōfringet dominus cedꝛos libani.
Et comminuet eas tanꝙ vitulum libani: et dilectus quemadmodum filius vnicoꝛnium.
Vox domini intercidentis flammam ignis, vox domini concutientis desertum: et commouebit dominus desertum cades.
Vox domini pꝛeparantis ceruos et reuelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloꝛiam.

Dominus diluuium inhabitare facit: et sedebit dominus rex in eternum.
Domin⁹ virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Psalmus.xxix.
Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino oēs sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniā ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperū demorabitur fletus: et ad matutinum letitia.
Ego autē dixi in abundātia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deū meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo: dū descendo in corruptionem.
Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam.
Audiuit dominus et misertus est mei: dominus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctū meū in gaudium michi: concidisti saccum meū et circundedisti me letitia.
Ut cantet tibi gloria mea et nō cōpungar: domine deus meus in eternum confitebor tibi.
Gloria patri et filio: et spūi sancto.
Sicut erat in principio et nunc et.
Antiphona. Adorate dominum in aula sancta eius. Psalmus.xxx.
In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto michi in deum protectorem et in domum refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium meū est tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quē absconderunt michi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meū: redemisti me domine de⁹ veritatis.
Odisti obseruantes vanitates: superuacue.
Ego autem in domino speraui: et exultabo et letabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatib⁹ animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei domine quoniam tribulor: cōturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.
Quoniā defecit ī dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū vicinis meis valde: et timor notis meis.
Qui videbant me foras fuge-

runt a me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde.

Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui domine, dixi deus meus es tu: in manibus tuis sortes mee.

Eripe me de manu inimicorum meorum: et a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua domine: non confundar quoniam inuocaui te.

Erubescant impij et deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

Que loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia et in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

Absondes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.

Benedictus dominus quoniam mirificauit misericordiam suam michi: in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis mee: dum clamarem ad te.

Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus: et retribuet abundanter sentibus superbiam.

Viriliter agite et confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in prin. Psalmus. xxxi.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina

Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.

Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Letamini in domino et exultate iu-

sti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri et filio: et spui sancto.
Sicut erat in principio. an. In tua iustitia libera me dñe. Psalmus. xxxij.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.
Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
Quia rectum est verbum domini: et omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra.
Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virt⁹ eorū.
Congregans sicut in vtre aquas maris: ponēs in thesauris abyssos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueātur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum: et reprobat cōsilia principum.
Consilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationem.
Beata gens cui⁹ est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.
De celo respexit domin⁹: vidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit sigillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multam virtutem: et gygas non saluabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutem: in abūdantia autem virtutis sue non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorū: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum: qm̄ adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius sperauim⁹.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalmus. xxxiij.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
In domino laudabit anima mea: audiant mansueti et letentur.
Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dominum et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eū et illuminamini: et facies vestre non confundentur.
Iste pauper clamauit et dominus exaudiuit eum: et ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: et eripiet eos.
Gustate et videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Venite filij audite me: timorē domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam.
Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum.
Vultus autē domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dominus.
Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas seruorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.
Gloria patri et filio: ⁊ spiritui scō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: ⁊ in secula seculorum amen.
Añ. Rectos decet collaudatio. Ps. xxxiiij.
Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma ⁊ scutū: ⁊ exurge in adiutorium michi.
Effunde frameam ⁊ conclude aduersus eos qui persequūtur me: dic anime mee, salus tua ego sum.
Confundātur ⁊ reuereantur: querentes animam meam.
Auertantur retrorsum et confundantur: cogitantes michi mala.
Fiant tanquā puluis ante faciem venti: ⁊ angelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et lubricum: ⁊ angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt michi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animā meā.
Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quam abscondit apprehendat eum, ⁊ in laqueum cadat in ipsum.
Anima autē mea exultabit in domino: et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum ⁊ pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me.
Retribuebant michi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum michi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximū et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens ⁊ contristatus sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt ⁊ conuenerunt: cōgregata sunt super me flagella ⁊ ignoraui.
Dissipati sunt nec compuncti, temptauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
Domine quando respicies restitue animam meā a malignitate eorum:

a leonibus vnicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeāt michi qui aduersantur michi inique: qui oderūt me gratis ꝛ annuunt oculis.
Quoniam michi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suū: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.
Exurge et intende iudicio meo deus meus: ꝛ dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus: ꝛ non supergaudeant michi.
Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum.
Erubescant ꝛ reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquuntur super me.
Exultent et letentur qui volūt iustitiam meam: ꝛ dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus.xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu ei⁹: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas ꝛ dol⁹: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit enim omni vie non bone: malitiam autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsqꝫ ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines et iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen.
Pretende misericordiam tuā scientibus te: ꝛ iustitiam tuā his qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes superbie: et manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Antiphona. Expugna impugnantes me.

Psalmus.xxxvj.

Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniam tanꝙ fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonitatē: et inhabita terram et pasceris in diuitijs eius.
Delectare in domino: ꝛ dabit tibi

petitiones cordis tui.
Reuela domino viam tuam: et spera in eo et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.
Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari vt maligneris.
Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum, ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et non erit peccator: et queres locum eius et non inuenies.
Mansueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustū: et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum: quoniā prospicit quod veniat dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperē et inopem: vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorū: et arcus eorum confringatur.
Melius est modicū iusto: super diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorū conterentur: confirmat autē iustos dominus.
Nouit dominus dies immaculatorum: et hereditas eorum in eternum erit.
Non confundentur in tēpore malo: et in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator et nō soluet: iustus autem miseretur et tribuet.
Quia benedicētes ei hereditabūt terrā: maledicentes autem ei disperibunt.
Apud dominū gressus hominis dirigetur: et viam eius volet.
Cum ceciderit iustus non collidetur: quia dominus supponit manū suam.
Iunior fui etenim senui: et non vidi iustum derelictū, nec semen eius querens panem.
Tota die miseretur et cōmodat: et semen eius in benedictione erit.
Declina a malo et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium et non derelinquet sanctos suos: in eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur: et semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terram: et inhabitabunt in seculū seculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustū: et querit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec dānabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominū et custodi viam eius et exaltabit te, vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.
Vidi impium superexaltatum: et

eleuatum sicut cedros libani.

Et transiui et ecce non erat: quesiui eum et non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam ⁊ vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.

Iniusti autem disperibunt: simul reliquie impiorum interibunt.

Salus autem iustorū a domino: et protector eorum est in tēpore tribulationis.

Et adiuuabit eos, dominus ⁊ liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus et saluabit eos quia sperauerunt in eo. Psalmus .xxxvij.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me.

Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et nō est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: ⁊ gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum, ⁊ ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt, et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: ⁊ sicut mutus non aperiēs os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniā in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cōspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt ⁊ confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spūi sancto.

Sicut erat erat in principio. aña. Reuela domino viam tuam. ℟. Domine

in celo misericordia tua. ℟. Et veritas tua vsq; ad nubes. Lectiones et ℟ia de eadem feria. Ante laud. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. Iste ℣. dr ante laud. in omnibus fer. a Domine ne in ira. vsq; ad xl. Et a Deus omnium. vsque ad aduentum domini quando de feria agitur.

¶ In laudibus. Psalmus. l.



Iserere mei deus: secundum magnã misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cõcepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.

Asperges me domine hysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde michi letitiã salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: vt edificẽtur muri hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes et holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos..

Gloria patri et filio. Sicut erat. aña. Miserere mei deus. ps. v. Uerba mea. vt capra. f. ij. ãn. Intellige clamorem meũ dñe. ãn. Deus deus meus ad te de luce vigilo. ps. Ipsum. Cãticũ Esaie. Cap. 12.

Confitebor tibi domine quoniã iratus es michi: conuersus est furor tuus et cõsolatus es me.

Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam et non timebo.

Quia fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die, confitemini domino et inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hec in vniuersa terra.
Exulta et lauda habitatio sion: quia magnus in medio tui sanctus israel.
Gloria patri et filio: et spiritui sctõ.
Sicut erat in principio. Añ. Conuersus est furor tuus domine et consolatus es me. Añã. Laudate dominum de celis. Psalmus. Ipsum. Capitulum.

1. cor. 16. Vigilate et orate: state in fide: viriliter agite et confortamini: et omnia vestra in charitate fiant. Hoc cap̃ dr̃. oib⁹ fer. ad laud. a Domine ne in ira. vsq3 ad caput ieiunij: et a Deus omnium. vsq3 ad aduentum domini quado de feria agitur. A Domine ne in ira. vsq3 ad. xl. quando de secunda feria agitur dicitur ad laudes sequens hymnus.

Splendor paterne glorie, de luce lucem proferens: lux lucis et fons luminis, dies diem illuminans.
Verusq3 sol illabere, micans nitore perpeti: iubarq3 sancti spirit⁹, infunde nostris sensibus.
Votis vocemus te patrem, patrem perennis glorie: patrẽ potentis glorie culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos, dentem retundat inuidi: casus secũdet asperos, donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet et regat, casto fideli corpore: fides calore ferueat, fraudis venena nesciat.
Christusq3 nobis sit cib⁹, potusq3 noster sit fides: leti bibamus sobriam ebrietatem spiritus.
Letus dies hic transeat, pudor sit vt diluculum: fides velut meridies crepusculum mens nesciat.
Aurora cursus prouehit, aurora totus prodeat: in patre totus filius, et totus in verbo pater.
Deo patri sit gloria, eiusq3 soli filio: cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen. V⁹. In matutinis domine meditabor in te. R. Qr fuisti adiutor meus. Per estatẽ dicitur hy⁹. Ecce iam noctis. Vsus. In matutinis. Iste V. dicitur omnib⁹ fer. ad laud. a Domine ne in ira. vsq3 ad. xl. et a Deus omnium. vsq3 ad aduen. domini quã do de feria agi. añã. Benedictus deus israel. ps. Ipsum. Deinde dicantur preces feriales hoc modo.

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera.
Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi.
Conuertere domine vsq3quo. Et deprecabilis esto super seruos tuos.
Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum sperauimus in te.
Sacerdotes tui induãtur iustitiã. Et sancti tui exultent.
Domine saluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. De⁹ meus sperantes in te.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos vsq3 in eternum.
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem eternã dona eis domine: et lux perpetuã luceat eis.

Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te. Miserere mei et exaudi me. ps. Miserere mei deus. totus psalmus dicatur sine nota. cū Gloria patri. et Sicut erat. Finito psalmo solus sacerdos erigat se et ad gradum cho. accedat ad mat. et ad vesperas tunc dicendo hos vsus.
Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.
Dñe de⁹ virtutum conuerte nos. Et ostende faciē tuā ꝛ salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor meus.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Orem⁹. In aduē. do. qñ de fer. agitur: dicūtur memo. ad matu. āñ. Spiritussanctus in te descendet maria: ne timeas habēs in vtero filiū dei all'a. ℣. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascendet. Oratio.
Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis vt qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem christum. Memo. de omnib⁹ sanctis. aña. Ecce dominus veniet ꝛ oēs sancti eius cum eo: ꝛ erit in die illa lux magna alleluia. ℣. Ecce apparebit dñs super nubem cādidam. ℟. Et cum eo sanctorum milia. Oratio.
Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica: vt veniens Jesus christus filius tuus dominus noster cum omnibus sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum. ꝛc. Ad ves. ꝛc. Ab octa. sancti stephani vsqꝫ ad purifi. quotidie fiat memo. de sancta maria: de quocūqꝫ fiat seruit. tā ad ves. q̄ ad matut. nisi in vigil. epiphanie ꝛ in die eiusdem. In fer. ix. lect. ꝛ infra oct. et in octa. quando chorus regitur. Et in do. ad vtrasqꝫ ves. cū hac aña. Qñ natus es ineffabiliter ex virgine tunc implete sunt scripture: sicut pluuia in vellus descendisti vt saluū faceres genus humanum: te laudamus deus noster. Et ad matut. cum hac āñ. Ecce maria genuit nobis saluatorem: quē ioānes vidēs exclamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi all'a. In fer. vero et in fer. iij. lect. sine reg. cho. ad ves. dr hec āñ. Rubum quē viderat moyses incombustum cōseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. Et ad matu. cū hac āñ. Germinauit radix iesse: orta est stella ex iacob: virgo peperit saluatorem: te laudamus deus noster. Et ad matu. dicit semp ℣. Post partum virgo. Et ad ves. dicit ℣. Speciosus forma pre filiis hominum. ℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. Non dicitur vlterius. Oratio.
Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum iesum christum filium tuū. Deinde fiat memo. de oibus sctis in fer. ꝛ in fer. sine regimine chori ad vesp. ꝛ ad matu. Post purifi. vero ad matut. dicit hec aña. Beata mater ꝛ innupta virgo gloriosa regina mundi: intercede pro nobis ad dominum. ℣sus. Post partum. Oratio. Famulorum vel oratio. Omnipotens sempiterne deus. vt posterius patet. Non dicitur oratio. Cōcede quesumus misericors deus. ad memo. de sancta maria nisi ad proces. tantum. Memo. de omnibus sanctis

Ad mat. ān Exultabūt. ℣. Mirabilis. oꝛ. Infirmitatē. vel oꝛ. Omniū sanctorum. vel oꝛo. Uide dn̄e. vel oꝛo. Tribue. Post puri. ad mēo. de sancta ma. dicant̄ āe sicut post historiā. Deus omnium. Et etiam de omnibus sctis ad ves. et ad mēo. de pasch. tpe. ¶ Feria secūda post octa. trinita. et ab hinc vsq ad ad uen. domini: tā in fes. qꝫ in fes. iij. lec. siue regi. cho. ⁊ in octa. et infra qn̄ cho. non regitur dicātur he tres mēo. scz de cruce, de sancta maria, ⁊ de oib⁹ sanctis. Cū vero in fe. iij. lec. aliqđ fes. sctoꝛum contig. tunc in pꝛimis fiat mēo. de sctō et postea mēo. supꝛadicte. Per octa. vero reliquiarū: siue sit de sctis, siue de fes. semp fiat in pꝛimis mēo. de cruce. Ad matu. ān. Nos aūt gloꝛiari opoꝛtet in cruce domini nostri iesu chꝛisti. ℣. Ois terra adoꝛet te deus ⁊ psallat tibi. ℟. Psalmū dicam nomini tuo. Oꝛatio.

Deus qui sanctā crucem tuā ascendisti ⁊ mundi tenebꝛas illuminasti: tu coꝛda ⁊ coꝛpoꝛa nr̄a illuminare dignare saluatoꝛ mūdi. Qui viuis ⁊ reg. cum deo. Uel oꝛ.

Perpetua (quesumus) domine pace custodi quos per lignum sancte crucis redimere dignatus es saluatoꝛ mundi. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre. Memoꝛia de sancta maria ad matuti. ān. Beata mater ⁊ innupta. vt pꝛoxime supꝛa. ℣. Post partum virgo. Oꝛatio.

Adesto nobis dn̄e de⁹ noster: et quos sancte crucis letari facis honoꝛe: eius quoqꝫ perpetuis defende subsidiis. Per chꝛistum dominum nostrum. Uel oꝛatio.

Famuloꝛū tuoꝛū quesum⁹ domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actib⁹ nostris non valemus, genitricis filij tui domini nostri iesu chꝛisti intercessione saluemur. Per eundē chꝛistū. Uel oꝛatio.

Omnipotens sempiterne deus nos famulos tuos dextera tue potentie a cūctis pꝛotege periculis: ⁊ glorioſa beate marie semper virginis intercessiōe fac nos pꝛesenti gaudere pꝛosperitate et futura. Per chꝛistum. Non dicitur oꝛatio. Concede q̄sum⁹ mi. ad memoꝛiam de sancta maria per totum annum: sed ad pꝛoces. ⁊ ad completoꝛium de ea tantū. Memoꝛia de omnibus sanctis ad matuti. āna. Exultabunt sancti in gloꝛia: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis. ℟. Et gloꝛiosus in maiestate sua. Oꝛatio.

Infirmitatem nostram quesumus domine pꝛopitius respice: ⁊ mala omnia que iuste meremur omnium sanctoꝛum tuoꝛum intercessione auerte. Per. Uel oꝛatio.

Omnium sanctoꝛum tuoꝛum quesumus domine intercessione placatus, et veniam delictoꝛum nobis tribue: et remedia sempiterna concede. Per. Uel oꝛatio.

Uide domine īfirmitates nostras: ⁊ intercedentibus omnib⁹ sanctis tuis, celeri nobis pietate succurre. Per. Uel oꝛatio.

Tribue q̄s dn̄e oēs sctōs tuos iugiter oꝛare pꝛo nobis: et eos semp clemēter audire digneris. Per. Mēo. de cruce ad vesp. ān. Salua nos xp̄e saluatoꝛ p virtutē scte crucis: q̄ saluasti petrū i mari miserere nobis. ℣. Omnis terra. Uel ā Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Uel ā Adoꝛam⁹ te xp̄e et benedicim⁹ tibi: qꝛ per crucē tuā redemisti mundū. ℣. Ois terra. Oꝛ. vt su. ad matu. Mēo.

De sancta maria ad vesperas. aña. Sãcta maria virgo intercede pro toto mũdo quia genuisti regem orbis. ℣. Sancta dei genitrix virgo semp maria. Vel. ãn. Sãcta dei genitrix virgo semper maria: intercede pro nobis ad dñm deum nostrũ. ℣sus. Post partum virgo. Vel aña. In prole mater, in partu virgo: gaude et letare pia mater domini. Versus. Sancta dei genitrix. Orõ vt supra ad matutinas. Memoria de omnibus sanctis ad vespe. aña. Sancti dei omnes qui celestis consortes supernorum ciuium: intercedite pro nobis. ℣. Letamini. vel Exultent. Vel ãn. Omnes electi dei nostri memoramini ante deum: vt vestris precibus adiuti mereamur vobis adiungi. ℣. Letamini. vel Exultẽt. Vel ãn. Sanctorum precibus cunctorum redde salutem corporis ac anime christe tuis famulis. ℣. Letamini. Vel ãn. O q̃ gloriosum est regnum in quo cum christo gaudent omnes sancti: amicti stolis albis sequũtur agnũ quocunq ierit. ℣. Letamini. Isti duo versus ad memo. de omnibus sanctis non variantur nisi cum ℣. Letamini. ad primas vesperas dicitur: tunc ad mẽo. de omnibus sanctis dicetur ℣. Exulteent. Similiter ad mat. quando ℣sus Mirabilis deus. dicitur in laud. tunc ad memo. de omnibus sanctis dicetur ℣. Iustorum anime. quod per totum annum obseruetur: nisi in aduentu et in tẽpore pascha. Oratio vt supra ad matutinas.

¶ Feria. iij. ad matut. Inuitat. Iubilemus deo salutari nro. ps. Venite. A. Dñe ne in ira. vsq ad quadragesimam quando de tertia feria agitur dicitur ad matutinas sequens hy.

Consors paterni luminis, lux ipse lucis et dies: noctem canendo rũpimus, assiste postulãtib9.

Aufer tenebras mentiũ: fuga cateruas demonum: expelle somnolentiam, ne pigritantes obruat.

Sic christe nobis omnibus, indulgeas credentibus: vt prosit exorantibus, quod precinentes psallimus.

Presta pater pijssime. Per estatem hy9. Nocte sur. Psalmus. xxxviij.

Dixi custodiã vias meas: vt non delinquã in lingua mea.

Posui ori meo custodiam: cũ cõsisteret peccator aduersum me.

Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis: et dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meũ intra me: et in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: notum fac michi domine finem meũ.

Et numerũ dierum meorum quis est: vt sciam quid desit michi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanq̃ nichilum ante te.

Ueruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.

Ueruntamen in imagine pertrãsit homo: sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea.

Et nũc que est expectatio mea: nõne dñs, et substãtia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego de-

feci: In increpationibus propter ini-
quitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam
animã eius: veruntamen vane con-
turbatur omnis homo.
Exaudi orationem meã domine ⁊
deprecationem meã: auribus perci-
pe lachrymas meas.
Ne sileas quoniã aduena ego sum
apud te: ⁊ peregrinus sicut omnes
patres mei.
Remitte michi vt refrigerer: pri-
usq̃ abeam et amplius non ero.

Psalmus.xxxix.

Expectans expectaui dominũ:
et intendit michi.
Et exaudiuit preces meas: ⁊ edu-
xit me de lacu miserie, et de luto fe-
cis.
Et statuit supra petrã pedes me-
os; et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum
nouum: carmen deo nostro.
Uidebunt multi ⁊ timebunt: ⁊ spe-
rabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen domi-
ni spes eius: et non respexit in vani-
tates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meꝰ
mirabilia tua: ⁊ cogitationibꝰ tuis
non est qui similis sit tibi.
Annunciaui ⁊ locutus sum: multi-
plicati sunt super numerum.
Sacrificium ⁊ oblationem nolui-
sti: aures autem perfecisti michi.
Holocaustũ ⁊ pro peccato non po-
stulasti: tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me,
vt facerem voluntatem tuam deus
meus volui: et legem tuam in medio
cordis mei.
Annunciaui iustitiam tuã in eccle-
sia magna: ecce labia mea non pro-
hibebo domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in
corde meo: veritatem tuam ⁊ saluta-
re tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tu-
am et veritatem tuam: a consilio
multo.
Tu autem domine ne longe facias
miserationes tuas a me, misericor-
dia tua et veritas tuas semper susce-
perunt me.
Quoniã circundederunt me ma-
la quorum non est numerus: com-
prehenderunt me iniquitates mee, ⁊
non potui vt viderem.
Multiplicate sunt super capillos
capitis mei: et cor meum dereliquit
me.
Complaceat tibi domine vt eruas
me: domine ad adiuuandum me
respice.
Confundantur et reuereantur si-
mul qui querunt animam meã: vt
auferant eam.
Conuertantur retrorsum et reue-
reantur: qui volunt michi mala.
Ferant confestim confusionem su-
am: qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur super te om-
nes querentes te: et dicant semper
magnificetur dominus qui diligũt
salutare tuum.
Ego autem mendicus sum ⁊ pau-
per: dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus
tu es: deus meus ne tardaueris.
Gloria patri et filio: et spiritui sctõ
Sicut erat in principio et nunc et.
Antiphona. Ut non delinquam in lin-
gua mea.

Psalmus.xl.

Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem: in die
mala liberabit eum dominus.

Dominus conseruet eum et viuificet eum et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei: sana animam meā quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerūt mala michi: quando morietur et peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi.
Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?
Etenim homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimic9 meus super me.
Me autem propter innocentiā suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dn̄s deus israel: a seculo et in seculum fiat fiat. ps. xlj.
Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei?
Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi quotidie vbi est deus tuus?
Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonij a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluct9 tui: super me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei: a quare cōtristatus incedo, dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerūt michi: qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos dies: vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Aña. Sana domine animam meam

quia peccaui tibi. ¶ Iste psalmus nõn dicitur ad noctur. psalmus. xlij.

Iudica me de⁹ et discerne causam meam. Psalmus. xliij.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.

Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederũt terram: ⁊ brachium eorum non saluauit eos.

Sed dextera tua et brachium tuũ et illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus ⁊ deus meus: qui mandas salutes iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de affligentibus nos: ⁊ odientes nos confudisti.

In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur tibi in seculum.

Nunc autem repulisti et confudisti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibus nostris.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi.

Dedisti nos tanq̃ oues escarum: ⁊ in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuũ sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem ⁊ derisum his qui in circuitu nostro sunt.

Posuisti nos in similitudinẽ gentibus: commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me.

A voce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici ⁊ persequentis.

Hec omnia venerunt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum.

Nonne deus requiret ista? ipse eñ nouit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis domine? exurge et ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopie nostre et tribulationis nostre?

Quoniã humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.

Exurge dñe adiuua nos: et redime nos propter nomẽ tuũ. ps. xliiij

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis hominũ: diffusa est gratia in labiis tuis

propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna.

Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis.

Myrrha et gutta et casia a vestimētis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varitate.

Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniā ipse est dominus deus tuus, et adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus: vultū tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filie regis abintus in fimbriis aureis: circumamicta varietatibus.

Adducētur regi virgines post eā: proxime eius afferentur tibi.

Afferentur in letitia et exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: et in seculum seculi.

Gloria patri et filio: et spiritui sctō.

Sicut erat in principio et nunc et semper. etc. Aña. Eructauit cor meū verbum bonum. Psalmus. xlv.

Deus noster refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.

Propterea nō timebimus dum turbabitur terra: et transferentur mōtes in cor maris.

Sonuerūt et turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

Uenite et videte opera domini: que posuit prodigia super terram.

Auferens bella vsqz ad finem terre: arcum conteret et cōfringet arma et scuta comburet igni.

Uacate et videte quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Ps. xlvj.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatē suam: speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.
Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum deo abraham: quoniam dii fortes terre vehementer eleuati sunt.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō.
Sicut erat in principio. Añ. Adiutor in tribulationibus. Psalmus. xlvii.

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuerse terre: mons sion latera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt, cōturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua.
Letetur mons sion et exultent filie iude: propter iudicia tua domine.
Circundate sion ⁊ complectimini eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius: et distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.
Quoniā hic est deus deus noster in eternum ⁊ in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Psalmus. xlviii.

Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.
Quiqꝫ terrigene ⁊ filii hominum: simul in vnum diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.
Qui confidunt in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit, redimet homo: non dabit deo placationem suam.
Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternum ⁊ viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiēs et stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo cū in honore esset non intellexit: cōparatus est iumentis insi-

pientibus, ⁊ similis factus est illis.

Hec via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino: ⁊ auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Ueruntamen deus redimet animã meam de manu inferi: cum acceperit me.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit non sumet omnia: neqꝫ descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit vsqꝫ in progenies patrũ suorum: et vsqꝫ in eternum non videbit lumen.

Homo cũ in honore esset nõ intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Gloria patri. ãn. Auribus percipite qui habitatis orbem. Psalmus. xlix.

Deus deorum dominus locutus est: et vocauit terram.

A solis ortu vsqꝫ ad occasum: ex sion species decoris eius.

Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit.

Ignis in cõspectu ei⁹ exardescet: ⁊ in circuitu eius tempestas valida.

Aduocauit celum desursum: ⁊ terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annunciabunt celi iustitiam eius: quoniam deus iudex est.

Audi populus meus et loquar israel et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos.

Quoniam mee sunt omnes fere siluarum: iumenta in montibus et boues.

Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero nõ dicã tibi: meus est enim orbis terre ⁊ plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?

Immola deo sacrificium laudis: ⁊ redde altissimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulatiõis: eruam te et honorificabis me.

Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas: et assumis testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionẽ tuam ponebas.

Os tuũ abundauit malitia: ⁊ lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: ⁊ aduersus filium matris tue ponebas scãdalum, hec fecisti et tacui.

Existimasti inique ꝙ ero tui similis: arguam te ⁊ statuam contra faciem tuam.

Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat et non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Non di ad noctur. iste psalm⁹.l. Miserere mei deus secundum magnā miam. etc. Psalmus.lj.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?

Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui equitatem.

Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa.

Propterea deus destruet te in finem: euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iusti & timebūt & super eū ridebunt, & dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliua fructifera in domo dñi: speraui in misericordia dei in eternū et in seculū seculi.

Confitebor tibi in seculū quia fecisti: & expectabo nomen tuum quoniam bonū est in conspectu sanctorum tuorum.

Gloria patri & filio. an. Deus deorū dominus locutus est. V. Immola deo sacrificiū laudis. R. Et redde altissimo vota tua. Ante laud. V. Fiat misericordia.

¶ In laud. an. Secundum magnam misericordiam tuam miserere mei deus. ps. Miserere mei deus. Psalmus.xlii.

Iudica me de⁹ et discerne causam meā de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerūt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara de⁹ de⁹ meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me?

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

Gloria patri et filio. Sicut erat. an. Salutare vultus mei et deus meus. an. Ad te de luce vigilo. ps. Deus deus meus. ¶ Canticum Ezechie.

Ego dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Esaie 38.

Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deū in terra viuentium.

Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est & conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.

Precisa est velut a texente vita mea: dū adhuc ordirer succidit me.

De mane vsq; ad vesperam finies me: sperabā vsq; ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vsq; ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspiciētes in excelso.

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam aut quid respondebit michi, cum ipse fecerim?

Recogitabo tibi oēs ānos meos:

in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur et in talib⁹ vita spiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu aut̄ eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neq̄ mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem.
Uiuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
Domine saluum me fac: et psalmos nostros cantabim⁹ cunctis diebus vite nostre in domo domini.
Gloria patri et filio. Sicut erat.
an̄. Cunctis diebus vite nostre saluos fac nos dn̄e. an̄. In excelsis laudate deū. ps. Laud. cp̄m. Uigilate. A Dn̄e ne ī ira. vsq̄ ad. xl. qn̄ de iiij. fer. agitur: dicitur ad laudes sequens. Hymnus.
Ales diei nuncius, lucē propinquam precinit: nos excitator mentium iam christus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos, egros sopore desides: castiq̄ recti ac sobrij, vigilate, sum proximus.
Iesum ciamus vocibus, flentes precantes sobrie: intēta supplicatio dormire cor mundum vetat.
Tu christe somnū discute, tu rumpe noctis vincula: tu solue peccatū vetus, nouumq̄ lumen ingere.
Deo patri. ℣ In matutinis. Cp̄. Uigilate. Per estatē. Hy⁹. Ecce iā noctis. ℣ In matutinis. ā. Et erit dn̄s nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. ps. Benedictus. Preces vt su. in. ij. feria. or. vt decet. Cetera vt supra.

Feria quarta. Inuitatoriū. In manu tua dn̄e. Omnes fines terre. ps. Uenite. A Domine ne in ira. vsq̄ ad xl. quando de quarta fer. agitur dicitur ad matu. sequens. Hymnus.
Rerū creator optime, rectorq̄ noster aspice: nos a quiete noxia, mersos sopore libera.
Te christe sancte poscimus, ignosce tu criminibus: ad confitendum surgim⁹, morasq̄ noctis rumpimus.
Mentes manusq̄ tollim⁹, propheta (sicut nouimus) nobis gerendum precipit, paulusq̄ gestis censuit.
Uides malum quod gessimus, occulta nostra pandimus: preces gemētes fundimus, dimitte quod peccauimus.
Presta pater. Per estatem hymn⁹. Nocte surgentes. Psalmus. lij.
Dixit insipiens in corde suo: non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
Deus de celo prospexit sup filios hominum: vt videat si est intelligēs aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq̄ ad vnum.
Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebē meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerūt illic trepidauerunt timore vbi nō fuit timor.
Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos.
Quis dabit ex siō salutare israel.

cum conuerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Non dicitur ad noc. iste ps. liiij Deus in noie. ps. liiij.

Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meam, intende michi et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: et in ira molesti erant michi.

Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me.

Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre.

Et dixi quis dabit michi pennas sicut columbe: et volabo et requiescam.

Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.

Expectabam eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate.

Precipita domine et diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniustitia.

Et non defecit de plateis eius: vsura et dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset michi: sustinuissem vtique.

Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos: et descendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ego autem ad dominum clamaui: et dominus saluauit me.

Vespere et mane et meridie narrabo et annunciabo; et exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant michi: quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula.

Non enim est illis commutatio et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentum eius: diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.

Iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: et non dabit in eternum fluctuationem iusto.

Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus.

Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

Gloria patri. Auertet dominus captiuitatem plebis sue. Psalmus. lv.

Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos, in deo speraui: non timebo quid faciat michi caro.

Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animã meam pro nichilo saluos facies illos: ĩ ira populos confringes.
Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
Sicut in promissione tua: tũc conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es.
In deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem: in deo speraui non timebo quid faciat michi homo.
In me sunt de⁹ vota tua: que reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animã meam de morte et pedes meos de lapsu: vt placeam coram deo in lumine viuentium. Psalmus.lvj.
Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarũ tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deũ altissimũ: deum qui benefecit michi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam ꝛ veritatem suam: ꝛ eripuit animam meam de medio catulorũ leonum, dormiui conturbatus.
Filij hominum dentes eorum arma ꝛ sagitte: ꝛ lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.
Laqueũ parauerunt pedib⁹ meis: et incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eam.
Paratum cor meum deus paratũ cor meum: cantabo et psalmũ dicam domino.
Exurge gloria mea, exurge psalterium ꝛ cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est vsque ad celos misericordia tua: et vsque ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spũi sancto.
Sicut erat in principio et nunc et.
Antiphona. Quoniã in te confidit anima mea. Psalmus.lvij.
Si vere vtiq; iustitiam loquimini: recte iudicate filij hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias eorũ manus vestre concinnant.
Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde ꝛ obturantis aures suas.
Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorũ in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.
Ad nichilũ deuenient tanq; aqua decurrens: intendit arcum suũ donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: supercecidit ignis ꝛ non viderunt solem.
Priusq; intelligerent spine vestre

rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.

Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo si vtiqꝫ est fructus iusto: vtiqꝫ est deus iudicans eos in terra. Psalmus. lviii.

Eripe me de inimicis meis deꝰ meus: et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meã: irruerunt in me fortes.

Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ peccatū meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.

Exurge in occursum meū ⁊ vide: ⁊ tu domine deus virtutum deus israel.

Intende ad visitãdas omnes gentes: non miserearis omnibꝰ qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.

Ecce loquētur in ore suo, ⁊ gladiꝰ in labiis eorum: qm̄ quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos: et ad nichilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meꝰ: deꝰ meꝰ misericordia eius preueniet me.

Deus ostendit michi super inimicos meos: nec occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector meus domine.

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: ⁊ cõprehendantur in superbia sua.

Et de execratione et mendacio: annunciabuntur in consummatione.

In ira cõsummationis ⁊ nõ erūt: et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre.

Conuertentur ad vesperam ⁊ famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati et murmurabunt.

Ego autē cãtabo fortitudinē tuã: ⁊ exaltabo mane misericordiã tuã.

Quia factus es susceptor meus ⁊ refugium meum: in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meꝰ es, deus meus misericordia mea.

Gloria patri et filio. Añа. Iuste iudicate filii hominum. Psalmus. lix.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis.

Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.

Deus locutꝰ est in sancto suo, letabor et partibor sichimam: et conuallem tabernaculorum metibor.

Meus est galaad ⁊ meꝰ est manasses: ⁊ effraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meꝰ: moab olla spei mee.

In idumeã extendã calciamētum meū: michi alienigene subditi sunt.

Quis deducet me i ciuitatē munitã? qs deducet me vsqꝫ in idumeã?

Nōne tu de⁹ qui repulisti nos: ⁊ nō egrediêris de⁹ in virtutib⁹ nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciem⁹ virtutē: ⁊ ipse ad nichilū deducet tribulātes nos. ps. lx.
Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee.
A finib⁹ terre ad te clamaui dū anxiaret cor meū: ī petra exaltasti me.
Deduxisti me q2 fact⁹ es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarū tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies: annos eius vsq3 in diem generationis et generationis.
Permanet ī eternū in ɔspectu dei: miam ⁊ veritatē eius quis requiret.
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: vt reddā vota mea de die in diem.
Gloria patri. an Da nobis domine auxilium de tribulatione. Psalmus. lxi.
Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum.
Nam et ipse deus meus ⁊ salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius.
Quousq3 irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos tanq̄ parieti inclinato et macerie depulse.
Verūtamen preciū meū cogitauerūt repellere: cucurri ī siti, ore suo benedicebāt, ⁊ corde suo maledicebāt.
Verūtamen deo subiecta esto aīa mea: quoniā ab ipso patientia mea.
Quia ipse deus meus et saluator meus: adiutor meus nō emigrabo.
In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est.
Sperate in eo omnis cōgregatio populi: effundite corā illo corda vestra, deus adiutor noster in eternū.
Verūtamen vani filij hominū mēdaces filij hominū in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.
Semel locutus est deus, duo hec audiui, quia potestas dei est et tibi dñe mia: q2 tu reddes vnicuiq3 iuxta opa sua. Non dicat ad noct. sequēs ps. lxij De⁹ de⁹ me⁹. ps. lxiij.
Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: intēderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabūt eū ⁊ nō timebūt: firmauerūt sibi sermonē neq̄.
Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defecerūnt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt.

Netabitur iustus in domino ꝛ spe rabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.
Gloria patri et filio. an. A timore ini mici eripe domine animam meam. Non dicitur ad noct. iste psalmus. lxiiij.

Te decet hymnus deus in sion: et tibi reddetur votū in hie rusalem.
Exaudi orationē meam: ad te om nis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti et assumpsi sti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabi le in equitate.
Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre et in ma ri longe.
Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundū maris sonū fluctuū eius.
Turbabuntur gentes et timebunt qui habitāt terminos a signis tuis: exitus matutini ꝛ vespere delectabis.
Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians multiplica genimina eius in stillicidijs eius le tabitur germinans.
Bndices corone āni benignitatis tue: ꝛ cāpi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: ꝛ ex ultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, ꝛ val les abundabunt frumento: clama bunt etenim hymnū dicent. ps. lxv.

Iubilate deo omnis terra, psal mum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtu tis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te et psallat ti bi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite ꝛ videte opera dei: terribi lis in consilijs super filios hominū.
Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi le tabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eternum, oculi eius super gentes re spiciunt: qui exasperant non exal tentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nostrum: ꝛ auditam facite vocē laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vi tam: et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueū, posuisti tribulationes in dorso nostro: impo suisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignē ꝛ aquam: et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in ho locaustis: reddā tibi vota mea que distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum: in tribu latione mea.
Holocausta medullata offerā tibi cum incenso arietum: offerā tibi bo ues cum hircis.
Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit ani me mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: ꝛ exul taui sub lingua mea.

Iniquitatē si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus qui non amouit deprecationem meam: et misericordiam suā a me. Nō ōr. ad noct. iste ps. lxvj Deus misereatur. ps. lxvij.
Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereāt peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur et exultēt in conspectu dei: et delectentur in letitia.
Cantate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius: turbabūtur a facie eius patris orphanorum, et iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris i domo.
Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris.
Deus cū egredereris in conspectu populi tui: cum pertransieris in deserto.
Terra mota est, etenim celi distillauerunt a facie dei sinay: a facie dei israel.
Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabūt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros penne colūbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis.
Mons coagulatus mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibus multiplex milia letantium: dominus in eis in sinay in sancto.
Ascendisti in altū, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.
Etenim non credentes: inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis.
Veruntamen deus confringet capita inimicorū suorū: verticem capilli perābulantiū in delictis suis.
Dixit dominus ex basan conuertam: conuertā in profundū maris.
Vt intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso.
Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei, regis mei qui est in sancto.
Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularū tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite deo: domino de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eorū: principes zabulon et pricipes neptalim.

Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operat⁹ es in nobis.
A templo tuo in hierusalē: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis cōgregatio taurorū in vaccis populorū: vt excludāt eos q̄ probati sunt argēto.
Dissipa gentes que bella volunt: veniant legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocē virtutis date gloriā deo super israel: magnificentia eius ꝛ virt⁹ ei⁹ in nubibus.
Mirabilis de⁹ in sanctis suis: de⁹ israel ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem plebi sue, benedictus deus.
Gloria pa. āñ. In ecclesiis benedicite dño. ℣. Deus vitā meam annunciaui tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Ante laud. ℣⁹. Fiat misericordia.
¶ In laud. ā. Amplius laua me deus ab iniustitia mea. ps. Miserere. āñ. Te decet hymnus deus in sion. ps. Ipsum. ā. Labia mea laudabūt te in vita mea deus me⁹. p̄. De⁹ de⁹ me⁹. Cāticum. Anne.
i. Regū. 2. Exultauit cor meum in domino: ꝛ exaltatū est cornu meū in deo meo.
Dilatatū est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo.
Non est sanctus vt est dominus: neq; enim est alius extra te, et non est fortis sicut deus noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.
Recedāt vetera de ore vestro: quia deus scientiarum dominus est, ꝛ ipsi preparantur cogitationes.

Arcus fortium superat⁹ est: et infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerunt: et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos: ꝛ que multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat ꝛ viuificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperē facit et ditat: humiliat et subleuat.
Suscitans de puluere egenum: et de stercore erigens pauperem.
Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbem.
Pedes sanctorum suorum seruabit: et impii in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir.
Dominum formidabunt aduersarii eius: et super ipsos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines terre, et dabit imperium regi suo: ꝛ sublimabit cornu christi sui.
Gloria. āñ. Dñs iudicabit fines terre. āñ. j. Celi celor laudate deū. ps. Laudate do. de cel. cap. Uigilate ꝛ orate. ℟. Dñe ne in ira. vsq; ad. xl. qn̄. de. iiij. feria agitur: dicitur ad laud. seq. Hy⁹.
Nox et tenebre et nubila confusa mundi et turbida: lux intrat, albescit polus, christus venit, discedite.
Caligo terre scinditur, percussa solis spiculo: rebusq; iam color redit, vultu nitentis syderis.
Te christe solum nouim⁹, te mente pura et simplici flendo canēdo quesumus: intende nostris sensibus.
Sunt multa fucis illita: que luce

purgentur tua: tu lux eoi syderis, vultu sereno illumina.
Deo patri sit glo. ℣. In matutinis. com. Vigilate. ₹c. Per estatem hy⁹. Ecce iam. ℣. In matutinis. an. Salutem ex inimicis nostris: ₹ de manu omniū qui nos oderūt libera nos dñe. ps. Benedictus. Preces vt s. Oro vt decet.
¶ Fer. v. ad matu. Inuita. Adorem⁹ dñm. Qm ipse fecit nos. p. Venite. Pro histo. Dñe ne i ira. ℟ Dñe ne i ira. vsq₃ ad xl. quando de feria v. agit: dicitur ad matu. sequens. Hymnus.
Nox atra rerū cōtegit terre colores omniū: nos confitentes poscimus te iuste iudex cordium.
Ut auferas piacula, sordesq₃ mentis abluas: donesq₃ christe gratiam, vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia, quam culpa mordet noxia: obscura gestit tollere, et te redemptor querere.
Repelle tu caliginē intrinsecus q̄ maxime: vt in beato gaudeat se collocari lumine.
Presta pater piissime patrique. ₹c. Per estatem hy⁹. Nocte surgentes. Super nocturnū. Psalmus. lxviij.



Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aque vsq₃ ad animā meam.
Infix⁹ sum in limo profundi: ₹ nō est substātia.
Ueni in altitudinē maris: et tempestas demersit me.
Laboraui clamās, rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dū spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebam.
Deus tu scis insipientiam meā: et delicta mea a te nō sunt abscondita.
Non erubescāt in me qui expectant te domine: domine virtutum.
Non confundantur super me: qui querunt te deus israel.
Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribus meis: ₹ peregrin⁹ filijs matris mee.
Quoniam zelus domus tue comedit me: ₹ opprobria exprobrātium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animā meā: ₹ factum est in opprobrium michi.
Et posui vestimentū meū cilicium: et factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego vero orationē meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.
Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me ₹ de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aque: neq₃ absorbeat me profundum: neq₃ vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarū respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum et confusionem meã: et reuerentiã meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum et miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inueni.
Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum corã ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum.
Obscurentur oculi eorũ ne videãt: et dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniã quẽ tu percussisti persecuti sunt: et super dolorẽ vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo super vitulum nouellum: cornua producentem et vngulas.
Uideant pauperes et letentur: querite deum et viuet anima vestra.
Quoniam exaudiuit pauperes dominus: et vinctos suos non despexit.
Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluã faciet sion: et edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam: et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. Psalmus.lxix.
Deus in adiutorium meũ intende: domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur et reuereantur: qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt michi mala.
Auertantur statim erubescentes: qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letẽtur in te omnes qui querunt te: et dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Gloria patri et filio: et spiritui sctõ.
Sicut erat in. An. Domine de9 in adiutorium meum intende. Psalmus.lxx.
In te domine speraui non cõfundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et salua me.
Esto michi in deũ protectorem et in locũ munitũ: vt saluum me facias.
Quoniam firmamentum meum: et refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.
Quoniam tu es patientia mea domine: domine spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: tanq̄ prodigium factus sum multis, ⁊ tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum.
Dicentes, deus dereliquit eū: persequimini et comprehendite eū, quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deꝰ meus in auxilium meum respice.
Confundantur ⁊ deficiant detrahentes anime mee: operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi.
Ego aūt semper sperabo: et adijciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias domini: domine memorabor iustitie tue soliꝰ
Deus docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq3 nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsq3 in senectā ⁊ senium: deus ne derelinquas me.
Donec annunciem brachiū tuum: generationi omni que ventura est.
Potentiam tuam ⁊ iustitiā tuam deus vsq3 in altissima q̄ fecisti magnalia: deus qui similis tibi?
Quantas ostendisti michi tribulatioēs multas et malas: ⁊ conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificētiam tuā: et conuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi: veritatem tuam deus psallā tibi in cithara sanctus israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi ⁊ reueriti fuerint qui querūt mala michi.

Psalmus .lxxi.

Deus iudiciū tuum regi da: ⁊ iustitiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant mōtes pacem populo: et colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi: et saluos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole ⁊ ante lunā: in generatione et generationem.
Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vsque ad mare: et a flumine vsq3 ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent.
Reges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperem a potēte: et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris ⁊ iniquitate redimet ani

mas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.
Et erit firmamētū in terra in summis montium, superextolletur super libanum fructus eius: et florebūt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.
Gloria patri & filio. āñ. Esto michi dñe in deum protectorem. Psalmus. lxxij.
Quam bon⁹ israel de⁹: his qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns.
Quia non est respectus morti eorum: & firmamentū in plaga eorum.
In labore hominū non sunt: & cū hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniq̄tas eorum: transierunt in affectum cordis.
Cogitauerūt et locuti sunt nequitia: iniquitatē in excelso locuti sunt.
Posuerunt in celum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eorum.
Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt, perierūt propter iniquitatem suam?
Velut somnium surgentium domine: in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nichilum rediges.
Quia inflāmatum est cor meū et renes mei commutati sunt: & ego ad nichilum redactus sum et nesciui.
Vt iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meā: & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me.
Quid enim michi est in celo? et a te quid volui super terram?
Defecit caro mea et cor meum: de⁹ cordis mei, et pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elōgant se a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicātur abs te.
Mihi aūt adherere deo bonum est: ponere in domino deo spem meam.
Vt annunciem oēs predicationes tuas: in portis filie sion. ps. lxxiij.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furoꝛ tuus super oues pascue tue.
Memoꝛ esto congregationis tue: quam possedisti ab initio.
Redemisti virgā hereditatis tue: mons sion in quo habitasti in eo.
Leua man⁹ tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloꝛiati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue.
Posuerunt signa sua signa: et non cognouerūt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignoꝛū securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuariū tuū in terra: polluerunt tabernaculū nominis tui.
Dixerūt in coꝛde suo, cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non vidimus, iam non est pꝛopheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus impꝛoperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manū tuā: ⁊ dexterā tuā de medio sinu tuo in finē.
Deus autē rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terre
Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita dꝛaconum in aquis.
Tu cōfregesti capita dꝛaconis: dedisti eum escam populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et toꝛrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox: tu fabꝛicatus es auroꝛam et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.
Memoꝛ esto huius, inimic⁹ impꝛoperauit domino: ⁊ populus insipiēs incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: et animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentum tuū: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus iudica causam tuā: memoꝛ esto impꝛoperioꝛū tuoꝛū eorum que ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicoꝛū tuoꝛum: superbia eoꝛum qui te oderunt ascendit semper. Gloꝛia. aña.
Liberasti virgā hereditatis tue. P. lxxiiij.

Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabim⁹ nomen tuum.
Narrabim⁹ mirabilia tua: cū accepero temp⁹, ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra ⁊ omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, nolite inique agere: ⁊ delinquētib⁹ nolite exaltare coꝛnu.
Nolite extollere in altum coꝛnu vestrum: nolite loqui aduersus deum iniquitatem.
Quia neq₃ ab oꝛiente neq₃ ab occidēte neq₃ a desertis montibus: quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat et hunc exaltat: q2 calix in manu domini vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verūtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatoꝛes terre.

Ego autem annunciabo in secu-lum: cantabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum cō-fringam: et exaltabuntur cornua iusti. Psalmus.lxxv.
Notus in iudea deus: in is-rael magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in sion.
Ibi confregit potentias: arcum scutum gladium et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a mon tibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnū suum: et ni-chil inuenerunt omnes viri diuitia-rum in manibus suis.
Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerūt qui ascēderūt equos.
Tu terribilis es, et quis resistet ti-bi: ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit.
Cum exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terre.
Quoniam cogitatio hominis con fitebitur tibi: et reliquie cogitatio-nis diem festum agent tibi.
Uouete et reddite domino deo ve-stro: omnes qui in circuitu eius af-fertis munera.
Terribili et ei qui aufert spiritū prin-cipum: terribili apud reges terre.
Gloria patri. an. In israel magnum nomen eius. Psalmus.lxxvi.
Uoce mea ad dominum cla-maui: voce mea ad deum et intendit michi.
In die tribulationis mee deum ex-quisiui manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: me mor fui dei et delectat⁹ sum, et exer-citatus sum et defecit spirit⁹ meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum cor-de meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum.
Nunquid in eternū proijciet de⁹: aut non apponet vt complacitior sit adhuc.
Aut in finē misericordiā suā abscī-det: a generatione in generationem.
Aut obliuiscetur misereri de⁹: aut continebit in ira sua miās suas.
Et dixi, nunc cepi: hec mutatio dex-tere excelsi.
Memor fui operū dn̄i: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in oīb⁹ operib⁹ tuis: et in adinuentionib⁹ tuis exercebor.
Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut de⁹ noster: tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo po-pulum tuum filios iacob et ioseph.
Uiderūt te aq̄ de⁹ viderūt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vo-cem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: cōmota est et contremuit terra.
In mari via tua et semite tue ī aq̄s multis: et vestigia tua nō cognoscēt.
Deduxisti sicut oues populū tuū: in manu moysi et aaron. ps.lxxvii.
Attendite popule meus legē meam: inclinate aurem ve-stram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes domini et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in israel.
Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur et exurgent: et narrabunt filiis suis.
Ut ponant in deo spem suam: et nō obliuiscantur operum dei, et mandata eius exquirant.
Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua et exasperans.
Generatio que non direxit cor suū: et non est creditus cum deo spiritus eius.
Filij effrem intendentes et mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei: et in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum ei⁹: et mirabilium eius que ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos.
Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petrā in eremo: et adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanquam flumina aquas.
Et apposuerūt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt deum in cordibus suis: vt peterēt escas animab⁹ suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerunt, nunquid poterit deus parare mensam in deserto.
Qui percussit petram et fluxerunt aque: et torrentes inundauerunt.
Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo.
Ideo audiuit dominus et distulit: et ignis accensus est in iacob, et ira dei ascendit in israel.
Quia non crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducādum: et panem celi dedit eis.
Panem angelorū manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia
Trāstulit austrum de celo: et induxit in virtute sua africum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.
Et manducauerūt et saturati sunt nimis, et desideriū eorū attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.
Adhuc esce eorum erant ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorū: et electos israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus tuis.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: et anni eorū cum festinatione.
Cum occideret eos querebāt eum et reuertebantur: et diluculo venie-

bant ad eum.

Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorũ non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors et propitius fiet peccatis eorum: et nõ disperdet eos.

Et abundauit vt auerteret iram suam: et non accendit omnem iram suam.

Et recordat⁹ est quia caro sunt: spiritus vadens et non rediens.

Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso.

Et cõuersi sunt ⁊ tentauerũt deũ: et sanctum israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati man⁹ ei⁹: die qua redemit eos de manu tribulãtis.

Sicut posuit in egypto signa sua: et prodigia sua in campo thaneos.

Et cõuertit in sanguinem flumina eorum: et imbres eorũ ne biberent.

Misit in eos cynomyiam ⁊ comedit eos: et ranam et disperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum: ⁊ labores eorum locuste.

Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessiones eorum igni.

Misit in eos irã indignationis sue: indignationem ⁊ iram ⁊ tribulationẽ, immissiones per angelos malos.

Viam fecit semite ire sue ⁊ non pepercit a morte animas eorum: ⁊ iumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues populum suum: et perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Et eduxit eos in spe ⁊ non timuerũt: ⁊ inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montẽ quem acquisiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israel.

Et tentauerunt ⁊ exacerbauerunt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt.

Et auerterunt se ⁊ non seruauerũt pactum: quemadmodum patres eorum cõuersi sunt in arcum prauum.

In iram concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilib⁹ suis ad emulationem eum prouocauerunt.

Audiuit deus et spreuit: et ad nichilum redegit valde israel.

Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulchritudinẽ eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spreuit.

Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum nõ sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: et vidue eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquã dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos i poste-

rioꝛa: oppꝛobꝛium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum ioseph: ⁊ tribum effraim non elegit.

Sed elegit tribum iuda: montem syon quem dilexit.

Et edificauit sicut vnicoꝛniũ sanctificium suum: in terra quam fundauit in secula.

Et elegit dauid seruum suum ⁊ sustulit eum de gregib⁹ ouium: de post fetantes accepit eum.

Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.

Et pauit eos in innocentia coꝛdis sui: ⁊ in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Gloꝛia patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ.

Sicut erat. Añ. Tu es deus qui facis mirabilia.

Psalmus. lxxviij.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in pomoꝛum custodiam.

Posuerũt moꝛticina seruoꝛũ tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctoꝛum tuoꝛum bestijs terre.

Effuderunt sanguinem eoꝛũ tanquã aquam in circuitu hierusalem: ⁊ non erat qui sepeliret.

Facti sumus oppꝛobꝛium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: ⁊ in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt iacob: ⁊ locum eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericoꝛdie tue, quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ pꝛopter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: ⁊ pꝛopitius esto peccatis nostris pꝛopter nomen tuum.

Ne foꝛte dicant in gẽtibus, vbi est deus eoꝛum: et innotescat in nationibus coꝛam oculis nostris.

Ultio sanguinis seruoꝛum tuoꝛũ qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditoꝛum.

Secundũ magnitudinem bꝛachij tui: posside filios moꝛtificatoꝛum.

Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eoꝛum: impꝛoperium ipsoꝛũ quod expꝛobꝛauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum.

In generatione et generationem: annũciabim⁹ laudem tuã. ps. lxxix.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph.

Qui sedes super cherubin: manifestare coꝛam effraim beniamin et manasse.

Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine deus virtutum: quousq͂ irasceris super oꝛationẽ serui tui.

Cibabis nos pane lachꝛymarum: ⁊ potum dabis nobis in lachꝛymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: ⁊ inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutum cõuerte nos: ⁊ ostẽde faciem tuam et salui erimus.

Uineam de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.

Dux itineris fuisti in cõspectu ei9: et plantasti radices eius, et impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites suos vsque ad mare: et vsqz ad flumen propagines eius.
Ut quid destruxisti maceriã eius: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.
Exterminauit eã aper de silua: et singularis ferus depastus est eam.
Deus virtutũ conuertere: respice de celo ⁊ vide et visita vineã istam.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Incensa igni et suffosa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virum dextere tue: ⁊ super filiũ hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te, viuificabis nos: ⁊ nomen tuũ inuocabimus.
Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.
Gloria patri ⁊ filio. ãn. Propitius esto peccatis nostris domine. ℣. Gaudebũt labia mea dum cantauero tibi. ℟. Et anima mea quam redemisti. Ante laud. ℣. Fiat mia. ¶ In laudibus. aña. Tibi soli peccaui dñe miserere mei. ps. Miserere mei deus. Psalmus.lxxxix.
Domine refugium factus es nobis: a generatione in generationem.
Priusq̃ montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsqz in seculum tu es deus.
Ne auertas hominẽ in humilitatẽ: ⁊ dixisti conuertimini filij hominũ.
Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̃ dies hesterna que preterijt.
Et custodia in nocte: que pro nichilo habentur eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat, mane floreat et trãseat: vespere decidat induret et arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autẽ in potẽtatibus octoginta anni: ⁊ amplius eorũ labor ⁊ dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo irã tuã dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Conuertere domine vsqzquo: ⁊ deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus omnibus diebus nostris.
Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.
Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuũ nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.
Gloria patri et filio. ãn. Dñe refugiũ fact9 es nobis. ãn. In matutinis dñe meditabor in te. ps. Deus deus meus.
¶ Canticum moysi.

Exod 15. Cantemus domino, gloriose enim magnificat⁹ est: equum et ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem.
Iste deus meus ꝛ glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen ei⁹: currus pharaonis ꝛ exercitū eius proiecit in mare.
Electi principes ei⁹ submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerūt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum: et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos.
Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulam: et in spiritu furoris tui congregate sunt aque.
Stetit vnda fluens: congregate sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus, persequar ꝛ comprehendam, diuidam spolia: implebitur anima mea.
Euaginabo gladium meum: et interficiet eos manus mea.
Flauit spiritus tuus ꝛ operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbū in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui ꝛ magnificus in sanctitate, terribilis atq̃ laudabilis et faciens mirabilia.
Extendisti manum tuam: et deuorauit eos terra.
Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti.
Et portasti eū in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi et irati sunt dolores obtinuerunt habitatores philisthijm.
Tunc conturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores chanaan.
Irruat super eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui.
Fiant inmobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.
Introduces eos ꝛ plātabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in eternum et vltra.
Ingressus est enim eques pharao cum curribus et equitibus ei⁹ in mare: ꝛ reduxit super eos domin⁹ aquas maris.
Filij autem israel ambulauerunt per siccum: in medio eius.
Gloria patri. Añ. In eternum domin⁹ regnabit ꝛ vltra. Añ. In sanctis eius laudate deū. ps. Laudate dñm de celis.
Capl̃m. Uigilate. ℟. Domine ne in ira. vsq̃ ad .xl. quādo de .v. fer. agitur: dicitur ad laudes sequens hymnus.
Lux ecce surgit aurea, pallens fatiscat cecitas: que nosmet in preceps diu errore traxit deuio.
Hec lux serenum conferat, puros q̃ nos prestet sibi: nichil loquamur subdolum, voluamus obscurum nichil.
Sic tota discurrat dies, ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccent lubrici, nec noxa corpus inquinet.
Spectator astat desup, q̄ nos diebus omnibus: actus q̃ nostros prospicit, a luce prima in vesperum.
Deo pa. ℣. In matutinis. Per ista

tem hy⁹. Ecce iam no. ỽ⁹. In matutinis.añ. In sanctitate seruiamus domino et liberabit nos ab inimicis nostris. ps. Benedictus. ¶ Feria sexta. ad matu. Inuit. Dñm qui fecit nos. Uenite ado rem⁹. ps. Uenite. A Domine ne in ira. vsq ad.xl. quãdo de sexta feria agitur: dicitur ad mat. sequẽs hymnus.

Tu trinitatis vnitas, orbẽ potenter qui regis attende laudũ cãtica, que excubãtes psallimus.
Iam lectulo consurgimus, noctis quieto tempore: vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium.
Quo fraude quicquid demonũ, in noctibus deliquimus: abstergat illud celitus tue potestas glorie.
Ne corpus assit sordidum, nec torpor insstet cordium: nec criminis cõtagio tepescat ardor spiritus.
Ob hoc redemptor quesumus, nos reple tuo lumine: per quod dierum circulis, nullis ruamus actibus.
Presta pater. Per estatẽ hymnus. Nocte surgentes. Psalmus.lxxx.



Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.
Sumite psalmũ et date tympanũ: psalteriũ iocũdũ cum cithara.
Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.
Quia preceptum in israel est: ⁊ iudicium deo iacob.
Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum ei⁹: manus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquã contradictionis.
Audi populus meus ⁊ contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recens, neq adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus de⁹ tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum ⁊ implebo illud.
Et non audiuit populus meus vocem meã: et israel nõ intendit michi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me: israel si in viis meis ambulasset.
Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: ⁊ super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: ⁊ erit tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos.

Psalmus.lxxxi.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Usquequo iudicatis iniquitatem: ⁊ facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.
Eripite pauperem et egenum: de manu peccatoris liberate.
Nescierũt neq intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi dii estis: ⁊ filii excelsi oẽs
Uos autem sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Gloria patri et filio. Antiphona. Exultate deo adiutori nostro. Psalmus. lxxxii.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque compescaris deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, venite et disperdamus eos de gentes: et non memoretur nomen israel vltra.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te testamentum: disposuerunt tabernacula idumeorum et ismaelite.

Moab et agareni gebal et amon et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs loth.

Fac illis sicut madian et sisare: sicut iabin in torrente cison.

Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre.

Pone principes eorum sicut oreb et zeb: et zebee et salmana.

Omnes principes eorum qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium dei.

Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.

Erubescant et conturbentur in seculum seculi: et confundantur et pereant.

Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra. Psalmus. lxxxiii.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum et turtur nidum: vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri et filio. Antiphona. Tu solus altissimus super omnem terram. Psalmus. lxxxiiij.

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris no-

ster: et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem.
Deus tu cõuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuã: & salutare tuũ da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerũt sibi: iustitia & pax osculate sunt.
Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eũ ambulabit: et ponet in via gressus suos. ps.lxxxv.
Inclina domine aurem tuam & exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruũ tuũ deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui, tota die letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis & mitis: & multe misericordie omnib⁹ inuocantibus te.
Auribus percipe domine orationẽ meam: intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Nõ est similis tui in diis domine: & non est secundum opera tua.
Omnes gẽtes quascunqꝫ fecisti venient, et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, et faciẽs mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua & ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine de⁹ miserator & misericors: patiens et multe misericordie & verax.
Respice in me et miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluũ fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bono vt videant qui oderunt me et confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.
Gloria patri & filio: & spiritui sctõ.
Sicut erat. añа. Benedixisti domine terram tuam. Psalmus.lxxxvj.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab & babylonis: scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et popul⁹ ethiopum: hi fuerunt illic.

Nunquid sion dicet homo, et homo natus est in ea: ꝛ ipse fundauit eam altissimus.

Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horū qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Psalmus.lxxxvij.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te.

Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquauit.

Estimatus sum cum descendentibus in lacum: fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: ꝛ ipsi de manu tua repulsi sūt.

Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.

Tradit⁹ sum ꝛ non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditionem?

Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: ꝛ iustitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te.

Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me.

Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul.

Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.

Gloria patri ꝛ filio: et spiritui sancto. Aīn. Fundamenta eius in montibus sanctis. Psalmus.lxxxviij.

Misericordias domini: in eternum cantabo.

In generatione et generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti, in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentū electis meis: iuraui dauid seruo meo, vsq; in eternum preparabo semen tuum.

Et edificabo in generatione et generationem: sedem tuam.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino in filijs dei?

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine deus virtutum quis similis tibi? potens es domine, ꝛ veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi et tua est terra: orbem terrarũ et plenitudinem eiꝰ tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti.

Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iustitia ⁊ iudicium preparatio sedis tue.

Misericordia et veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia dñi est assumptio nostra: et sancti israel regis nostri.

Tunc locutꝰ es in visione sanctis tuis: ⁊ dixisti posui adiutoriũ in potente ⁊ exaltaui electũ de plebe mea.

Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum cõfortabit eum.

Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: ⁊ in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocauit me, pater meꝰ es tu: deus meus ⁊ susceptor salutis mee.

Et ego primogenitũ ponã illum: excelsum pre regibus terre.

In eternum seruabo illi misericordiam meam: ⁊ testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius: ⁊ thronum eius sicut dies celi.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam: ⁊ in iudicijs meis non ambulauerint.

Si iustitias meas ꝓphanauerĩt: ⁊ mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum: ⁊ in verberibꝰ peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.

Neque prophanabo testamentum meũ: ⁊ que procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semen eius in eternum manebit.

Et thronus eius sicut sol in cõspectũ meo: ⁊ sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis.

Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.

Auertisti testamẽtũ serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentũ eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimẽtium eum: letificasti oẽs inimicos eius.

Auertisti adiutorium gladij eius: et non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: per-

fudisti eum confusione.

Usquequo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.

Memorare q̄ mea substātia: nūqd enī vane ꝯstituisti oēs filios hoīm.

Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi.

Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid in veritate tua.

Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerūt commutationem christi tui.

Benedict⁹ dñs in eternū: fiat fiat.

Non dicitur ad noc. iste ps. lxxxix. Dñe refugiū. ⁊c. Nō dr̄ ad noc. iste psal. xc. Qui habitat in adiutorio. ⁊c. Non dicitur ad noc. iste ps. xcj. Bonum est confi. Non dr̄ ad nock. iste ps. xcij. Do. regn̄. deco. ps. xciij.

Deus vltionum domin⁹: de⁹ vltionum libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur.

Effabūtur ⁊ loquētur iniquitatē: loquētur oēs q̄ operātur iniustitiā.

Populum tuū domine humiliauerunt: ⁊ hereditatem tuā vexauerunt.

Uiduam ⁊ aduenam interfecerūt: et pupillos occiderunt.

Et dixerunt, nō videbit dominus: nec intelliget deus iacob.

Intelligite insipiētes in populo: et stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculū non cōsiderat.

Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam.

Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.

Beatus homo quem tu erudieris domine: et de lege tua docueris eū.

Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia nō repellet dñs plebem suā: ⁊ hereditatem suam nō derelinquet.

Quoadusqꝫ iustitia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam. omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget michi aduersus malignātes. aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem.

Nisi quia dñs adiuuit me: paulo min⁹ habitasset in inferno aīa mea.

Si dicebam, motus est pes me⁹: misericordia tua dñe adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam.

Nunqd adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto.

Captabūt in animam iusti: ⁊ sanguinem innocentem condemnabūt.

Et factus est michi dominus in refugium: et deus meus in adiutoriū spei mee.

Et reddet illis iniquitatem ipsorū, et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos domin⁹ deus noster.

Non dicitur ad nock. iste ps. xciiij.

Uenite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro.

Preoccupemus faciē eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus domin⁹: et rex magnus super omnes deos.

Quia in manu eius sunt omnes fines terre: ⁊ altitudines montium ipsius sunt.

Qm̄ ipsi⁹ est mare ⁊ ipse fecit illud:

et siccã manus eius formauerunt.
Venite adorem⁹ et procidamus et plorem⁹ ante dominum qui fecit nos: quia ipse est deus noster.
Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.
Hodie si vocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione: secũdũ diem tentationis in deserto.
Ubi tentauerunt me patres vestri: probauerunt et viderũt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi illi: ꝛ dixi semper hi errant corde.
Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibũt in requiem meam. An. Benedictus dominus in eternum. Psalmus.xcv.

Cantate dño canticum nouũ: cantate domino omnis terra.
Cantate domino et benedicite nomini eius: annũciate de die in diem salutare eius.
Annũciate inter gẽtes gloriã ei⁹: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus ꝛ laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit.
Confessio et pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia et magnificẽtia in sanctificatione eius.
Afferte domino patrie gentiũ, afferte domino gloriã et honorem: afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominũ in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbẽ terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.
Letẽtur celi ꝛ exultet terra, cõmoueatur mare ꝛ plenitudo eius: gaudebũt cãpi ꝛ omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna siluarũ a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbẽ terre in equitate: et populos in veritate sua. Ps.xcvi.

Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe.
Nubes ꝛ caligo in circuitu ei⁹: iustitia ꝛ iudiciũ correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota est terra.
Mõtes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.
Annunciauerũt celi iustitiã eius: ꝛ viderũt omnes populi gloriã eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit ꝛ letata est sion.
Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberauit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde letitia.
Letamini iusti in domino: ꝛ confitemini memorie sanctificationis eius.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sctõ.

ãn. Cãtate dño et benedicite nomini eius. ℣. Intret oratio mea in conspectu tuo domine. ℟. Inclina aurem tuam ad precem meam. Ante lau. ℣. Fiat misericordia.

¶ In laudibus aña Spiritu principali confirma cor meum deus. ps. Miserere mei deus. Psalmus. cxlii.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cũ seruo tuo: quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorũ, meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentib9 in lacum.

Auditam fac michi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac michi viam in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animã meã.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.

Spiritus tu9 bonus deducet me in terram rectã: propter nomen tuum dñe viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animam meã: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria patri. ãn. In veritate tua exaudi me domine. ãn. Illumina dñe vultũ tuũ sup nos. ps. Deus deus. Canticum.

Domine audiui auditionem tuam: et timui. Aba.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.

In medio annorũ notum facies: cum iratus fueris, misericordie recordaberis.

Deus ab austro veniet: et sanctus de monte pharam.

Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abscõdita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.

Egredietur diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram.

Aspexit et dissoluit gentes: et contriti sunt montes seculi.

Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie: turbabũtur pelles terre madian.

Nunquid in fluminibus iratus es domine: aut in fluminib9 furor tuus vel in mari indignatio tua.

Qui ascendes super equos tuos: et quadrige tue saluatio.

Suscitãs suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locut9 es.

Fluuios scindes terre, viderũt te et doluerunt montes: gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.

Sol et luna steterunt in habitaculo

suo: in luce sagittarũ tuarum, ibunt in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutẽ populi tui: in salutem cum christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsqꝫ ad collum.
Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum: sicut ei⁹ qui deuorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui et conturbatus est venter me⁹: a voce cõtremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit: ⁊ nõ erit germen in vineis.
Mentietur opus oliue: ⁊ arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: ⁊ non erit armentum in presepibus.
Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo iesu meo.
Deus dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorum.
Et super excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ.
Sicut erat in principio et nunc et semper: ⁊ in secula seculorum amen.
ãn. Domine audiui auditum tuũ ⁊ timui. ãn. In tympano ⁊ choro, in chordis ⁊ organo laudate eum. ꝑs. Laudate. cãm. Uigilate. A Domine ne in ira. vsqꝫ ad xl. quando de sexta feria agitur: dicitur ad laudes sequens hymnus.

Eterna celi gloria, beata spes mortaliũ: celsi tonantis vnice, castecꝫ proles virginis.
Da dexteram surgentibus, exurgat ⁊ mens sobria flagransqꝫ in laudem dei, grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer, sparsamqꝫ lucem nunciat: cadit caligo noctiũ, lux sancta nos illuminet.
Manensqꝫ nostris sensib⁹ noctem repellat seculi: omniqꝫ fine diei, purgata seruet pectora.
Quesita iam primum fides, radicet altis sensibus: secunda spes congaudeat, quo maior extet charitas.
Deo patri. V. In matutinis. Per estatem. hy⁹. Ecce iam no. Uersus. In matutinis. ãn. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. ꝑs. Benedictus dominus deus.

¶ Sabbato ad matutinas. Inuitatorium Dominum deum nostrum. Uenite adoremus. ꝑs. Uenite exultem⁹.
Sequens hy⁹ solum dicitur ad matuti. in sabbato proximo ante do. primam. xl. quando in predicto sabbato de feria agitur. Hymnus.

Summe deus clementie, mundique factor machine: vnus potentialiter, trinusqꝫ personaliter.
Nostros pius cum canticis fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus, te perfruamur largius.
Lumbos iecurqꝫ morbidum adure igne cõgruo: accincti vt sint perpetim, luxu remoto pessimo.
Ut quiqꝫ horas noctium nunc concinendo rumpimus: donis beate patrie ditemur omnes affatim.
Presta pater. Per estatem hymn⁹. Nocte surgentes vigilemus oẽs. ⁊c.
Psalmus. xcvij.



Antate dn̄o canticū nouū: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera ei⁹: ⁊ brachiū sanctū ei⁹.
Notū fecit dn̄s salutare suū: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel.
Uiderunt omnes termini terre salutare dei nostri: iubilate deo oīs terra, cantate et exultate et psallite.
Psallite domino in cithara in cithara ⁊ voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis domini, moueatur mare ⁊ plenitudo eius: orbis terrarū ⁊ qui habitant in eo.
Flumina plaudēt manu, simul mōtes exultabunt a conspectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terrarū in iustitia: ⁊ populos in equitate. Psalm⁹. xcviij.
Dominus regnauit irascantur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra.
Dominus in sion magnus: et excelsus super omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est: et honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti.
Exaltate dominū deum nostrum: et adorate scabellum pedū eius, quoniam sanctum est.
Moyses ⁊ aaron in sacerdotib⁹ ei⁹: ⁊ samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabāt dominum ⁊ ipse exaudiebat eos: in colūna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.
Domine de⁹ noster tu exaudiebas eos, deus tu propitius fuisti eis: et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate dominum deum nostrū: ⁊ adorate in mōte sancto eius: quoniam sanct⁹ dominus deus noster.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō.
Sicut erat in prin. An. Quia mirabilia fecit dominus. Psalmus. xcix.
Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam domin⁹ ipse est deus; ipse fecit nos, et non ipsi nos.
Populus eius ⁊ oues pascue eius introite portas eius in confessione: atria ei⁹ in hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniā suauis est dominus, in eternum misericordia eius: et vsq₃ in generatione ⁊ generationem veritas eius. Ps. c.
Misericordiam ⁊ iudiciū cantabo tibi domine: psallam et intelligam in via immaculata quando venies a me.
Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee.
Non proponebā ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui.
Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebam.
Detrahentē secreto proximo suo: hunc persequebar.
Superbo oculo et īsatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terre vt sede-
ant mecum: ambulans in via imma-
culata hic michi ministrabat.
Non habitabit in medio dom⁹ mee
qui facit superbiā: qui loquitur ini-
qua non direxit in conspectu oculo-
rum meorum.
In matutino interficiebam omnes
peccatores terre: vt disperderem de
ciuitate domini omnes operantes
iniquitatem.
Gloria patri et filio. ān. Jubilate deo
omnis terra. Psalmus. cj.
Domine exaudi orationē me-
am: et clamor meus ad te ve-
niat.
Non auertas faciem tuam a me: in
quacunqȝ die tribulor, inclina ad me
aurem tuam.
In quacunqȝ die inuocauero te: ve
lociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies
mei: ⁊ ossa mea sicut cremiū aruerūt
Percussus sum vt fenum et aruit
cor meum: quia oblitus sum come-
dere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os
meum carni mee.
Similis factus sum pelicano so-
litudinis: factus sum sicut nictico-
rax in domicilio.
Vigilaui: et factus sum sicut pas-
ser solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi ini-
mici mei: et qui laudabāt me aduer-
sum me iurabant.
Quia cinerē tanq̄ panē manduca
bam: ⁊ potū meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignationis tue: quia
eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinaue-
runt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternū per-
manes: et memoriale tuum in gene-
ratione et generationem.
Tu exurgens domine misereberis
sion: quia tempus miserendi eius,
quia venit tempus.
Quoniā placuerūt seruis tuis la-
pides ei⁹: et terre eius miserebūtur.
Et timebunt gentes nomen tuum
dn̄e: ⁊ omnes reges terre gloriā tuā.
Quia edificauit dominus sion: et
videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium:
et non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatione al
tera: et populus qui creabitur lau-
dabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto
suo: dn̄s de celo in terram aspexit.
Vt audiret gemit⁹ cōpeditorum:
vt solueret filios interemptorum.
Vt annuncient in sion nomen do-
mini: et laudem eius in hierusalem.
In conueniendo populos in vnū:
et reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue:
paucitatem dierum meorum nuncia
michi.
Ne reuoces me in dimidio dierum
meorum: in generatione et genera-
tionem anni tui.
Initio tu domine terrā fundasti: ⁊
opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt, tu autē permanes:
⁊ oēs sicut vestimentū veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos
et mutabuntur: tu autem idem ipse
es, et anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorū habitabūt:
⁊ semē eorū i seculū diriget. ps. cij.
Benedic aīa mea dn̄o: ⁊ omnī
q̄ intra me sunt noī sctō eius.
Benedic anima mea domino: et n
ōli obliuisci omnes retributiones ei⁹.

Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitã tuã: qui coronat te in misericordia ꝛ miserationibus.
Qui replet ĩ bonis desideriũ tuũ: renouabitur vt aquile iuuẽtus tua.
Faciens misericordias dñs: ꝛ iudiciũ omnibꝰ iniuriam patientibꝰ.
Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntas suas.
Miserator ꝛ misericors dominus: longanimis et multum misericors.
Non in perpetuum irascetur: neqꝫ in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundum altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quantũ distat ortus ab occidẽte: lõge fecit a nobis iniqtates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorũ misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fenum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.
Quoniã spiritus pertransibit in illo et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autẽ dñi ab eterno: ꝛ vsqꝫ in eternũ super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorũ: his qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
Dominus in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute facientes verbum illius: ad audiendã vocem sermonum eius.
Benedicite dño oẽs virtutes eius: ministri eiꝰ q̃ facitis volũtatem eiꝰ.
Benedicite domino omnia opera eiꝰ: in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.
Gloria patri et filio. ãn Clamor meus ad te veniat deus. Psalmus. ciij.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem ꝛ decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens celũ sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuũ: qui ambulas super pennas ventorũ.
Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã: nõ inclinabitur in seculũ secli.
Abyssus sicut vestimẽtum amictꝰ eius: super montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quem fundasti eis.
Terminũ posuisti quem nõ transgredientur: neque conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in cõuallibꝰ: inter mediũ mõtiũ pertrãsibũt aque.
Potabunt oẽs bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabũt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum saciabitur terra.
Producens fenum iumentis: ꝛ her

bam seruituti hominum.
Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis.
Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, et cedri libani quas plātauit: illic passeres nidificabunt.
Herodij domus dux est eorū: montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs.
Fecit lunam in tēpora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibūt oēs bestie silue.
Catuli leonum rugiētes: ut rapiant et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suā usq; ad vesperam.
Quā magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quē formasti ad illudēdum ei: omnia a te expectant ut des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient, et in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre.
Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terrā et facit eam tremere: qui tāgit mōtes et fumigant.
Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero.
Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra, et iniqui ita ut non sint: benedic anima mea domino. Psalmus. ciiii.
Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius: laudamini in nomine sancto eius.
Letetur cor querentium dominū, querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen abraham serui eius: filij iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in uniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad isaac.
Et statuit illud iacob in preceptū: et israel in testamentum eternum.
Dicens, tibi dabo terrā chanaan: funiculum hereditatis vestre.
Cum essent numero breui: paucissimi et incole eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterū.
Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terram: et

omne firmamentū panis contriuit.
Misit ante eos virum: in seruum venundatus est ioseph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransijt animā eius, donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: misit rex et soluit eum, princeps populorum et dimisit eum.
Constituit eum dominum domus sue: et principem omnis possessionis sue.
Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiā doceret.
Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra chaim.
Et auxit populum suum vehementer: et firmauit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorū vt odirent populum eius: et dolum facerent in seruos eius.
Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: et nō exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eorū in sanguinem: et occidit pisces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum.
Dixit, et venit cynomyia et cyniphes: in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorū grandinem: ignē comburētem in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit, et venit locusta et bruchus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: et comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abrahā puerum suum.
Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia.
Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt.
Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius exquirant. ān. Benedic anima mea domino. Psalmus. cv.

Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudiciū et faciunt iustitiam: in omni tempore.
Memento nostri dn̄e in bn̄placito populi tui: visita nos in salutari tuo.
Ad vidēdum in bonitate electorū tuorū, ad letandum in letitia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatē fecimus.
Patres nostri in egypto non intel-

lexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis mie tue.
Et irritauerũt ascendentes in mare, mare rubrum: et saluauit eos propter nomen suum, vt notã faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum et exiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odiẽtiũ: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: et nõ sustinuerũt cõsiliũ eius.
Et concupierunt cõcupiscentiam in deserto: et tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in animas eorũ.
Et irritauerũt moysen in castris: aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiuit dathan: et operuit super congregationem abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
Et fecerũt vitulum in oreb: et adorauerunt sculptile.
Et mutauerũt gloriã suã: in similitudinem vituli comedentis fenum.
Obliti sunt deũ qui saluauit eos: quĩ fecit magnalia in egypto, mirabilia in terra cham, terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si non moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.
Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nichilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderũt verbo ei⁹, et murmurauerũt in tabernaculis suis, nõ exaudierunt vocem domini.
Et leuauit manum suã super eos: vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiiceret semen eorum in nationibus: et disperderet eos in regionibus.
Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerũt eũ ĩ adinuẽtionib⁹ suis: et multiplicata est in eis ruina.
Et stetit phinees et placauit: et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iustitiam: in generatione et generationem vsq; in sempiternum.
Et irritauerunt eũ ad aquas contradictionis: et vexatus est moyses propter eos, quia exacerbauerũt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum: et seruierũt sculptilibus eorũ, et factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus et contaminata est in operibus eorum: et fornicati sunt in adinuentionibus suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in man⁹ gentiũ: et dominati sunt eorũ qui oderũt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: ⁊ humiliati sunt sub manibus eorum, sepe liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamēti sui: ⁊ penituit eū secundum multitudinē misericordie sue.

Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniū qui ceperant eos.

Saluos fac nos domine deus noster: ⁊ congrega nos de nationibus.

Ut cōfiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus israel a seculo ⁊ usq; in seculū: ⁊ dicet omnis populus, fiat fiat. Psalmus. cvj.

Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici, ⁊ de regionibꝰ cōgregauit eos.

A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt.

Esurientes ⁊ sitientes: anima eorum in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ⁊ de necessitatibꝰ eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Quia satiauit animam inanem: ⁊ animam esurientē satiauit bonis.

Sedentes in tenebris ⁊ umbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro.

Quia exacerbauerūt eloquia dei: et consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribꝰ cor eorum: et infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerūt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris ⁊ umbra mortis: ⁊ vincula eorū dirupit.

Confiteātur domino misericordie eius: ⁊ mirabilia eiꝰ filijs hominū.

Quia cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum: et appropinquauerunt usq; ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbū suum ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Et sacrificēt sacrificium laudis: ⁊ annunciēt opera eiꝰ in exultatiōe.

Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationē in aquis multis.

Ipsi viderunt opera domini: ⁊ mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt usq; ad celos ⁊ descendunt usq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt ⁊ moti sūt sicut ebri-

us: & omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularẽtur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.
Confiteantur domino misericordie ei⁹: & mirabilia ei⁹ filijs hominũ.
Et exaltẽt eum in ecclesia plebis: in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginẽ: a malitia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esurientes: & cõstituerunt ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas; et fecerunt fructum natiuitatis.
Et bñdixit eis & multiplicati sunt nimis: & iumẽta eorũ nõ minorauit.
Et pauci facti sunt & vexati sunt: a tribulatione malorum & dolore.
Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio & non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
Videbunt recti & letabũtur: & omnis iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget misericordias domini.
Gloria patri. aña. Visita nos domine in salutari tuo. Psalmus.cvij.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea.
Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: & psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: & vsqz ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus, et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo.
Exultabo & diuidam sichimam: et conuallẽ tabernaculorũ dimetiar.
Meus est galaad & me⁹ est manasses: & effraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: moab lebes spei mee.
In idumeam extendam calciamentum meum: michi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsqz in idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti nos: & non exibis de⁹ in virtutib⁹ nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et ipse ad nichilum deducet inimicos nostros. Psalmus.cviij.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odij circundederunt me, et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorem: et diabolus stet a dextris eius.

Cum iudicatur exeat cōdemnatus: et oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci: ⁊ episcopatum eius accipiat alter.

Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.

Nutantes transferantur filij eius et mendicent: et eijciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fenerator oēm substantiā eius: ⁊ diripiant alieni labores eius.

Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitū: in generatione vna deleatur nomen eius.

In memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: et peccatum matris eius nō deleatur.

Fiant contra dominum semper: et dispereat de terra memoria eorum, pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominē inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem ⁊ veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur.

Hoc opus eorum qui detrahūt michi apud dominum: ⁊ qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Et tu domine, domine fac mecum propter nomē tuum: quia suauis est misericordia tua.

Libera me quia egenus ⁊ pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me.

Sicut vmbra cum declinat ablatus sum: ⁊ excussus sum sicut locuste.

Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobriū illis: viderūt me ⁊ mouerunt capita sua.

Adiuua me domine deus meus: saluum me fac secundum misericordiā tuam.

Et sciant quia manus tua hec: ⁊ tu domine fecisti eam.

Maledicent illi ⁊ tu benedices: qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus letabitur.

Induantur qui detrahūt michi pudore: ⁊ operiantur sicut diploide cōfusione sua.

Confitebor dn̄o nimis in ore meo: ⁊ in medio multorum laudabo eum.

Qui astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequētibus animam meam.

Gloria patri. Añ. Cōfitebor dn̄o nimis in ore meo. ℣. Dn̄e exaudi orationem meā.
Ante lau. ℣. Fiat mīa. ¶ In lau. Añ. Benigne fac in bona voluntate tua dn̄e.
Ps. Miserere mei. Psalmus. xci.

Bonum est cōfiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime.

Ad annunciandum mane mīam tuam: ⁊ veritatem tuam per noctem.

In decachordo psalterio: cū cantico in cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo.

Quā magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiens nõ cognoscet: & stul-
tus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccatores si-
cut fenũ: & apparuerint omnes qui
operantur iniquitatem.
Vt intereãt in seculũ seculi: tu au-
tem altissimus in eternum domine.
Quoniam ecce inimici tui domine,
quoniam ecce inimici tui peribunt: &
dispergentur omnes qui operantur
iniquitatem.
Et exaltabitur sicut vnicornis cor-
nu meum: & senectus mea in miseri-
cordia vberi.
Et despexit oculus meus inimicos
meos: et insurgentibus in me mali-
gnantibus audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut ce-
drus libani multiplicabitur.
Plãtati in domo domini: in atrijs
domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in sene-
cta vberi: & bene patientes erunt vt
annuncient.
Quoniam rectus dominus deus
noster: & non est iniquitas in eo. Añ.
Bonum est confiteri domino. Añ. Metuãt
dominum omnes fines terre. Ps. Deus
deus meus. ¶ Canticum moysi.
Deut. 32. Audite celi que loquor: audi-
at terra verba oris mei.
Cõcrescat vt pluuia doctrina mea:
fluat vt ros eloquium meum.
Quasi imber super herbã & quasi
stille super gramina: quia nomẽ do-
mini inuocabo.
Date magnificentiam deo nostro:
dei perfecta sunt opera, & omnes vie
eius iudicia.
Deus fidelis et absq; vlla iniqui-
tate iustus et rectus: peccauerunt ei
& non filij eius in sordibus.
Generatio praua atque peruersa
heccine reddis domino popule stul-
te & insipiens?
Nunquid non ipse est pater tuus:
qui possedit te, & fecit & creauit te?
Memento dierum antiquorum: co-
gita generationes singulas.
Interroga patrem tuum & annun-
ciabit tibi: maiores tuos et dicent
tibi.
Quãdo diuidebat altissimus gen-
tes: quando separabat filios adam.
Constituit terminos populorum:
iuxta numerum filiorum israel.
Pars autẽ domini populus eius:
iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta: in lo-
co horroris & vaste solitudinis.
Circumduxit eum & docuit: & custo-
diuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad vo-
landum pullos suos: & super eos vo-
litans.
Expandit alas suas et assumpsit
eos: atq; portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: et
non erat cum eo deus alienus.
Constituit eũ super excelsam ter-
rã: vt comederet fructus agrorum.
Et sugeret mel de petra: oleumq;
de saxo durissimo.
Butyrum de armento: & lac de oui-
bus cum adipe agnorum & arietum
filiorum basan.
Et hircos cum medulla tritici: et
sanguinẽ vue biberent meracissimũ.
Incrassatus est dilectus et recalci-
trauit: incrassatus impinguatus di-
latatus.
Dereliquit deum factorem suum:
& recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eũ in dijs alienis:
& in abominationibꝰ ad iracundiam
concitauerunt.

Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabant.
Noui recentesqꝫ venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es domini creatoris tui.
Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui et filie.
Et ait, abscondam faciem meam ab eis: ⁊ considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: et infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus: et irritauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus: et in gente stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo: ⁊ ardebit vsqꝫ ad inferni nouissima.
Deuorabitqꝫ terram cum germine suo: ⁊ montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: ⁊ sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame: et deuorabunt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium super terram atqꝫ serpentium.
Foris vastabit eos gladius: ⁊ intus pauor.
Iuuenem simul ac virginem: lactentem cum homine sene.
Et dixi, vbinam sunt ⁊ cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerent, manus nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia.
Gens absqꝫ consilio est ⁊ sine prudentia: vtinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebatur vnus mille: et duo fugarent decem milia.
Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: ⁊ dominus conclusit illos.
Non enim est deus noster vt dij eorum: et inimici nostri sunt iudices.
De vinea sodomorum vinea eorum: et de suburbanis gomorre.
Vua eorum vua fellis: ⁊ botri amarissimi.
Fel draconum vinum eorum: ⁊ venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuam in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: ⁊ adesse festinant tempora.
Iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit manus eius: et clausi quoqꝫ defecerunt, residuiqꝫ consumpti sunt.
Et dicent, vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinum libaminum.
Surgant et opitulentur vobis: et in necessitate vos protegant.
Videte quod ego sim solus: ⁊ non sit alius deus preter me.
Ego occidam ⁊ ego viuere faciam, percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manum meam: ⁊ dicam, viuo ego in eternum.
Si acuero vt fulgur gladium meum: ⁊ arripuerint iudicium manus mee.
Reddam vltionem hostibus meis:

et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sangui-ne: et gladi⁹ meus devorabit carnes.
De cruore occisorum: et de captiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes eorũ: et propiti⁹ erit terre populi sui.
Gloria patri et filio: et spiritui sctõ.
Sicut erat. ãn. Et in seruis suis dominus miserebitur. ãn. In cymbalis bene sonantib⁹ laudate dominũ. ps. Laudate.
cap. Uigilate. Sequẽs hy⁹ dr solũ ad lau. in sab. proximo añ do. f. xl. qñ in pdic. sab. de fe. agitur. Hymnus.
Aurora iam spargit polum, terris dies illabitur: lucis resultat spiculũ, discedat omne lubricũ.
Fantasma noctis decidat, mentis reatus subruat: quicquid tenebris horridum, nox attulit culpe cadat.
Ut mane illud vltimũ qd prestolamur cernui: in lucẽ nobis effluat dũ hoc canore concrepat.
Deo patri. Per estatem. hy⁹. Ecce iam no. hy⁹. In matutinis. ãn. In viam pacis dirige nos domine. ps. Bñdict⁹.
preces et c. vt supra. Oratio vt decet.
¶ Dñicis diebus ad vespe. ps. cix.



Dixit domin⁹ dño meo: sede a dextris meis.
Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Uirgam virtutis tue emittet dominus ex sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secundum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrẽte in via bibit: propterea exaltabit caput.
Gloria pa. ãn. Sede a dextris meis: dixit dominus domino meo. Psalm⁹. cx.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: in cõsilio iustorum et congregatione.
Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorũ misericors et miserator domin⁹: escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui: virtutẽ operum suorum annunciabit populo suo.
Ut det illis hereditatem gentium opera manuum eius veritas et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculũ seculi: facta in veritate et equitate.
Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.
Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie timor domini.
Intellect⁹ bon⁹ omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in se-

tulum seculi.
Gloria. ãn Fidelia omnia mandata ei9 confirmata in seculum seculi. ps. cxi.
Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculũ seculi.
Exortũ est in tenebris lumen rectis: misericors ꝫ miserator ꝫ iust9.
Iocundus homo qui miseretur et commodat, disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non cõmouebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit ꝫ irascetur, dentibus suis fremet ꝫ tabescet: desideriũ peccatorum peribit.
Gloria patri ꝫ filio. ãn. In mandatis eius volet nimis. Psalmus. cxii.
Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc ꝫ vsqꝫ in seculum.
A solis ortu vsqꝫ ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus: ꝫ super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopẽ: ꝫ de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.
Gloria patri ꝫ filio: ꝫ spiritui sctõ.
Sicut erat. ãn. Sit nomen domini benedictum in secula. Psalmus. cxiii.
In exitu israel de egypto: dom9 iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio ei9: israel potestas eius.
Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: ꝫ colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare ꝙ fugisti: et tu iordanis qꝛ cõuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarũ: ꝫ rupem in fontes aquarũ.
Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum.
Deus autem noster in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit.
Simulachra gentium argentum ꝫ aurum: opera manuum hominũ.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.
Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timēt dn̄m sperauerūt in domino: adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ est.
Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timēt dominum: pusillis cum maioribus.
Adijciat dominꝰ super vos: super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabūt te domine: neqꝫ oēs qui descendunt in infernū.
Sed nos qui viuimus benedicimꝰ dn̄o: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.
Gloria patri. an̄. Nos qui viuimus benedicimus domino. Capitulum.

1.thes. 3. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra: i charitate dei et patiētia christi. Hoc capl̄m dicitur ad vesperas in omnibus do. et fer. a Domine ne in ira. vsqꝫ ad .lxx. et a Deus omnium. vsqꝫ ad aduentum domini quādocūqꝫ de tp̄ali agitur. Dicitur etiā in fer. a .lxx. vsqꝫ ad .xl. quando de feria agitur. Et sil'r sequens hymnꝰ dicitur ad vesp. in oībꝰ do. a Dn̄e ne in ira. vsqꝫ ad xl. Et a Deus oīm. vsqꝫ ad aduentū. tā in do. diebꝰ ꝙ in fer. qn̄ de tp̄ali agit. Hyꝰ.

Lucis creator optime, lucem dierum proferēs: primordiis lucis noue, mundi parās originem.
Qui mane iunctum vesperi diem vocari precipis: tetrum chaos illabitur, audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine, vite: sit exul munere: dum nil perenne cogitat, seseqꝫ culpis illigat.
Celorum pulset intimum, vitalē tollat premium: vitemus omne noxium purgemus omne pessimum.
Presta pater piissime, patriqꝫ compar vnice: cū spū paraclito, regnās per oē seculū. Amē. Vsqꝫ ad pur. Or.
Gloria tebi dn̄e qui. ℣. Dirigatur dn̄e ad te orō mea. ℟. Sicut incensum in conspectu tuo. Iste ℣. dicitur ad vesperas in omnibus do. diebus et fer. a Dn̄e ne in ira. vsqꝫ ad .xl. et a Deus omnium. vsqꝫ ad aduentum quando de tp̄ali agitur. ¶ Fer. ij. ad vs̄. Psal. cxiiij.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocē orationis mee.
Quia inclinauit aurē suā michi: et in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerūt me.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meā misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me.
Cōuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meā de morte, oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.
Placebo domino: in regione viuorum.
Gloria patri et filio. an̄. Inclinauit dn̄s aurem suam mihi. Psalmus. cxv.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: oīs homo mendax.
Quid retribuā domino: pro omni

bus que retribuit michi.
Calicem salutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ⁊ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddam in conspectu oīnis populi ei⁹: in atrijs domus domini in medio tui hierusalē.
Gloria patri. ā. Credidi propter quod locutus sum. Psalmus.cxvj.
Laudate dominū omnes gentes: laudate eum oēs populi.
Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternum.
Gloria patri ⁊ filio. ān. Laudate dominum omnes gentes. Psalmus.cxix.
Ad dominum cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs.
Hei michi quia incolatus me⁹ prolongatus est: habitaui cum habitātibus cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria patri ⁊ filio. ān. Clamaui et exaudiuit me. Psalmus.cxx.
Leuaui oculos meos ī mōtes vnde veniet auxiliū michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neq̧ dormitet qui custodit te.
Ecce nō dormitabit neq̧ dormiet: qui custodit israel.
Domin⁹ custodit te, dn̄s protectio tua: super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animā tuam dominus.
Dominus custodiat introitū tuū et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq̧ in seculum.
Gloria. ān. Auxiliū meum a dn̄o. Cap. Dn̄s autē di. ℟ Dn̄e ne i ira. vsq̧ ad xl. qn̄ de tertia fer. agitur. tūc ad vesp. ferie.ij. dicitur sequens. Hymnus.
Immense celi cōditor, qui mixta ne confunderent: aque fluēta diuidens, celum dedisti limitem.
Firmans locum celestibus, simulq̧ terre riuulis: vt vnda flāmas temperet, terre solum ne dissipent.
Infunde nunc piissime, donū perēnis gratie: fraudis noue ne casibus, nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat, sic luminis iubar ferat: hec vana cūcta terreat, hanc falsa nulla comprimant.
Presta pater piissime. ℣⁹. Dirigatur domine. Per estatē hymnus. Lucis creator. ℣. Dirigatur domine oratio ān. Magnificet te semper anima mea de⁹ me⁹. ps. Magnificat. Preces vt supra. Oratio vt decet. Memoria de sancta maria ⁊c. Memoria vt supra ad matutinas in secunda feria.
Feria.iij. ad vesperas. ps.cxxi.
Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domū domini ibimus.
Stantes erāt pedes no-

stri: in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium israel ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri: quesiui bona tibi.
Gloria patri et filio. aña. In domum domini letantes ibimus. Psalmus.cxxii.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multū repleta est anima nostra opprobrium abūdantibus: et despectio superbis.
Gloria patri ãn. Qui habitas in celis miserere nobis. Psalmus.cxxiii.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cū irasceretur furor eorū in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertrāsiuit anima nostra: forsitā pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captione: dentibus eorū.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram.
Gloria patri et filio: et spiritui sctō.
Sicut erat. ãn. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus.cxxiiii.
Qui confidunt in domino sicut mons sion: non commouebitur in eternum, qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsque in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorū super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel.
Gloria patri. aña. Benefac domine bonis et rectis corde. Psalmus.cxxv.
In conuertendo dominus captiuitatem sion: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.
Venientes autem venient cū exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria patri et filio. Sicut. aña. Facti sumus sicut consolati.. Cap. Dñs autē.. Dñe ne in ira.. usqz ad .xl. hy⁹.
Telluris ingēs cōditor, mundi solū qui eruens: pulsis aque molestiis, terrā dedisti imobilē.
Ut germē aptum proferens, fuluis decora floribus: fecunda fructu sisteret, pastumqz gratum redderet.
Mentis peruste vulnera, munda viroris gratia: ut facta fletu diluat, motusqz prauos atterat.
Iussis tuis obtēperet, nullis malis approximet, bonis repleri gaudeat, et mortis actum nesciat.
Presta.. Dirigatur.. Per estatē hy⁹ Lucis creator.. Dirigatur.. āñ Exultauit spūs me⁹ in dño deo salutari meo.. ps. Mag.. Preces et c. vts. Orō ut dec.
Feria.iiij.ad ves. Psalm⁹.cxxvj.
Nisi domin⁹ edificauerit domū: in vanū laborauerūt q edificant eā.
Nisi dominus custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postqȝ sederitis qui mā ducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini filij, merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potētis: ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit desideriū suum ex ipsis: non cōfundetur cum loquetur inimicis suis in porta.
Gloria patri. āñ Beat⁹ vir qui impleuit desiderium suum.. Psalmus.cxxvij.
Beati omnes qui timēt dñm: qui ambulant in viis eius.
Labores manuū tuarū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex sion: et videas bona hierusalem omnib⁹ diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem super israel.
Gloria patri.. āñ Beati omnes qui timent dominum. Psalmus.cxxviij.
Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea: dicat nūc israel.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim nō potuerūt michi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerūt iniquitatem suam.
Dominus iustus cōcidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt sion.
Fiant sicut fenum tectorum: quod priusqȝ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum suā qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.
Et nō dixerūt qui preteribāt benedictio domini super vos: benedicim⁹ vobis in nomine dñi.. āñ Benedicimus vobis in nomine dñi.. Psalmus.cxxix.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendētes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris do-

mine: domine quis sustinebit?
Quia apud te ꝓpitiatio est: ꝛ propter legem tuã sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eiꝰ: speravit anima mea in domino.
A custodia matutina vsqꝫ ad noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominũ misericordia: ꝛ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. ān. De profundis clamavi ad te domine. Psalmus.cxxx.
Domine nõ est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.
Neqꝫ ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltavi animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret israel in dño: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculũ. ān. Speret israel in domino. Capm. Dominus autem di. ℟ Dñe ne in ira vsqꝫ ad.xl. Hymnꝰ.
Celi deus sanctissime, qui lucidum centrum poli, candore pingis igneo, augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam solis rotam constituens: lune ministrans ordini, vagos recursus syderum.
Ut noctibus vel lumini, direptionis terminum: primordijs et mensium signum daret notissimum.
Illumina cor hominum: absterge sordes mentium: resolve culpe vinculum: everte moles criminum.
Presta pater pijssime, patriqꝫ compar unice ꝛc. Ưsus. Dirigatur domine. Per estatẽ hyꝰ. Lucis creator optime. ℣. Dirigatur. ān. Respexisti humilitatem meã domine deus meus. ps. Magnificat. Preces vt supra. ¶ Feria quinta ad vesperas. Psalmꝰ.cxxxi.



Memento domine david: ꝛ omnis mãsuetudinis eius.
Sicut iuravit domino: votum vovit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: ꝛ palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis donec inveniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audivimus eam in effrata: invenimus eam in campis silue.
Introibimꝰ in tabernaculũ eius: adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam: tu et arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent.
Propter david servum tuum: non avertas faciem christi tui.
Iuravit dominꝰ david veritatem et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponã super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meũ: et testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorum vsqꝫ in seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniã elegit dominus sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes ei⁹ induam salutari: ꝛ sancti ei⁹ exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Gloria patri et fi. an. Et omnis mansuetudinis eius. Psalmus.cxxxij.
Ecce ꝙ bonum ꝛ ꝙ iocũdum: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam barbã aaron.
Quod descẽdit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniã illic mandauit dominus benedictionẽ: ꝛ vitã vsqꝫ in seculũ.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sctõ.
Sicut.. an. Ecce ꝙ bonũ ꝛ ꝙ iocundũ.
Non dicitur ad vesp. iste ps.cxxxiij.
Ecce nũc benedicite dominũ: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: ꝛ benedicite dominũ
Benedicat te dñs ex sion: qui fecit celum et terram. Psalmus.cxxxiiij.
Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
Laudate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui ꝙ magnus est dñs: ꝛ deus noster pre omnib⁹ dijs.
Omnia quecũqꝫ voluit dominus fecit: in celo ꝛ in terra, in mari ꝛ in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit vẽtos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti ab homine vsqꝫ ad pecus.
Et misit signa ꝛ prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: ꝛ occidit reges fortes.
Seon regẽ amorreorũ ꝛ og regem basan: ꝛ omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatẽ: hereditatem israel populo suo.
Domine nomen tuum in eternũ: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dominus populũ suum: ꝛ in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum ꝛ aurum: opera manuũ hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent ꝛ non audient: neqꝫ enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dñm: domus aaron benedicite dominum.
Dom⁹ leui benedicite dominum: qui timetis dominum benedicite dominum.
Benedictus dominus ex sion: qui habitat in hierusalem.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sctõ.
Sicut erat. a. Omnia quecũqꝫ voluit dominus fecit. Psalmus.cxxxv.
Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Confitemini: deo deorum.
Confitemini: domino dominorũ.
Qui facit: mirabilia magna sol⁹.

Qui fecit celos: in intellectu.
Qui firmavit terrã: super aquas.
Qui fecit luminaria magna.
Solem: in potestatem diei.
Lunam et stellas: in potestatem noctis.
Qui percussit egyptum: cum primogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorũ.
In manu potẽti: & brachio excelso.
Qui divisit mare rubrum: in divisiones.
Et eduxit israel: per medium eius.
Et excussit pharaonem & virtutem eius: in mari rubro.
Qui traduxit populum suum: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorum.
Et og regem basan.
Et dedit terrã eorũ: hereditatem.
Hereditatem: israel servo tuo.
Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nr̃is.
Qui dat escam: omni carni.
Confitemini: deo celi.
Confitemini domino dominorũ: quoniã in eternũ misericordia eius.
Gloria patri & filio: & spiritui sctõ.
Sicut erat. Añ. Quoniam in eternum misericordia eius. Psalmus. cxxxvi.

Super flumina babylonis illic sedimus et flevimus: dum recordaremur tui syon.
In salicibus in medio ei⁹: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerũt nos: qui captivos duxerunt nos verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis syon.
Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena.
Si oblitus fuero tui hierusalem: oblivioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si nõ proposuero hierusalem: in principio letitie mee.
Memor esto domine filiorũ edom: in die hierusalem.
Qui dicũt exinanite exinanite: usque ad fundamentum in ea.
Filia babylonis misera: beat⁹ qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet parvulos suos ad petram.
Gloria patri. Sicut erat. Añ. Hymnum cantate nobis de canticis syon. Cap. Dominus autem dirigat. R. Domine ne in ira. usq; ad. xl. Hymnus.

Magne deus potẽtie, qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim levas i aera.
Diversa lymphis imprimens, subvecta celis irrigans: ut stirpe una prodita, diversa rapiant loca.
Largire cunctis servulis, quos mundat unda sanguinis: nescire lapsus criminum, nec ferre mortis tedium.
Ut culpa nullũ deprimat, nullum levet iactantia: elisa mens ne concidat, elata mens ne corruat.
Presta pater piissime: patriq; compar unice. &c. V. Dirigatur. Per estatem hy⁹. Lucis creator. V. Dirigatur domine. Añ. Deposuit potentes sanctos persequẽtes: & exaltavit humiles christum cõfitentes. Ps. Magnificat. Preces & cetera ut s. Et memo. ferie ut in secunda feria ad matutinas patet.
¶ Feria. vi. Ad vespe. Ps. cxxxvii.


Onfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacunqz die inuocauero te exaudi me: multiplicabis ĩ anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs domini: quoniã magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dñs et humilia respicit: ⁊ alta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ.
Sicut erat. añ. In cõspectu angelorũ psallam tibi deus meus. ps. cxxxviij.
Domine pbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam et funiculum meum inuestigasti.
Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me ⁊ posuisti super me manũ tuã.
Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est ⁊ non potero ad eã.
Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.
Si sumpsero pẽnas meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris.
Etenim illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi, forsitan tenebre conculcabunt me: ⁊ nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebre non obscurabuntur a te, ⁊ nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.
Cõfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: ⁊ substantia mea in inferioribus terre.
Imperfectũ meum viderunt oculi tui, ⁊ in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis.
Michi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos ⁊ super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas.
Nonne qui oderunt te domine oderam: et super inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.
Proba me deus ⁊ scito cor meum:

interroga me et cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. ā. Dñe probasti me & cognovisti me. Psal.cxxxix.
Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia.
Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.
Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.
Et funes extenderunt in laqueũ: iuxta iter scãdalũ posuerũt michi.
Dixi dño, deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecationis mee.
Domine domine virt⁹ salutis mee: obumbrasti super caput meũ in die belli.
Non tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerũt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadẽt super eos carbones in ignẽ deijcies eos: in miserijs non subsistent.
Uir linguosus nõ dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dominus iudiciũ inopis: & vindictam pauperũ.
Uerumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.
Gloria patri et filio. ãn. A viro iniquo libera me domine. Psalmus.cxl.
Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinum.
Pone domine custodiam ori meo: et ostium circunstantie labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iust⁹ in misericordia & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum, quia ad te domine domine oculi mei: in te speraui non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et a scandalis operantiũ iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.
Gloria patri & filio: & spiritui sctõ.
Sicut erat in principio. ãn. Domine clamaui ad te, exaudi me. Psalm⁹.cxli.
Uoce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominũ deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me spiritū meū: et tu cognouisti semitas meas.

In via hac qua ambulabā: abscon- derunt laqueum michi.

Considerabā ad dexteram ꝛ vide- bam: et nō erat qui cognosceret me.

Perijt fuga a me: ꝛ non est qui re- quirat animam meam.

Clamaui ad te dn̄e, dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium.

Intēde ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me ex- pectant iusti donec retribuas michi.

Gloria patri. Sicut erat. an̄. Por- tio mea domine in terra viuentium. Cā. Dominus autem dirigat. Sequens hyꝰ dr̄ solū ad ves. feria. vj. proxima ante dn̄icā primā. xl. qn̄ in predicta feria. vj. agitur de feria. Hymnus.

Plasmator hominis deꝰ, qui cuncta solus ordinans: humū iubes producere reptantis et fere genus.

Qui magna rerum corpora, dictu iubentis viuida: vt seruiant per or- dinem, subdens dedisti homini.

Repelle a seruis tuis, quicquid per immunditiam: aut moribus se sug- gerit, aut actibus se interserit.

Da gaudiorum premia, da gratia- rum munera: dissolue litis vincula, astringe pacis federa.

Presta pater. Vsus Dirigatur. Per estatem hymnus Lucis creator opti me. Vsus Dirigatur. an̄. Suscepit deus israel puerum suum sicut locutus est abra ham ꝛ semini eius: exaltauit humiles vs- que in seculum. ps̄. Magnificat. Pre- ces ꝛc. vt s. ij. fer. ad mat. Non dr̄ ad ves. iste ps̄. cxlij. Domine exaudi ora tionem meam auribus percipe. ꝛc.

Sabbato ad vesperas. ps̄. cxliij.

Benedictus domi- nus deus meꝰ qui docet manꝰ meas ad prelium: ꝛ digi tos meos ad bellū

Misericordia mea et refugium meū: susceptor meus et liberator meus.

Protector meus ꝛ in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo quia inno- tuisti ei: aut filius hominis quia re- putas eum.

Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt.

Domine inclina celos tuos et de- scende: tange mōtes ꝛ fumigabunt.

Fulgura coruscationem ꝛ dissipa bis eos: emitte sagittas tuas ꝛ con- turbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eri- pe me ꝛ libera me de aquis multis: ꝛ de manu filiorum alienorum.

Quorū os locutū est vanitatem: ꝛ dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus cāticum nouū cantabo tibi: in psalterio decachordo psallā tibi.

Qui das salutem regibus: qui re- demisti dauid seruū tuum, de gla- dio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alie- norum, quorum os locutum est va- nitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filij sicut nouelle planta tiones: in iuuentute sua.

Filie eorum composite: circūorna- te vt similitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eru- ctantia ex hoc in illud.

Oues eorum fetose abundantes in egressibus suis: boues eorũ crasse.
Non est ruina macerie neq̧ transitus neq̧ clamor: in plateis eorum.
Beatum dixerunt populũ cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.
Gloria patri. Sicut erat. Añ. Benedictus dñs deus meus. Psalmus. cxliiij.

Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum, et in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in seculum, ⁊ in seculum seculi.
Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis.
Generatio ⁊ generatio laudabit opera tua: ⁊ potẽtiã tuã pronũciabũt.
Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur: ⁊ mirabilia tua narrabunt.
Et virtutẽ terribiliũ tuorũ dicent: ⁊ magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator ⁊ misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suauis dñs vniuersis: ⁊ miserationes ei⁹ super omnia opera eius.
Confiteãtur tibi dñe omnia opera tua: ⁊ sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: ⁊ gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorũ: et dominatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dñs in oĩb⁹ verbis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.
Iustus dominus in omnib⁹ viis suis: ⁊ sanct⁹ in omnib⁹ operib⁹ suis.
Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium se faciet, ⁊ deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos.
Custodit dominus omnes diligentes se: ⁊ omnes peccatores disperdet.
Laudationẽ domini loquetur os meũ, ⁊ benedicat oĩs caro nomini scõ ei⁹ in seculũ: ⁊ in seculũ seculi.
Gloria patri. Sicut erat. Añ. In eternum ⁊ in seculum seculi. Ps. cxlv.

Lauda anima mea dominũ, laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo q̃diu fuero.
Nolite cõfidere in principibus: nec in filiis hominũ in quib⁹ nõ est sal⁹.
Exibit spiritus eius ⁊ reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsi⁹ qui fecit celum et terram: mare ⁊ omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatem in seculũ: facit iudicium iniuriam patientib⁹, dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum ⁊ viduam suscipiet: ⁊ vias pec-

catorum disperdet.
Regnabit domin⁹ in secula deus tuus sion: in generatione et generationem.
Gloria patri. aña. Laudabo deũ meũ in vita mea. Psalmus. cxlvj.
Laudate dominum quoniam bonus est psalm⁹: deo nostro sit, iocunda decoraq₃ laudatio.
Edificans hierusalem dominus: dispersiones israelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem stellarum: ꝛ omnibus eis nomina vocat.
Magnus domin⁹ noster ꝛ magna virtus eius: et sapientie eius nõ est numerus.
Suscipiens mansuetos dñs: humilians aũt peccatores vsq₃ ad terrã.
Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cithara.
Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam.
Qui producit in mõtibus fenum: et herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorũ: ꝛ pullis coruorũ inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Gloria patri et filio. ãn. Deo nostro iocunda sit laudatio. Psalmus. cxlvij.
Lauda hierusalem dominũ: lauda deum tuum sion.
Quoniã confortauit seras portarũ tuarũ: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquiũ suũ terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit.
Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius ꝛ fluent aque.
Qui annunciat verbum suum iacob: iustitias et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis.
Gloria patri. Sicut erat. ãn Lauda hierusalem dominum. Capitulum.
Benedictus deus ꝛ pater domini nostri iesu christi: pater misericordiarũ ꝛ deus toti⁹ cõsolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Deo gratias. 2. cor. 1.
Hoc cap. dr in sab. ad vespe. a Dñe ne in ira. vsq₃ ad. lxx. ꝛ a Deus oim. vsq₃ ad aduẽ. do. qñ de do. agitur. Hic seques hy⁹ dr ad ves. in sab. a Dñe ne in ira. vsq₃ ad. xl. qñ de do. agitur. hy⁹. Luc.
Deus creator omnium, polique rector: vestiens diem decoro lumine, noctem soporis gratia.
Artus solutos vt quies reddat laboris vsui: mentesq₃ fessas alleuet, luctusq₃ soluat anxios.
Grates peracto iam die, et noctis exortu preces: votis reos vt adiuues, hymnum canentes soluimus.
Te cordis ima cõcinant, te vox canora concrepet: te diligat castus amor, te mens adoret sobria.
Ut cum profunda clauserit, diem caligo noctium: fides tenebras nesciat, et nox fidei luceat.
Dormire mẽtem ne sinas, dormire culpa nouerit: castos fides refrigerans, somni vaporem temperet.

Et ruta sensu lubrico, te cordis alta somnient: ne hostis inuidi dolo pauor quietos suscitet.

Christum rogemus & patrē christi patrisq; spiritū vnū potēs per omnia, foue precantes trinitas. Amen.

℣. Uespertina oratio ascendat ad te dn̄e. ℟. Et descendat super nos mia tua. Sequens hy⁹ dr̄ in sabbatis ad vesp. a Deus omniū. vsq; ad aduentū quādo de dominica agitur. Hymnus.

O Lux beata trinitas, et principalis vnitas: iam sol recedit igneus, infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine, te deprecemur vesperi: te nostra supplex gloria per cuncta laudet secula.

Deo prī sit gloria eiusq; soli filio: cū spiritu paraclito, et nunc & in perpetuum. Amen. ℣. Uespertina oratio ascendat ad te dn̄e. Et dr̄ an̄. vt decet.

Luc. i Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit michi magna qui potēs est: et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.

Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.

Sicut locutus est ad patres nr̄os: abraham & semini eius in secula.

Gloria patri et filio. Sicut erat.



Ad completoriū dicto Pater noster. et Aue maria. Incipiat sacer.

Conuerte nos de⁹ salutaris noster. Rn̄. Et auerte iram tuā a nobis.

Deus in adiutorium meū intende.

Domine ad adiuuandum me festina. Psalmus. iiij.



Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatiōe dilatasti michi.

Miserere mei: & exaudi orationē meam.

Filij hominū vsq;quo graui corde: vt quid diligitis vanitatē & queritis mendacium.

Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.

Irascimini & nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino: multi dicūt, quis ostendit nobis bona.

Signatū est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiā in corde meo.

A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam ꝛ re quiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.
Gloria patri ꝛ filio. Psalmus. xxx.
In te dñe speraui nõ cõfundar in eternũ: ĩ iustitia tua libera me
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto michi in deũ protectorẽ ꝛ in domũ refugij: vt saluum me facias.
Quoniã fortitudo mea ꝛ refugiũ meum es tu: ꝛ propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quẽ absconderũt michi: qm̃ tu es protector meꝰ
In manus tuas cõmendo spiritũ meũ: redemisti me dñe deꝰ veritatis.
Gloria patri ꝛ filio. Psalmus. xc.
Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.
Dicet domino, susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ꝛ a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: ꝛ sub pennis eius sperabis.
Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die, a negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille ꝛ decem milia a dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabit.
Verũtamen oculis tuis considerabis: ꝛ retributionẽ pctõꝝ videbis.
Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugiũ tuum.
Non accedet ad te malũ: ꝛ flagellũ nõ appropĩquabit tabernaculo tuo.
Quõ angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibꝰ vijs tuis.
In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidẽ et basiliscũ ambulabis: ꝛ cõculcabis leonem ꝛ draconẽ.
Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eũ quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me ꝛ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum ꝛ glorificabo eum.
Longitudine dierũ replebo eũ: et ostẽdã illi salutare meũ. Ps. cxxxiij.
Ecce nũc benedicite dominũ: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: ꝛ benedicite dominũ.
Benedicat te dominus ex sion: qui fecit celũ ꝛ terrã. Gloria patri. An.
Miserere michi dñe: ꝛ exaudi orõnẽ meã. Hec pdic. ã. dr super hos ps̃ p totũ aduẽ. et a crasti. oct. epip. vsqꝫ ad. xl. ꝛ a do. in passi. vsqꝫ ad cenam do. ꝛ a crasti. sancte trini. vsqꝫ ad aduen. nisi in fest. ꝛ in oct. beate ma. ꝛ in festis reliquiarũ ꝛ oĩm sanctorũ. Capitlm.
Tu in nobis es domine: ꝛ nomen sanctũ tuũ inuocatum est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster. Hoc cap. dr ad complet. per totũ annũ: nisi a cena dñi vsqꝫ ad octa. pasche. Hymnus. Hier. 14
Te lucis ante terminũ, rerum creator poscimus: vt solita clementia sis presul ad custodiam.
Procul recedant somnia, ꝛ noctiũ fantasmata: hostẽqꝫ nostrum comprime, ne polluantur corpora.
Presta pater omnipotens: per iesum christum dominum: qui tecum

in perpetuum regnat cum sancto spiritu. Amen. ℣sus. Custodi nos domine. Ut pupillam oculi sub umbra alarũ tuarum protege nos.

¶ Canticum Simeonis.

Luce. 2. Nunc dimittis seruũ tuũ domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omniũ populorum.

Lumen ad reuelationem gẽtium: ⁊ gloriam plebis tue israel.

Gloria pa. ã. Ueni dñe visitare nos in pace: vt letemur corã te corde perfecto.

Kyrie el. ⁊c. Sequantur preces.

¶ Hoc cõple. nõ mutatur in aduẽ. nisi in fest. dupl. infra aduẽ. cõtingen. tũc ei mutatur hy⁹ solũmõ: ⁊ dr̃ hy⁹ Saluator. Et nisi in conce. b. ma. cũ infra aduẽ. cele. fue. tunc eñi in fine hym. dr̃. Gloria tibi dñe qui natus.

Com-ple. 2. ¶ In vigil. nati dñi ad cõpl. super pos. ã. Estote parati similes hominib⁹ expectãtib⁹ dñm qñ reuertatur a nuptiis. p̃s. Cũ inuocarem. ⁊ ceteri p̃s consueti. Capm̃. Tu in nobis es. Hymnus.

Saluator mundi dñe qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos protege, ⁊ salua omni tempore.

Adesto nunc propiti⁹, ⁊ parce supplicantibus: tu dele nostra crimina, tu tenebras illumina.

Ne mentẽ somnus opprimat, nec hostis nos surripiat: nec vllis caro (petimus) commaculetur sordibus.

Te reformator sensuũ, votis precamur cordiũ: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus.

Deo patri sit gloria, eiusq̃ soli filio: cũ spũ paraclito, ⁊ nunc ⁊ in perpetuum. Amen. ℣⁹. Custodi. Hic hy⁹ dicitur ad cõple. quotidie vsq̃ ad oct. epi. ⁊ in ipsis oct. Et in oĩbus festis duplicibus ab oct. epi. vsq̃ ad. j. do. xl. Et in oĩb⁹ festis dupli. a penteco. vsq̃ ad vigi. nat. dñi. Dicitur etiã in vigi. pente. et per ipsius hebdomadam: scz in. v. ⁊ in. vj. feria ⁊ sab. Et quotidie p oc. ⁊ ĩ oct. assumptionis ⁊ nati. btẽ ma. ⁊ dedicationis ecclesie: siue de octa. fit seruitiũ, siue de aliquo sctõ. ix. lec. Et per octa. corpis xp̃i vbi fiũt cũ regimine chori. Aña. Uigilate oẽs ⁊ orate, nescitis enim qñ tempus sit: vigilate ergo: nescitis eñi qñ dñs veniet: sero an media nocte, an galli cãtu, an mane: ne cũ venerit repẽte inueniat vos dormientes. p̃s. Nunc dimittis. Preces ⁊c. q̃ ad cõple. ptinẽt explean tur.

Com-ple. 3. ¶ In die nati. do. ad cõple. sup pos ãn. Nat⁹ est nobis hodie saluator qui est christus dñs in ciuitate dauid. p̃s. Cum inuocarem. cp̃. Tu in no. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi. ãn. Alleluia: verbum caro factum est alleluia: et habitauit in nobis alleluia alla. p̃s. Nunc dimittis. Preces ⁊c. vt s. Hoc cõple. non mutatur vsq̃ ad circũcisionẽ. ã. Ho super Nunc di dicitur vsq̃ ad vigiliã epi.

Com-ple. 4 ¶ In die circũcisiõis do. ad cõpl. ã. Nato dño angelorũ chori canebãt dicẽtes sal⁹ deo nr̃o sedẽti sup thronũ, ⁊ agno. p̃. Cũ inuo. cp̃. Tu ĩ no. hy⁹ Salua. ℣. Custodi. ãn. Alla: verbũ ca. p̃s Nunc di. Preces ⁊c. q̃ ad cõpl. ptinẽt expleantur. Hoc cõplet. nõ mutatur vsq̃ ad vigil. epi.

Com-ple. 5. ¶ In vigil. epi. ad cõpl. sup pos. ã. Lux de luce apparuisti christe: cui magi munera offerũt alleluia alla alla. p̃s. Cũ inuo. cap̃. Tu in nobis. hy⁹. Saluator. ℣⁹. Custodi nos. ãn. Alleluia: oẽs de saba venient alleluia: aurũ ⁊ thus deferẽtes alleluia alleluia. p̃s. Nunc dimittis. Hoc cõple. non mu-

Com- tatur p totā oct. ¶ In crastino epi.
pl. 6 ad cōple. ān. Miserere. ps. Cum inuo.
Cp. Tu in nobis. Hy⁹. Te lucis. V.
Custodi nos ān. Salua nos dñe vigilan-
tes: custodi nos dormientes: vt vigilem⁹
cum christo & requiescamus in pace. ps.
Nunc dimittis. Preces vt s. & cetera
q ad cōpl. pertinēt expleātur. Hoc cō
ple. dr a crastino oc. epi. vsqz ad. xl.
Et a crasti. scte tri. vsqz ad aduē. dn̄s.
nisi i festis dupl. & p oc. visitationis:
assumptionis: & nati. btē ma. & dedi-
cationis eccl'ie: & nisi i cōmē. b. ma.
¶ Dñica. i. xl. ad cōpl. sup ps. ān.
Com- Signatū est super nos lumē vult⁹ tui dñe:
pl. 7 dedisti letitiā in corde meo. ps. Cū inuo-
carē. Cp. Tu in nobis. Clericus. R.
In pace. Chor⁹ psequatur in idipsum
dormiā & requiescā. Cleric⁹. V. Si dede-
ro somnum oculis meis: & palpebris meis
dormitationem. Chorus. Dormiam & re
quiescā. Clericus. Gloria patri & filio: &
spiritui sancto. Chorus. In pace. Hy⁹.

Christe qui lux es & dies, no-
ctis tenebras detegis: lucisqz
lumen crederis, lumen beatum pre-
dicans.

Precamur sancte domine, defende
nos in hac nocte: sit nobis in te re-
quies, quietam noctem tribue.

Ne grauis somnus irruat, nec ho-
stis nos surripiat: nec caro illi con-
sentiens, nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant, cor ad te
semper vigilet: dextera tua protegat
famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice, insidian-
tes reprime, guberna tuos famulos
quos sanguine mercatus es.

Memento nostri domine in graui
isto corpore: qui es defensor anime
adesto nobis domine.

Deo patri sit gloria, eiusqz soli fi-
lio: cū spū paraclito: & nunc & in per-
petuū. Amen. V. Custodi nos ān. Cum
videris nudū operi eū: & carnē tuā ne de-
spexeris: tūc erūpet quasi mane lumē tuū,
& gl'ia dñi colliget te. ps. Nūc di. Hec p-
dicta ān. videlz Signatū est & Rēm. In
pace. Hy⁹. Xpe q lux es dicātur quo
tidie ad cōple. vsqz ad passio. dñi. de
quocūqz fit seruitiū. ān. vero super
Nūc dimittis. per quindecim dies.
¶ Do. iij. xl. ad cōple. ā. Signatum est. Com-
ps. Cū inuo. Cpm. Tu in no. R. In pl. 8.
pace. Hy⁹. Xpe qui lux. V. Custodi. ps.
Nunc dimittis. ān. Media vita in mor-
te sumus: quem querim⁹ adiutorem nisi te
domine? qui pro peccatis nostris iuste ira-
sceris. Scte de⁹. Scte fortis. Scte & miseri
cors saluator: amare morti ne tradas nos.
V. Ne proiicias nos in tēpore senectutis:
cū defecerit virt⁹ nostra ne derelinquas nos
dñe. Scte de⁹. V. Noli claudere aures tuas
ad preces nostras. Sancte fortis. V. Qui
cognoscis occulta cordis parce peccatis
nostris. Scte et misericors. Hec ā. dr su-
per ps. Nūc di. per. xv. dies. V. vero
nō dñr nisi in sab. & in dñicis: & in fe
stis. ix. lc. In fe. dup. ad vtrūqz cō-
ple. in superiori gradu dicātur loco
nec habitu mutato. ¶ Do. i passiōe Com-
ad cōpl. ā. Miserere. ps. Cū inuo. Cp. pl. 9.
Tu in no. Cleric⁹. R. In man⁹ tuas
Chor⁹ psequat. dñe cōmēdo spm̄ meū.
Cleric⁹. V. Redemisti me dñe de⁹ verita-
tis. Chor⁹ Cōmēdo. Non dr Gl'ia pri.
sed reincipiat clericus In man⁹. Hy⁹.

Cultor dei memēto te fontis
et lauachri rorē subisse san-
ctum: te chrismate innouatum.

Hac cum vocante somno castum
petis cubile: frōtem locumqz cordis
crucis figura signet.

Crux pellit omne crimen: fugiunt
crucem tenebre: tali dicata signo

mens fluctuare nescit.
Procul procul vagantum porten-ta somniorum: procul esto peruicaci prestigiator astu.
Tortuose serpens, qui mille per meandros fraudesqz flexuosas agi-tas quieta corda.
Discede, christus hic est: christus hic est liquesce: signū quod ipse no-sti damnat tuam cateruam.
Corpus licet fatiscens iaceat re-cliue paulum: christum tamen sub ipso meditatur sopore.
Gloria eterno patri, et xpo vero regi, paraclitoqz sancto: nūc et i perpetuū Amē. ℣. Custodi nos. ps. Nunc di.. ān. O rex gloriose inter sanctos tuos qui sem per es laudabilis et tamen ineffabilis: tu in nobis es domine: et nomen sanctum tuū inuocatum est super nos: ne derelinquas nos deus noster: vt in die iudicij nos collo care digneris. Inter sanctos et electos tu-os. Rex benedicte. ℣. Rex benedicte tuos per prospera dirige seruos. Inter sanctos. Et dr̄ vsqz ad finem ān. Alius ℣sus. Ut tergant miseras pia per ieiunia cul-pas. Rex benedicte.. Alius ℣. Atqz colant pure solēnia mystica pasche. Inter sctōs et electos tuos rex bn̄dicte.. vsqz ad finem ān. Hoc cōplet. dr̄ quotidie vsqz ad cenā do. supradicto mō: de quocūqz fit seruitiū. Excepto qp in fer. non di cuntur ℣. post ps. Nunc di. ¶ Fer. v. in cena do. ad cpl. In primis inchoe tur ab executore officii. ā. Christus fa-ctus est.. sine nota. ps. Cū inuo. In te do. Ecce nūc. Nūc di.. sine Gl'ia. Post pos dr̄ tota ān. Christus factus est p nobis obediēs vsqz ad mortē: mortē autē crucis. Deide dicat sa. Dn̄s vo. Et cū.. Or.
Respice quesumus domine su-per hanc familiam tuam pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocē tium, et crucis subire tormentum. que terminetur sic. Qui te.. et Domi-nus vo. Et cū. Benedicamus do. Deo gr̄as.
¶ Fer. vi. in die parasceues ad cōpl. Compl. 11
incipiat sacerdos ān. sine nota xps factus est. et interi fiat genuflexio in choro. ān. et c. oīa fiant sicut in die ce-ne, sine Dn̄s vo. et sine Oremus. et post pm̄ et ān. dr̄ Pr̄ nr̄. et Aue ma-ria. et ps. Miserere. sine Gl'ia pa.. cum pstra. Et finiat cpl. sac. dicente ora-tione Respice q̄s do. sine Dn̄s vo. et sine Orem⁹. et sine Qui te.. et sine Bn̄dicam⁹.. et sic cōpleat. ¶ Sabba. Compl. 12
sctō in vigi. pasc. pulsatis campanis duob⁹ signis dupl'r vel tripl'r inci-piat sacer. Deus in adiu. Gloria pa. et c. more soluto sine Cōuerte nos.. ān. incipiatur in superiori gradu Alla alla alla alla.. ps. Cū inuo. In te. Ecce nūc. Nūc di.. Et dr̄ hi ps. pdicti sub vna voce nullū pm̄ exaltādo: qd etiā ob-ser. quotidie vsqz ad oc. pasc. ad cōpl. Finitis pis cum Gloria. tota dr̄ ān. Deinde dr̄ Dn̄s vo.. Orem⁹. Or.
Spiritū nobis dn̄e tue chari-tatis infunde: vt quos sacra-mentis paschalibus satiasti, tua fa-cias pietate cōcordes. Per d. eiusdē. cū Dn̄s vobiscū.. Bn̄dicam⁹.. sine alla. ab executore officij. Et sciendum est qp hec orō dr̄ quotidie ad cōple. vsqz ad octa. pasc. ¶ In die pasc. ad com plet. De⁹ in ad. ān. et ps. sicut in sab. Compl. 13
Repetita ā. post psal. statim incipiat a cantore R̄. Hec dies quam fecit dn̄s: exultemus et letemur in ea. sine neuma. Deinde dicat sacer. ℣. In resurrectiōe tua xpe Celi et terra letētur al. Dn̄s vo. Orem⁹.. or. Spm̄ no.. cū Dn̄s vo. et Bn̄dicam⁹.. sine alla. Hec eodem mō dr̄ cpl. per totā hebd. vsqz ad sabbatū.

Compl. 10 (margin, beside "Fer. v. in cena do. ad cpl.")

Com- pl. 14 ¶ Dñica in octa. pasche. ad comple. Cõuerte nos. et Deus in adiu. aña. Alła alła alła alła. ps. Cũ inuocarem. In te domine speraui. Qui habitat. Ecce nunc. cp. Tu in no. Hymnus.

IEsu saluator seculi, verbũ patris altissimi: lux lucis inuisibilis, custos tuorum peruigil.

Tu fabricator omnium, discretor atq temporũ: fessa labore corpora, noctis quiete recrea.

Ut dũ graui in corpore, breui manemus tempore: sic caro nostra dormiat, vt mens in christo vigilet.

Te deprecamur supplices, vt nos ab hoste liberes: ne valeat seducere tuo redemptos sanguine.

Quesumus auctor omniũ: in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu tuum defende populum.

Gloria tibi dñe, q surrexisti a mortuis: cũ patre & sctõ spũ, in sempiterna scła. Amẽ. V. Custodi nos. ãn. Alła Resurrexit dñs alła sicut dixit vobis alł. alł. ps. Nunc di. Preces & cetera que ad cõple. ptinẽt expleãtur. Hoc cõpł. nõ mutatur vsq ad ascẽ. do. de quocũq fit serui. nisi. quando dicitur de sancta maria: tunc enim dicitur in fine hym Quesumus auctor. cũ V. Gloria tibi dñe qui na. Ita tñ q ãn. super ps dr vsq ad fe. sctẽ trinita.

Com- pl. 15 ¶ In vigilia ascensionis do. ad cõple. super ps vt in octa. pasch. cap. Tu in nobis es domine. Hymnus.

IEsu nostra redemptio, amor et desiderium, de9 creator omnium, homo in fine temporum.

Que te vicit clementia, vt ferres nostra crimina: crudelem mortẽ patiens, vt nos a morte tolleres.

Inferni claustra penetrans, tuos captiuos redimens: victor triũpho nobili, ad dexteram patris residens.

Ipsa te cogat pietas, vt mala nostra superes: parcendo & voti cõpotes, nos tuo vultu saties.

Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus premiũ: sit nostra in te gloria per cuncta semper secula.

Gloria tibi domine, qui scandis supra sydera: cũ patre & sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. Vsus. Custodi. ãn. Alleluia: ascendens christus in altum alleluia: captiuam duxit captiuitatem alleluia alleluia. ps. Nunc dimittis. Hoc eodem modo dicitur cõplet. quotidie vsq ad pente. de quocunq fit seruitium: nisi quando dicitur de cõme. b. marie: tunc enim post V. Tu esto. dr V. Gloria tibi dñe q na.

¶ In vigi. pẽte. ad cõple. ã. Alła. iiij. vts in octa. pasc. cap. Tu in nobis. hy9. Saluator. V. Custodi. ãn. Alła: spiritus paraclitus alła: docebit vos oĩa alła alła. ps. Nũc di. Preces et cetera que ad comple. pertinent expleantur. Com- pl. 16

¶ In die pẽte. ad cõplet. ãn. Alła. iiij. vt supra. ps. Cũ inuo. cp. Tu in no. Hac die et tribus diebus sequentibus pro hymno dicit ista sequentia. Com- pl. 17

ALma chorus domini nunc pangat nomina summi.

Messias, soter, emanuel, sabaoth, adonai.

Est vnigenitus, via, vita, manus, homousion.

Principium, primogenitus, sapiẽtia, virtus.

Alpha, caput, finisq simul vocitatur, et est oo.

Fons, & origo boni, paraclitus, ac mediator.

Agn9, ouis, vitulus, serpẽs, aries, leo, vermis.

Os, verbum, splendor, sol, gloria,

lux.et imago,
Panis,flos,vitis,mons,ianua,petra,lapisque,
Angelus,et sponsus,pastorque propheta,sacerdos,
Athanatos,kyrios,theos, et pantocraton,isus.
Saluificet nos.
Sit cui secla.
Per omnia doxa.Amē.℟⁹. Custodi nos.Reliqs vo diebus dr hy⁹. Saluator.ān. Alta:spūs paraclitꝰ.ps. Nūc dimittis. In fest.s.tri.ad cōple. ā. Misereret.ps. Cum inuocarem. Cap. Tu in nobis.hy⁹ Saluator.℟. Custodi nos.ān Lucem tuā dñe nobis concede:vt destitutis cordiū tenebris peruenire possimus ad lumē qd est xps.ps. Nunc dimittis. Hoc cōple. dr oībus dupl. fest.ab hac die vsque ad aduen.do. Et ab oct.epi. vsque ad do.j.xl.nisi in fes. et per octa.beate marie & in fest. reliquiarū:& oīm sanctorū. Dicetur etiā in fest.& in octa.dedi.ecclesie de quocunque fit seru.si extra aduen.et.xl.& tēpus pasc.eue. Et si per estatē contige.vel alias qñ octa.cum regi. cho. habere poterit:sicut habet i eodē fes.
Cōpl. xix. In fes.reliquiarū & oīm sctōrum ad cōple.sup psal.ān. Sanctorū pcibꝰ cunctorū redde salutē corporis ac anime christe tuis famulis.ps. Cū inuo.cp. Tu in no. hy⁹. Salua. ℟⁹ Custodi.ān.Lucē tuā. ps. Nunc di.
Cōpl. xx. In puri. beate marie ad cōpl.sup psal.ān. Uirgo verbo cōcepit, vgo pmāsit, vgo pepit regē oīm regū. ps. Cū inuo.cp. Tu i no. hy⁹. Salua. ℟⁹. Custodi.ān. Glificamꝰ.ps. Nūc di.
Cōpl. xxi. In visita.& assump.eiusdē ad cōple.sup psal.ā Scta maria vgo intercede p toto mūdo,qr genuisti regē orbis. ps Cū inuo.cp. Tu in no.hy⁹ Salua. ℟.Custodi.ān Glificamꝰ.ps. Nūc di.

Sar.

Cōpl. xxii. In nati.eiusdē ad cōpl.sup p. ān. Btā mr & inupta vgo gliosa regina mūdi intercede p nobis ad dñm.ps.Cū in uo. cp.Tu in nobis.hy⁹. Saluator.℟. Custodi. ān. Glorificamus te dei genitrix quia ex te natus est christus:salua omnes qui te glorificant. ps. Nunc dimittis.
Kyrie eleison.iij. Christe eleisō. iij Kyrie eleison.iij.Predicta ān.videlicet Glorificamus. dr in oībꝰ fest.& p oct.btē marie et in cō.eiusdē per totum annum nisi in aduē. et in annūciatione:& in tempore pascha.
Sequuntur preces. Pater noster Aue maria. Et ne nos.Sed libera.
In pace in idipsum.Dormiam et requiescam.Credo in deum. Carnis resurrenem.Et vitam eternam amen.
Bñdicamus patrē & filiū cū sancto spū. Laudemꝰ et superexaltemus eum in secula.
Bñdictꝰes dñe i firmamēto celi.Et laudabilis & gliosus & superexaltatꝰ in secula.
Benedicat & custodiat nos ops & misericors dñs. Amē. Cōfiteor. Misereat. et Absolutionē.,ā ad.j.cp ad cōple.per totū annū qñ Cōfiteor.dr:& dr priuatīvt vix audiat a cho. hoc modo.
Sacer.respiciēs ad al.Confiteor deo,btē marie,oībus sctis. Uertens se ad chor. et vobis: peccaui nimis cogitatione,locutiōe,et ope:mea culpa.respiciens ad altare.Precor sanctā mariā,& oēs sctōs dei.Respiciēs ad chor.& vos orare p me.Chorus respōdeat ad eū quersꝰ Misereatur. Postea prīo ad altare quersus. Confiteor.Deide ad sacerdotē cōuersus vt prius sacerdos se habuit:deide dicat sacerdos ad chorū. Misereatur vestri omps deus:& dimittat vobis oīa pctā vestra:liberet vos ab omni malo:cōseruet & confirmet in bono: & ad vitam perducat eternā.Amen.

Absolutionē et remissionē omniū peccatorum vestrorum, spacium vere penitentie, emendationē vite, gratiam et consolationem sancti spiritus: tribuat vobis omnipotens ꝛ misericors dominus. Amen.

Deus tu conuersus viuificabis nos. Et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiā tuā. Et salutare tuum da nobis.

Dignare domine nocte ista. Sine peccato nos custodire.

Miserere nostri dñe. Miserere nostri.

Fiat misericordia tua dñe super nos. Quemadmodum sperauimus in te.

Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Dñe exaudi. Dñs vobiscū. Oremus.

He preces predicte dicūtur supradicto modo p totū annū ad cpl. tā in fes. dupl. ꝙ simpl. etiā sine regi. cho. Et in fer. nisi a cena dñi vsqꝫ ad oc. pasc. ita tñ ꝙ in oib⁹ fe. per aduē. ꝛ a Dñe ne i ira. vsqꝫ ad cenā domini: ꝛ a Deus oim. vsqꝫ ad aduentū do. qñ de fer. agit: post R⁹. Fiat mia ꝛc. statim sequatur Exaudi domine vocē meā quia clamaui ad te. Miserere mei ꝛ exaudi me. Sequatur ps. Miserere. totus p. dicitur cū Glia. et Sicut erat. sine nota. Et tūc oia fiant in prostra. ab inceptione .s. Kyrie el. vsque post or. et Confiteor. et Misereatur. et Absolutionem. ita tamen ꝙ immediate post p. erigat se sacerdos solus sic dicēs.

Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus. Dominus vobiscū. Oremus.

Illumina q̄s dñe deus tenebras nr̄as: ꝛ totius huius noctis insidias tu a nobis repelle propitius. Per dominum. in vnitate.

Dominus vobiscum. Benedicamus dño.

Hec or. p̄dicta cū cp. ꝛ R. Custodi nos. dicatur ad cōple. per totū annū: nisi a cena domini vsque ad oct. pasche. Omni die p ānū post cōpl. de die: ꝛ post mat. de die p̄terꝙ i dupl. fest. Et per oct. corporis christi: et visitationis, assumptiōis, ꝛ nati. btē mar. et dedic. ecclesie: et noīs iesu: ꝛ in die aiaꝝ, ꝛ in vigi. nati. do. ꝛ abhīc vsqꝫ ad inceptionem hist. Domine ne i ira. et a. iiij. fe. an̄ pasc. vsqꝫ ad icep. hist. Deus oim. Or. pro pace ecclesie cum genuflexione sine nota iste psalm⁹. ps.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille i manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est aīa nostra opprobriū abūdātibus et despectio superbis. Gloria. Finito p̄o sequitur Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr̄. Et ne nos. Sz li. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi. Et cla. Dñs vob. Or.

Ecclesie tue dñe p̄ces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate, et pacē tuā nr̄is cōcede tēporibus. Per christū. His dictis surgat sacer. ꝛ oēs clerici a prostratiōe osculantes formulas. Psalmi peniten. Contra iram. p.





Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me.
Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum: sana me dñe quoniam conturbata sũt ossa mea.
Et aĩa mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
Cõuertere dñe ⁊ eripe aĩam meã: saluũ me fac propter miam tuam.
Qm̃ nõ est in morte q̃ memor sit tui: in inferno aũt quis ꝯfitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ: lachrymis meis stratũ meum rigabo.
Turbatꝰ est a furore oculꝰ meus: inueteraui īter oẽs inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dñs depcationẽ meã: dominus orationem meã suscepit.
Erubescant et conturbentur vehementer oẽs inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.
Gloria patri ⁊ filio. Sicut erat.

¶Contra superbiam. Psalmus.

Beati quorũ remisse sunt iniq̃tates: ⁊ quorũ tecta sunt pctã.
Beatus vir cui nõ imputauit dñs pctm̃: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniã tacui ĩueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina.
Delictum meũ cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarũ: ad eũ nõ approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectum tibi dabo ⁊ instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorũ cõstringe: qui nõ approximãt ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantem autem in dño mia circundabit.
Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri. ¶Contra gulam. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et ꝯfirmasti sup me manũ tuã.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Qm̃ iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsqȝ in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebãt animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et nõ habens in ore suo redargutiones.

Quoniam ĩ te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supgaudeãt mihi inimici mei: et dum commouẽtur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõspectu meo semper.

Quoniam iniquitatẽ meam annũciabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me dñe deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

Gloria patri et filio. Sicut erat.

¶ Contra luxuriam. Psalmus.

Miserere mei deus scdm magnam.

¶ Contra auaritiam. Psalmus.

Domine exaudi orationẽ meã, et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunqz die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerũt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiũ aruerũt.

Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei, adhesit os meum carni mee.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: et fact⁹ sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: et qui laudabãt me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tãquam panẽ manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.

Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione et generationem.

Tu exurgens domine misereberis sion, quia tempus miserendi eius: quia venit tempus.

Quonia͂ placuerūt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloria͂ tuam.
Quia edificauit dominus sion: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: ⁊ non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum.
Qr prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemit⁹ cōpeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Ut annuncient in sion nomē dn̄i: ⁊ laudem eius in hierusalem.
In cōueniendo populos in vnum: ⁊ reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meo⁊ nūcia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione ⁊ generationem anni tui.
Initio tu domine terra͂ fundasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autē permanes: ⁊ oēs sicut vestimentū veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es, ⁊ anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: ⁊ semen eorum in seculum dirigetur.
Gloria. ¶ Contra inuidiam. psal. De profundis. require supra.
¶ Contra acediam. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et nō intres in iudiciū cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatū est cor meum.
Memor fui dierum antiquorū, meditatus sum in omnibus operibus tuis: ⁊ in factis manuum tuarū meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacū.
Auditam fac michi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac michi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui anima͂ mea͂.
Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.
Spūs tuus bonus deducet me in terra͂ recta͂: propter nomen tuū dn̄e viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes oēs qui tribulāt anima͂ meam: qm̄ ego seruus tuus sum.
Gloria patri. an̄. Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentū nostrorū neq̄ vindicta͂ sumas de peccatis nostris.
Nō dr̄ vlterius quando dr̄ in choro.
Parce dn̄e parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne ineternū irascaris nobis: ⁊ ne des hereditatem tua͂ in perditionē, ne ieternū obliuiscaris nobis.

¶ Notādum ꝙ omni feriali die per rotā .xl. dicitur letania sicut in secunda feria vsqꝫ ad ordinem martyrū. Propitius esto. vsque ad finem. Et qādo sacer. dicit de letania, cho. idē repetat plene ⁊ integre vsqꝫ ad prolationem. Ut pacem nobis dones. Tunc respondeat chorus Te rogamus audi nos. tantum: et sic de singulis vsque ad Fili dei. Te rogamus audi nos. Tunc respōdeat chorus idem: et sic de singulis vsque ad Kyrie eleison.

¶ Feria secunda. Letania.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Christe audi nos.
Pater de celis deus:
Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus.
Miserere nobis.
Spiritus sancte deus.
Miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus:
Miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et archangeli dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituū ordines. Orate pro nobis.
Sancte ioannes baptista. ora
Omnes sancti patriarche et prophete. Orate pro nobis.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte iacobe Ora pro nobis.
Sancte thoma ora.
Sancte philippe ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte matthee ora.
Sancte bartholomee ora.
Sancte simon ora.
Sancte thadee. ora.
Sancte mathia ora.
Sancte barnaba ora.
Sancte marce ora.
Sancte luca. ora.
Omnes sancti apostoli et euangeliste Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. Orate pro nobis.
Hucusqꝫ dicitur ī singulis letanijs.

¶ Feria secunda in quadragesima.

Sancte stephane ora.
Sancte line. ora.
Sancte clete ora.
Sancte clemens ora.
Sancte fabiane ora.
Sancte sebastiane ora.
Sancte cosma ora
Sancte damiane ora.
Sancte prime ora.
Sancte feliciane ora.
Sancte dionysi cum socijs tuis.
Ora pro nobis.
Sancte victor cum socijs tuis.
Ora pro nobis.
Omnes sancti martyres.
Orate pro nobis.
Sancte siluester ora.
Sancte leo ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte augustine ora.
Sancte isidore ora.
Sancte iuliane ora.
Sancte gildarde ora.
Sancte medarde ora.
Sancte albine ora.
Sancte eusebi ora.

Sancte swithune ora.
Sancte birine ora.
Omnes sancti confessores. Orate.
Omnes sancti monachi et eremite.
Orate pro nobis.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta maria egyptiaca ora.
Sancta margareta ora.
Sancta scolastica ora.
Sancta petronilla ora.
Sancta genouefa ora.
Sancta praxedis ora pro nobis
Sancta soteris ora.
Sancta prisca ora.
Sancta tecla ora.
Sancta afra ora.
Sancta editha ora.
Omnes sancte virgines. Orate.
Omnes sancti Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis dñe.
Ab omni malo. Libera nos dñe.
Ab insidijs diaboli. Libera nos do.
A damnatione perpetua. Libera.
Ab imminentibus peccatorũ nostrorum periculis. Libera nos dñe.
Ab infestationibus demonum. Libera nos domine.
A spiritu fornicationis. Libera.
Ab appetitu ĩanis glorie. Libera.
Ab omni immunditia mentis et corporis. Libera nos domine.
Ab ira & odio et omni mala voluntate. Libera nos domine.
Ab immũdis cogitationibus. Li.
A cecitate cordis. Libera nos dñe.
A fulgure et tempestate. Libera.
A subitanea et improuisa morte. Libera nos domine.
Per mysterium sancte incarnationis tue. Libera nos domine.
Per natiuitatem tuam. Libera.
Per sanctam circumcisionem tuã. Libera nos domine.
Per baptismum tuum. Libera.
Per ieiunium tuum. Libera.
Per crucem et passionem tuam. Libera nos domine.
Per preciosam mortem tuã. Libe.
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera nos domine.
Per gratiam sancti spiritus paracliti. Libera nos domine.
In hora mortis. Succurre no. do.
In die iudicij. Libera nos domine
Peccatores. Te rogam⁹ audi nos.
Ut pacem nobis dones. Te roga.
Ut misericordia & pietas tua nos custodiat. Te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam regere & defensare digneris. Te rogam⁹ audi nos.
Ut domnũ apostolicũ & oẽs gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. Te rogam⁹ audi nos.
Ut episcopos & abbates nostros in sancta religione cõseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut regi nostro & principib⁹ nostris pacẽ & veram cõcordiã atq; victoriã donare digneris. Te rog. audi nos.
Ut congregationes omnium sanctorũ in tuo seruitio conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cunctũ populũ xpianũ precioso sanguine tuo redemptũ cõseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut oĩbus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. Te ro.
Ut animas nostras et parentũ nostrorum ab eterna damnatione eripias. Te rogamus audi nos.
Ut fructus terre dare et conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut oculos misericordie tue super nos reducere digneris. Te rogam⁹.

Ut obsequium seruitutis nostre rationabile facias. Te rogam⁹ audi.
Ut mētes nostras ad celestia desideria erigas. Te rogamus au. nos.
Ut miserias pauperum ꝛ captiuorum intueri ꝛ releuare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam dones. Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te ro.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Exaudi nos domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Parce nobis domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Miserere nobis.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.
Et ne nos inducas in tenta. Sed libe.
Ostende nobis dn̄e misericordiam tuam.
Et salutare tuum da nobis.
Et veniat super nos mia tua domine.
Salutare tuum secundum eloquiū tuum.
Peccauimus cum patribus nostris.
Iniuste egimus, iniquitatem fecimus.
Dn̄e nō scd̄m pctā nostra facias nobis.
Neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
Oremus pro omni gradu ecclesie.
Sacerdotes tui induantur iustitiā, ꝛ sancti tui exultent.
Pro fratribus ꝛ sororibus nostris.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas, deus meus sperantes in te.
Pro cuncto populo christiano.
Saluum fac populum tuum domine ꝛ benedic hereditati tue: ꝛ rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum.
Domine fiat pax in virtute tua.
Et abundantia in turribus tuis.
Anime famulorum famularumqꝫ tuarum Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus cui propriū est misereri semper ꝛ parcere suscipe deprecationem nostram: vt quos delictorū catena constringit, miseratio tue pietatis absoluat. Per christum dominū nostrū. Amen.

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus: pretēde super famulos tuos pōtifices ꝛ super cūctas congregationes illis commissas spiritū gratie salutaris: et vt in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Oratio.

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis: da famulis ꝛ famulabus tuis fratrib⁹ ꝛ sororibus nostris, pro quibus tuā deprecamur clementiam, salutē mētis ꝛ corporis: vt te tota virtute diligant, et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia ꝛ iusta sunt opera, da seruis tuis illā quam mūdus dare non potest pacē: vt et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostiū sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Oratio.

Ineffabilem misericordiā tuā nobis quesumus domine clementer ostende: vt simul nos ꝛ a peccatis omnib⁹ exuas, et a penis quas pro his meremur benignus eripias.

Oratio.

Fidelium deus omniū conditor et redemptor animabus

omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Oratio.

Pietate tua quesumus domine nostrorum solue vincula omnium delictorum: et intercedente beata & gloriosa semperque virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis, nos famulos tuos et omnē populum catholicū in omni sanctitate custodi: omnesque consanguinitate ac familiaritate vel confessione nobis iunctos, seu omnes christianos a vitijs purga, virtutibus illustra. Pacē & salutē nobis tribue, hostes visibiles & inuisibiles remoue, pestem repelle, amicis & inimicis nostris charitatem largire, et omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium vitam & requiem eternā concede. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

¶ Feria tertia in quadragesima ordo martyrum. &c.

Sancte thoma ora
Sancte sixte ora
Sancte corneli ora
Sancte cypriane ora
Sancte ioannes ora
Sancte paule ora
Sancte marcelline ora
Sancte petre Ora pro nobis.
Sancte vite ora
Sancte modeste ora
Sancte adriane ora
Sancte nicasi cum socijs tuis ora
Sanctē eustachi cū socijs tuis ora
Omnes sancti martyres orate
Sancte gregori ora
Sancte augustine ora
Sancte ambrosi ora
Sancte remigi. ora
Sancte donatiane. ora
Sancte eligi. ora
Sancte audomare ora
Sancte sulpici Ora pro nobis.
Sancte paterne ora
Sancte patrici ora
Sancte dunstane ora
Sancte grimbalde ora
Omnes sancti confessores. Orate.
Omnes sancti monachi & eremite: Orate pro nobis.
Sancta felicitas ora
Sancta perpetua ora
Sancta columba ora
Sancta christina. Ora pro nobis
Sancta eulalia ora
Sancta eufemia ora
Sancta eugenia ora
Sancta gertrudis ora
Sancta ragenfledis ora
Sancta batildis Ora pro nobis.
Sancta anastasia ora
Sancta etheldreda ora
Omnes sancte virgines Orate
Omnes sancti Orate pro nobis
Propitius esto. Parce nobis dn̄e
Ab omni malo. Libera nos dn̄e
Ab insidijs diaboli. Libe. nos do.
A dānatione ppetua. Lib. nos do.
Ab imminētibus peccatorum nostrorum. & cetera vt supra.

¶ Feria quarta in. xl.

Sancte laurenti ora
Sancte tyburti ora
Sancte valeriane ora
Sancte prothe ora
Sancte hyacinthe. Ora pro nobis
Sancte abdon ora
Sancte sennes ora
Sancte timothee ora
Sancte apollinaris ora
Sancte saturnine ora

Sancte mauricii cū socijs tuis or.
Sancte gereon cū socijs tuis or.
Omnes sancti martyres. Orate.
Sancte hilari or.
Sancte martine or.
Sancte brici or.
Sancte amande or.
Sancte vedaste ora pro nobis
Sancte germane or.
Sancte ausberte or.
Sancte vvlfrane or.
Sancte arnulphe or.
Sancte syluine ora pro nobis.
Sancte taurine or.
Sancte cuthberte or.
Omnes sancti confessores.
Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et eremite.
Orate pro nobis.
Sancta agatha or.
Sancta susanna or.
Sancta brigida or.
Sancta barbara ora pro nobis
Sancta marina or.
Sancta martina or.
Sancta felicula ora pro nobis
Sancta iulita ora.
Sancta sapientia ora.
Sancta fides ora.
Sancta spes ora.
Sancta charitas ora.
Omnes sancte virgines. Orate.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis dñe.
Ab omni malo. Libera. &c. vt sup.

¶ Feria quinta in. xl.

Sancte vincenti ora.
Sancte geruasi ora.
Sancte prothasi ora.
Sancte timothee ora.
Sancte symphoriane ora pro.
Sancte felicissime ora.
Sancte agapite ora.

Sancte albane ora
Sancte gorgoni ora.
Sancte achilee ora
Sctē hippolyte cū sociis tuis ora.
Sancte luciane cū sociis tuis ora
Omnes sancti martyres. Orate.
Sancte nicolae ora.
Sancte audoene ora
Sancte romane ora.
Sancte laude ora.
Sancte machute ora.
Sancte sanson ora.
Sancte placide ora.
Sancte columbane ora.
Sancte antoni ora pro nobis.
Sancte machari. ora.
Sancte richarde ora.
Sancte ethelvvolde ora.
Omnes sancti confessores orate.
Omnes sancti monachi & eremite.
Orate pro nobis.
Sancta cecilia ora.
Sancta fides ora.
Sancta austreberta ora.
Sancta emerentiana ora.
Sancta potentiana ora.
Sancta opportuna ora.
Sancta sophia ora.
Sancta iuliana ora pro nobis.
Sancta beatrix ora
Sancta crescentia ora.
Sancta vvalburgis ora.
Sancta ermenildis ora.
Omnes sancte virgines. Orate.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce. &c. vt sup.

¶ Feria sexta in. xl.

Sancte quintine ora.
Sancte christofore ora
Sancte lamberte ora.
Sancte georgi ora pro nobis.
Sancte marcelle ora.
Sancte theodore ora.

Sancte valentine oꝛa.
Sancte chꝛiſogone oꝛa.
Sancte felix oꝛa.
Sancte adaucte oꝛa.
Sctē bonifaci cū ſociis tuis oꝛa.
Sancte kyliane cū ſociis tuis oꝛa.
Omnes ſancti martyꝛes oꝛate.
Sancte benedicte oꝛa.
Sancte maure oꝛa
Sancte maiole oꝛa.
Sancte egidi oꝛa.
Sancte vvandꝛegiſille oꝛa.
Sancte vvolmare oꝛa.
Sancte philiberte oꝛa.
Sancte bertine oꝛa.
Sancte vvinnoce oꝛa.
Sancte iudoce oꝛa,
Sancte petroce oꝛa.
Sancte botulphe oꝛa.
Omnes ſancti confeſſoꝛes oꝛate.
Omnes ſancti monachi ⁊ eremite
Oꝛate pꝛo nobis.
Sancta lucia oꝛa
Sancta katherina oꝛa.
Sancta ſabina oꝛa.
Sancta iuſtina oꝛa.
Sancta eufraxia oꝛa.
Sancta fauſta oꝛa.
Sancta monegundis oꝛa.
Sancta aldegundis oꝛa.
Sancta radegundis oꝛa.
Sancta pientia oꝛa.
Sancta benigna oꝛa
Sancta vvalburgis oꝛa.
Omnes ſancte virgines oꝛate.
Omnes ſancti oꝛate.
Pꝛopiti⁹ eſto. Parce. ⁊c. vt ſupꝛa.
¶ Sabbato in quadꝛageſima.
Sancte calixte oꝛa.
Sancte vꝛbane oꝛa.
Sancte magne oꝛa.
Sancte menna oꝛa.
Sancte rufe oꝛa.
Sancte valeri oꝛa.
Sancte pꝛoceſſe oꝛa.
Sancte martiniane oꝛa.
Sancte marce. oꝛa.
Sancte marcelline oꝛa.
Sancte goꝛdiane cum ſociis tuis
Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte pancrati cum ſociis tuis.
Oꝛa pꝛo nobis.
Omnes ſancti martyꝛes. Oꝛate.
Sancte aldelme oꝛa.
Sancte aniane oꝛa.
Sancte euurci oꝛa.
Sancte baſili oꝛa.
Sancte maurili oꝛa.
Sancte germane oꝛa.
Sancte auſberte oꝛa.
Sancte mammerte oꝛa.
Sancte vvilbꝛoꝛde oꝛa.
Sancte leonarde oꝛa.
Sancte athanaſi oꝛa.
Sancte oſvvalde oꝛa.
Omnes ſancti confeſſoꝛes
Oꝛate pꝛo nobis.
Omnes ſancti monachi et eremite
Oꝛate pꝛo nobis.
Sancta agnes oꝛa.
Sancta benedicta oꝛa.
Sancta martha oꝛa.
Sancta helena oꝛa.
Sancta eupꝛepia oꝛa.
Sancta candida oꝛa.
Sancta baſiliſſa oꝛa.
Sancta balbina oꝛa.
Sancta vꝛſula oꝛa.
Sancta victoꝛia oꝛa.
Sancta coꝛona oꝛa.
Sancta ſexburgis oꝛa
Omnes ſancte virgines.
Oꝛate pꝛo nobis.
Omnes ſancti Oꝛate pꝛo nobis
Pꝛopiti⁹ eſto. Parce. ⁊c. vt ſupꝛa.
Finit pſalterium ad vſum Sar.

¶ In vigi. mortuorum. ad vespe. an.



Placebo dño in regione vivorum. ps. Dilexi qm exaudiet dñs vlti. vsus huius psal. scilicet Placebo. nõ psallatur: sed stati loco añ. cãtetur scdm vsum saru. an. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. ps. Ad dñm cum tribularer. añ. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dñs. ps. Leuaui oculos meos. Añа. Si iniquitates abseruaueris dñe: domine quis sustinebit: ps. De profundis clamaui ad te. añ. Opera manuũ tuarũ domine ne despicias. ps. Confitebor tibi. Vs. A porta inferi. añ. Audiui vocem de celo dicentẽ: beati mortui qui in domino moriũtur. ps. Magñ. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. et Aue maria. Deinde sine pronunciatione. Et ne nos inducas. Dicatur ps. Lauda aĩa mea dñm. Finito psal. dicat executor officij versum. Requiẽ eternam dona eis domine. Rm. Et lux per. A porta inferi. Erue domine. Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Pro corpore presenti cuiuscunqz fuerit dicitur ista oratio tam ad Placebo. quam ad Dirige. Oratio maior.

Ibidē Liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempoꝛe iniquo: pꝛopterea confiteboꝛ ⁊ laudem dicam nomini tuo dn̄e deus meus. ℟. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℣ꝰ. Deus in medio eius non commouebitur. Deus vultu. Gloꝛia pa. Adiuuabit. ℣ꝰ. Adducentur regi virgines. Ad secūdas vesperas āñ. Hec est virgo sapiens. ps̄ feř. cp̄m. Domine deus meus. Hyꝰ. Jesu coꝛona virg. ℣. Adducentur regi virgines. āñ. Simile est regnum celoꝝ homini negociatoꝛi querēti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. psal. Magnificat. Oꝛatio vt supꝛa. Itē alia cap. vnius virginis et marty. ⁊ dicantur cum capitulis supꝛa scriptis alternis vicibus per hebdom̄. Ita tamē ꝙ in pꝛimis dicatur cap. Domine deus. nisi in festo sancte agnetis, sancte agathe et sancte catherine: in his festis dicitur capitulum. Confiteboꝛ tibi domine. ¶ Ad vtrasqꝫ vesperas et ad matutinas et ad tertiam. Capitulum.

Confiteboꝛ tibi domine rex: ⁊ collaudabo te deum saluatoꝛem meum: confiteboꝛ nomini tuo quoniam adiutoꝛ et ꝓtectoꝛ factus es mihi, et liberasti coꝛpus meum a perditione. ¶ Ad sextā capitulum. Eccli vlti.

Laudabit vsque ad moꝛtem anima mea dominum: ⁊ vita mea appꝛopinquans erat in inferno deoꝛsum. Deo gratias. ¶ Ad nonam capitulum. Liberasti. Ibidē

¶ In natali vniꝰ virginis non martyꝛis ad vtrasqꝫ vesperas, etiam ad matutinas ⁊ ad tertiam. Capitulū.

Qui gloꝛiatur, in dn̄o gloꝛietur: nō enim qui seipsum cōmendat ille pꝛobatus est: sed quem deus cōmendat. Hymnꝰ. Virginis pꝛoles. Huius obtentu. Gloꝛia. ℣ꝰ. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea. āñ. Simile est regnum celoꝛum sagene. ⁊c. psal. Magnificat. Oꝛatio. 2. coꝛ 10.

Omnipotens sempiterne deus auctoꝛ virtutis et amatoꝛ virginitatis: da nobis quesumus sancte N. virginis tue tibi placitis meritis commendari, cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per dominū nostrum iesum chꝛistum. Cetera omnia ad vtrasqꝫ vesperas et ad matutinas et ad alias hoꝛas vt supꝛa in histoꝛia vnius virginis et martyꝛis, cum ista oꝛatione Omnipotens sempiterne deus. Ad matutinas inuitatoꝛium vt supꝛa.

hy⁹. Virginis ples. Huius obtētu. Glia pa. asie vt s. ix. lec. fiant. Lec. j.

Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas, exierūt obuiam sponso et sponse, dicit dominus. Iste quinqz et quinqz virgines: omnes oīno sunt anime christianorum. Sed vt dicam⁹ vobis qđ deo inspirātē sentimus: nō qualescūqz anime, sed tales anime que habent catholicam fidem, et habere videntur bona opera in ecclesia dei. Et tamen ex ipsis quinqz sunt prudētes, et quinqz fatue. Lectio secunda.

Quare ergo appellate sūt quinque et quare virgines, prius videamus: et deinde cetera consideremus. Omnis anima in corpore ideo quinario numero cēsetur: quia quinque sensibus vtitur. Nihil est enim quo sentimus ex corpore, nisi ianua quincupertita aut videndo, aut audiendo, aut odorādo, aut gustando, aut tangēdo. Lectio tertia.

Qui ergo se abstinet ab illicito visu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustu, ab illicito tactu: propter istam integritatem, virginis nomen accipit. Si bonum est abstinere ab illicitis sentiendi motib⁹: et ideo vnaqueqz anima christiana virginis nomen habet: quare quinque admittuntur, et quinque repelluntur? Palam est qr virgines sunt, et lampades habent.

Lectio quarta.

Virgines: propter abstinentiam ab illicitis sensibus. Lampades habētes, propter opera bona: de quibus operib⁹ dñs dicit. Luceant opera vestra coram hominibus: vt videāt bona facta vestra et glorificent patrē vestrū qui in celis est. Item discipulis dicit dominus. Sint lumbi vestri accincti: et lucerne ardentes. In lumbis accinctis virginitas, in lucernis ardentibus opera bona. Lectio quinta.

Non solet dici v̄ginitas vtiqz in cōiugatis: tamen etiam ibi est fidei virginitas, que exhibet pudicitiam cōiugalem. Nam et nouerit sanctitas vestra non importune secundū animā et secūdum integritatem fidei (qua etiam fide ab illicitis abstinet, et bona opera sunt) vnūquēqz vel vnāquāqz animā virginem dici. Tota ecclesia que constat ex virginibus, et pueris, et maritatis feminis, et vxoratis viris: vno nomine v̄go est appellata. Vnde hoc pbamus? Apostolum audi dicentem: non solis sanctimonialibus, sed vniuersali prsus ecclesie. Despōsaui vos vni viro virginem castam exhibere christo. Lectio. vj.

Et quia huius virginitatis corruptor diabolus cauēdus est: continue ipse apostolus cum dixisset (despōsaui vos vni viro virgīnē castā exhibere christo) adiunxit et ait. Timeo autē ne sicut serpēs euā seduxit in versutia sua: sic et vestri sensus corrūpantur a castitate que est in xpo. In corpore virginitatem pauci habēt: in corde omnes habere debent. Secundum Mattheum.

In illo tpe. Dixit iesus disci- Cap.
pulis suis parabolā hāc. Si- 25. A
mile est regnum celorū decem virginibus: que accipiētes lāpades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Et reliqua. Homelia beati gregorij pape de eadem lec. Lectio septima.

Sepe vos fratres charissimi ad-

moneo prava opera fugere: mundi huius inquinamẽta devitare. Sed hodierna scti evãgelij lectione compellor vobis dicere: ut et bona q̃ agitis cũ magna cautela timeatis. Ne per hoc qđ a vobis rectũ geritur: favor aut humana gratia requiratur. Ne appetitus laudis subrepat: et quod foris ostẽditur, intus ab eterna mercede vacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, et omnes dicũtur virgines: sed tamen intra beatitudinis ianuam nõ omnes recepte sunt. Quia earũ quedã dum de virginitate sua gloriam foris expetunt: in vasis suis oleũ habere noluerunt. Lectio octava.

Prius querendum nobis est, quid sit celorũ regnum: aut cur decem virginib9 cõparetur: que etiam prudẽtes virgines, et que fatue dicuntur. Cum enim regnũ celorum cõstat quia reproborum nullus ingreditur: etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciẽdum est q̄ sepe in sacro eloquio regnum celorũ presentis temporis ecclesia dicitur, de quo alio in loco dominus dicit. Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala. Neq3 enim in illo regno btitudinis in quo pax summa est: inveniri scandala poterunt que colligantur. Unde et rursum dicit. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autẽ fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Lec. ix.

Mandatũ solvit et docet: quando hoc quisq3 voce predicat: quod vivendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis pervenire non valet: qui non vult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo minimus vocabitur, qui ad hoc nullo modo intrare permittetur? Quid itaq3 per hanc sententiam, nisi presens ecclesia celorũ regnũ dicitur? In qua doctor q̃ mandatum solverit minim9 vocabitur: quia cuius vita despicitur, restat ut eius predicatio cõtemnatur. V. Ora pro nobis beata R. In laudibus aña.

Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem invenit. Ps. Dominus regnavit. ãn. Hec est virgo sapiẽs et una. Ec. psal. Jubilate deo omnis terra. ãn. Hec est virgo sancta. Ps. Deus de9 meus. aña. Benedico te pater. Ps. Benedicite omnia opera. ãn. Veni sponsa christi. Ps. Laudate dominum de celis. Capitulum. Qui gloriatur. Hymnus. Jesu corona virginum. Vs9. Adducentur regi virgines post eam. R. Proxime eius afferentur tibi. ãn. Veniente sponso. Ps. Benedictus dominus. Oratio ut supra. Ad. j. ãn. Hec est virgo sapiẽs. Ps. Deus in nomine. Ad. iij. ãn. Hec est virgo sapiens et una. Ps. Legem po. cpm. Qui gloriatur. R. Diffusa est. V. Propterea. V9. Specie tua. Orationes ut supra in cõmuni unius virginis et marty. ad omnes horas dicuntur. Ad sextam ãn. Hec est virgo. Ps. Defecit. Capitulum.

Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. Ad nonam aña. Veni sponsa. Ps. Mirabilia. Capitulum. 2. cor. 11.

Sapiẽtia vincit malitiam: attingit ergo a fine usq3 ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Deo gras. R. V. et oro ut s.

¶ In natali plurimarū virginum. Ad vesp. añe et p̄s fer. Capitulum.

Sap. 4. A O Q̄ pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam et apud deum nota est, et apud homines. Hymnus. Jesu corona. ℣ Adducentur regi. ān. Simile est regnum celorum sagene. psal. Magnificat. Oro. plurimarum virginū et martyrum.

Deus q̄ humanū gen⁹ vt ad confessionē tui nōis ꝓuocares, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: p̄sta q̄s vt ecclesia tua hoc exēplo commonita, nec pati ꝓ te metuat, vt celestis premij gloriam concupiscat. Per dominū.

¶ Item alia oratio plurimarū virginum non martyrum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui nos idoneos non esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignum est exorādum: fac quesumus sanctas virgines tuas N. et N. pro nostris interuenire peccatis, quarū meritis nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Ad matu. Inui. Regem virginum dominum. Uenite adoremus. p̄s. Uenite. hy⁹ Jesu corona virg. Sup p̄os hec sola ān. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate. p̄s. Dn̄e dn̄s noster. et oēs p̄s vnius virginis et mar. ℣⁹ Adducentur. Lectio. j.

Mat. 25. A Interrogatus dn̄s a discipulis de consummatione seculi: inter multa que locutus est, parabolam quoq; dixit de decē virginibus, bonorum et malorum discretionem significātibus, quarum quinq; admittuntur, et quinque excluduntur. Uidentur itaq; mihi quinq; virgines significare quincupertitam cōtinentiam a carnis illecebris. Rm.

1 Audiui vocē de celo veniētem: venite oēs virgines sapientissime. Oleū recondite in vasis vestris dum sponsus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Oleum re. Lectio secunda.

Continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum, a voluptate aurium, et a voluptate olfaciendi, gustandi, siue tangendi. Sed quia ista cōtinētia: partim coram deo fit vt illi placeatur in interiori gaudio conscientie: partim coram hominibus tātū, vt gloria humana capiatur: quinq; dicuntur sapiētes et quinq; stulte. Utreq; tn̄ virgines: q2 vtraq; continentia. est: q̄uis diuerso fomite gaudeat.

2 ℟. Feliciter virgines vincunt mundum. Que post victoriam vinci non norunt. ℣. Beate de prelio redeunt, et hostē victrices moriendo deuincunt. Que post. Lec. iij.

Lampades autem que manibus portantur: opera sunt q̄ secundū istam continentiam fiunt. Dictum est enim. Luceant opera vestra coram hominibus. Omnes vero acceperunt lampades suas, et venerunt obuiam sponso et sponse. Intelligendum est ergo christi nomine cēseri, de quibus agitur. Non enī possunt qui christiani non sunt: sponso christo venire obuiam. ℟.

3 Innumerabilis virginū chorus spreta liberorū propagine. Dum sponso qui in celis est perenni mēte, Actu et habitu applicari maluit. ℣. Ecce florentem mundum despectu mētis calcauit. Dum spon. Gloria patri. Actu. ℟⁹. Media nocte clamor fact⁹ est. ℟ Ecce sponsus venit exite obuiam ei. In laudibus hec sola āña.

Uirgines sancte dei orate pro nobis: vt scelerum veniam per vos accipere mereamur. p̄s. Dominus regnauit. et cet.

pi consueti.cap. O ꝙ pulchra. Hy⁹. Rex gloriose martyrum. totus hy⁹ dicatur. per omnia sicut in cõi hist. plurimoꝝ mar. ℣. Mirabilis de⁹ in sanctis suis. ãn. Simile est regnũ celoꝝ decẽ virginibus: que accipiẽtes lãpades suas, exierũt obuiã sponso ⁊ sponse. ps. Bñdictus. oro vt s. Ad. j. ãn. Virgines sctẽ. ps. Deus in no. Ad. iij. ãn. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiã ei. ps. Legẽ pone. cp. O ꝙ pulchra. ℟. Adducentur regi virgines Post eam. ℣. Proxime eius afferẽtur tibi. Post eã. Gloria pa. Adducẽtur. ℣. Media nocte clamor fact⁹ est. oro vt s. Ad. vj. ãn. Prudẽtes virgines acceperũt oleum in vasis suis cũ lãpadibus. ps. Defecit. cp. Emuloꝝ eñi vos. ℟. Media nocte Clamor factus est. ℣. Ecce sponsus venit exite obuiam ei. Clamor fa. Gloria pa. Media. ℣. Prudentes virgines. Oratio vt supra. Ad. ix. ãn. Tunc surrexerũt oẽs virgines ille, et ornauerũt lãpades suas. ps. Mirabilia. cp. m. Sapientia vincit ma. ℟. Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis Cum lampadibus. ℣. Et exierunt obuiã sponso ⁊ sponse. Cum lampa. Gloria patri. Prudentes. ℣. Adducẽtur regi virg. Oro vt supra.

¶ In natali vnius matrone nõ secundum Saꝝ. Ad primas vespas super psalmos fer. ãn. Simile est regnum celorum sagene. Capitulum.

puer. vlt. B Mulierem fortem quis inueniet? procul, et de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri sui, et spoliis nõ indigebit. Hy⁹. Huius obtentu. Gloria patri. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ãña. Aĩa mea liq̃facta est vt dilect⁹ locutus est: quesiui et nõ inueni illũ: vocaui ⁊ non respõdit mihi: inuenerunt me custodes ciuitatis: percusserũt me ⁊ vulnerauerũt me: tulerunt pallium meum custodes muroꝝ, filie hierusalẽ nunciate dilecto quia amore langueo. ps. Magnificat. Oratio.

Deus omnium creator et rector, qui hodiernã diem in beate N. festiuitate nobis exultabilem fecisti: presta quesum⁹ vt ipsius apud te interuenientibus meritis, ab omnibus mereamur absolui peccatis. Per dominum. Ad matu. Inuita. Christum venerantes deum adoremus regem regum. Qui in celis N. palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. Hy⁹. Huius obtentu. Gloria patri. In. j. noc. ãn. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra oculi tui columbarũ. ps. Dñe dñs noster. ãn. Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. ps. Celi enarrant. ãn. Fauus distillans labia tua sponsa, ⁊ odor vestimẽtorum tuorum sicut odor thuris. ps. Dñi est terra. ℣⁹. Diffusa est gratia in labiis tuis. Lectiones vt in festis earũ. ℟. Diffusa est gratia in labiis. ℟. Propter veritatem. ℟. Dilexisti iustitiam. In. ij. noct. ãn. Emissiones tue paradisus maloꝝ punicorum cum pomoꝝ fructibus. ps. Eructauit cor meum. ãn. Fons hortoꝝ, puteus aquarũ viuentiũ: que fluunt impetu de libano. ps. Deus noster refug. ãn. Venit dilectus me⁹ in hortũ suũ vt comedat fructũ pomorum suorum. ps. Fũdamenta. ℣⁹. Specie tua et pulchritudine tua. ℟. Ista est speciosa inter filias hierusalem: sicut vidistis eam plenam charitate et dilectiõe. In cubilib⁹ et i hortis aromatum. ℣. Ista est que ascendit de deserto: delitiis affluens. In cubilib⁹ et in hortis. ℟m. Veni electa. ℟. Audi filia. In tertio octurno. ãn. Veni in hortũ meũ soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis. ps. Cãtate domino. j. ãn. Comedi fauũ cũ melle meo:

bibi vinum cum lacte meo. ps. Domi-
nus regnauit exultet terra. an. Ta-
lis est dilectus meus: et ipse est amicus
meus filie hierusalem. ps. Cantate. ij.
V. Adiuuabit eam deus vultu suo. R.
Induit me dominus. R. Accinxit beata
N. fortitudine lumbos suos et roborauit
brachium suum. Ideoque lucerna eius non
extinguetur in sempiternum. Vsus. Gu-
stauit et vidit quia bona est negociatio sa
pientie dei. Ideoque lucerna eius. R. Re-
gnum mundi. Vsus. Ora pro nobis.

¶ In laudibus antiphona.

1 Unguentum effusum nomen tuum: ideo
adolescentule dilexerunt te nimis. psal.
Dominus regnauit decorem. an.
2 Leua eius sub capite meo: et dextera eius
amplexabitur me. psal. Jubilate deo
3 omnis terra: seruite. an. Dum esset rex
in accubitu suo: nardus mea dedit odorem
suauitatis. ps. Deus deus meus. an. Iam
4 enim hyems transiit: imber abiit et reces-
sit. psal. Benedicite omnia opera. an.
5 Sicut malum inter ligna syluarum: sic ami
ca mea inter filias. psal. Laudate do-
minum de celis. Capitulum. Mulie-
rem fortem. Hymnus. Ad sacrum
cuius. Unde nunc noster. Sit la-
lus illi. Vsus. Elegit eam deus et preele
git eam. R. Et habitare eam facit in ta-
bernaculo suo. an. Simile est regnum ce-
lorum homini negociatori querenti bonas
margaritas: inuenta vna preciosa marga-
rita dedit omnia sua et comparauit eam. ps.
Benedictus dominus deus israel.
Vel an. Anima mea liquefacta est. Ora
tio vt supra. ¶ Ad primam an. Un
guentum effusum. psal. Deus in no-
mine tuo. ¶ Ad tertiam an. Leua eius.
psal. Legem pone. Capitulum. Mu
lierem fortem. R. ia et versus vt su-
pra vnius virginis et martyris.
¶ Ad sextam antiphona. Dum esset
rex. ps. Defecit. Capitulum. Pro.
Accinxit fortitudine lumbos vi. C.
suos: et roborauit brachium
suum: gustauit et vidit quoniam bo
na est negociatio eius: non extingue
tur in nocte lucerna eius. ¶ Ad no
nam antiphona. Sicut malum. psal.
Mirabilia testimonia. Capitulum
Mulier timens deum ipsa lau- Pro.
dabitur: date ei de fructu ma- vi. D.
nuum suarum, et laudent eam in por-
tis opera eius. Oratio vt supra ad
primas vesperas. Ad secundas ve-
speras an. Unguentum effusum. Psal
mi feriales. Capitulum. Mulierem
fortem. Hymnus. Ad sacrum cuius.
Vsus. Adducentur. an. Laus tibi christe
redemptor piissime qui tantam sancte N.
dedisti gloriam: vt te sponsum amans tuum
membrum fieret eius clementia nos pre-
catu per eum conserua. Psalmus. Ma
gnificat. Vel an. Descendi in hortum.
Oratio vt supra.

¶ Explicit commune san-
ctorum et sanctarum.

¶ Translatio sancti cedde semper
celebratur in dominica prima an-
te festum ascensionis domini: et fiat
seruitium hoc modo. Ad primas ve-
speras antiphona. Germanorum. psal
mi feriales. Capitulum. Ecce sacer-
dos. R. O pastor. absque prosa. Hymnus.
Iste confessor. V. Tristitia. an. Sis
pro nobis. ps. Magnificat. Oratio.
Deus qui nobis translatio-
nem beati cedde confessoris
tui atque pontificis celebrare conce-
dis: te supplices exoramus, vt eius

meritis et precibus a vitiis ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate. Per omnia. Memoria de sancto si habeatur sub silentio: nisi duplex festum fuerit, deinde de dominica. ¶ Ad matutinas. Inuitato. In qua viget. Deinde dicuntur. iij. an̄e. cum. iij. psalmis primi noctur. Lectio sancti euangelij. Secundum Joannem.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Et reliqua.

Omelia sancti Augustini episcopi.

De sancto euāgelio presenti tempore consonantem similitudinem audistis, de iis q̄ operant̄ in vinea. Est enim modo tempus vindemie temporalis: est autem et spiritualis vindemie: vbi deus gaudet ad fructum vinee sue. Colimus enim deū: et colit nos deus. Sed nō sic deum colimus: vt nos eum meliorem faciamus. Colimus enim eum adorādo, nos arando. Ille autem colit nos, tanquam agricola agrum. Quod ergo ille nos colit meliores nos reddit: quia et agricola agrum, colendo facit meliorem. Et ipsum fructum in nobis querit, vt eum colamus. Cultura ipsius est in nos quod non cessat verbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris. Aperire cor nostrum tanquam aratro sermonis: plantare semina preceptorum, expectare fructum pietatis. Cum enim culturam acceperimus in cor nostrum vt eum bene colamus, non existimus ingrati agricole nostro, sed fructum reddimus quo gaudeat. Et fructus noster nō illum ditiorem facit: sed nos beatiores. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. ℟. Hunc quem magnum reddit auctoritas.

¶ Lectio secunda de proprietate.

Obiit autem sanctus Cedda anno sexcentesimo septuagesimo ab incarnatione domini: sexto die nonarum martiarum. Et sepultus est primo quidem iuxta ecclesiam sancte Marie: sed postmodum constructa ibidem ecclesia beatissimi apostolorum principis petri: in eandē sunt eius ossa translata. In quovtroq3 loco ad iudicium virtutis illius: solent celebria sanitatum miracula fieri. Denique nuper freneticus quidam dum per cūcta errando discurreret: deuenit ibi vespere nescientibus siue non curantibus loci custodibus. Et ibi tota nocte requiescens: mane sanato sensu egressus: mirantibus et gaudentibus cunctis quid ibi sanitatis domino largiente consequeretur, ostendit. Tu autem domine miserere nostri. ℟. Hic legati. Lectio tertia.

Est autem locus eiusdem sepulchri tumba lignea in modum domuncule facta coopertus. Habentis foramen in pariete: per quod solent hi qui causa deuotiōis illic adueniunt manum suam immittere, ac partem pulueris īde assumere. Quam cum in aquis miserint, atque has infirmantibus iumentis siue hominibus gustandas

dederint: mox infirmitatis ablata molestia, cupite sospitatis gaudia reuehūt. ℟. Pie pastor. absq3 prosa. ℣. Ora pro nobis. In laudibus. aña. Claustri clausus, et cetere antiphone. capitulum vt supra. Hymnus. Jesu redemptor. ℣. Gaudete. ān. Presul pie. require hec omnia in festo sancti cedde. ps. Benedictus dominus. Oratio vt supra: memoria de dominica et de resurrectione sub silentio. Ad primam et ad alias horas antiphone & capitula sicut in alio festo cum ℟. de communi paschalis temporis: et oratio. Deus qui nobis. vt supra. Ad secūdas vesperas. antiphona. Claustri clausus. psalmi feriales. capitulum vt supra. ℟. Pie pastor. Hymnus. Jesu redemptor. ℣. Gaudete. ā. Sis pro nobis. Psalm⁹. Magnificat anima. Oratio. Deus qui nobis. vt supra. In commemoratione sancte Etheldrede virginis nō martyris elien. diocesis. Oratio.

Deus qui eximie castitatis priuilegio sanctissimam virginem etheldredā multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis vt sicut eius commemoratio nobiscum agitur in terris: ita per eius interuentū nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum. Cetera vnius virginis non martyris. Lectio prima.

In presentis vite et fluctuantis seculi naufragio constituti: ad tui portum presidij confugimus virgo piissima atque celeberrima Etheldreda: vt tue circa nos pietatis sentiamus viscera, qui de tua iugiter gratulamur presentia. Respice igitur pia mater et domina pio intuitu ad exiguum (sed deuotum) nostri famulatus obsequium. Et quos premit humane fragilitatis immensitas, tue virginitatis (que sponso virginum placuit) releuet ac sustentet veneranda sublimitas. Credimus enim atque confidimus te ab eodem spōso tuo qui speciem tuam concupiuit, quicquid petieris impetrare: quam in thalamo regis eterni collocatā cum virginum choris de palma virginitatis certum est exultare. Lectio secūda.

Succurre domina, succurre mater misericordissima etheldreda nostre miserie. Suffragiis precum tuarum: scelerum nostrorum maculas absterge. Tibique famulantes tales effice: vt tue integritati pure valeant deseruire. Gregi tuo tue sollicitudinis atque protectionis semper assit custodia: vt sicut tui sacratissimi corporis incorruptione iugiter gaudemus atque presentia, sic et de tua subuentione gaudeamus assidua. Protege itaque mater filios: domina seruos, vt qui se tue memorie ac venerationi profitentur obnoxios: tue largitatis et pietatis bñficia se gratulentur adeptos. Lectio tertia.

Respice benignissima virgo etheldreda ad nostras angustias quas nostris meritis sustinemus: et per tue sanctitatis merita et intercessiones, et iram iudicis placa quem offendimus: et veniam impetra quam non meruimus. Tuis precibus ad misericordiam inclina iustitiam districti (sed iusti) examinis: q2 agni qui sponsus est virginum vestigia quocunque ierit virgo sequeris. Representa q̄sum⁹

superne clemẽtie gemitus nostros atq3 suspiria : vt diuine miserationis per te suscipiamus incrementa. Quo tecũ in eternum gaudere mereamur: te petente, illo largiẽte qui te itegritatis coronauit gloria : per cuncta seculorum secula amen.

Cetera de communi vnius virginis non martyris.

¶ In cõmem. scti thome marty. Ad vesp. ãn. Iste sanctus. Cp. Ois põtifex. Hy9. Martyr dei. Vl9. Gloria et hono. ãn. Pastor celsus. ps. Magnifi. Oro.

DEus pro cuius ecclesia gloriosus põtifex thomas gladiis impiorum occubuit: presta quesumus vt oẽs qui ei9 implorãt auxilium: petitionis sue salutarẽ consequantur effectũ. Per dominum.

Memo. de aliquo sancto si habeat.

¶ Ad matutinas Inuitatorium. Adest thome martyris meoria, Virgo mater iubilat ecclesia. ps. Venite. hymn9. Martyr dei. ãn. Sũmo sacerdotio. ps. Btũs vir. &c. prout in fes. eiusdẽ natalis dñi: et trãslatiõis eiusdẽ sunt notata. V. Gloria et honore. Lectio. j.

DOrmiente cũ patribus suis in senectute bona felicis memorie theobaldo archiepiscopo: thomas cantuariensis archidiaconus in archiepiscopum et primatem totius anglie in nomine sancte trinitatis solenniter eligitur: et postmodum consecratur. Inerat autẽ piis mentibus spes firma et fiducia in dño, q idem consecratus vtriusque hominis habitu mutato, moribus melioratus presideret. Probatissimum siquidem tenebatur sedem illam sedẽ sanctorum esse: sanctũ recipere, aut sanctũ facere, vel citius et facile indignum abiicere. Quod et in btõ thoma martyre impletũ est. R.
Studẽs liuor thome supplicio: thome ge- 1
nus dãnat exilio. Tota simul exit cognatio. In tpe pascha. alla. V. Ordo sexus etas conditio: nullo gaudet et hic priuilegio. Tota simul exit cognatio. Lectio scda.

PRomotus ergo electus dei pontifex, sacreq3 vnctionis sanctificatione delibutus: e uestigio rem sacramẽti est adeptus. Et multiplici sancti spiritus gratia repletus : ambulãs in nouitate vite nouus homo mutatus est in virũ alterum: cuius opera in melius conuersa sunt. In tanta autem gratia sacrauit sui presulatus primordia: vt indutus sed clanculo monachili schemate, monachi adipleret opus
et meritũ. R. Thomas manũ mittit ad 2
fortia, spernit dãna, spnit opprobria. Nulla thomã frangit iniuria. In tpe pasch. alla. V. Clamat cunctis thome cõstantia: omne solum est forti patria. Nulla thomã frangit iniuria. Lectio tertia.

ET qui exẽplo baptiste cũ constantie zelum iustitie perfecte conceperat in corde: parificari ei quoq3 studuit in veste penitentie. Reiecta nãq3 sindone qua hacten9 dum mollia regũ blandirentur vti cõsueuerat, cilicio asperrimo super nudum vestiebatur. Addidit etiam femoralia cilicina: vt arctius carnẽ mortificaret et spiritũ viuificaret. Hec autem sicut et alia spũalis vite exercitio, superindutus aliis vestibus (paucis admodum consciis) oculis et notitie hominũ eximebat: quia non ab homine, sed a deo gloriam querebat. R. Iacet granum op- 3
pressum palea: iustus cesus prauorũ framea. Celum domo commutans lutea. In tẽpore paschali. Alleluia alleluia. V9.

cadit custos vitis i vinea dux in castris, cultor in area. Celum. Gloria. Celum. V. Ora pro nobis beate thoma. In laudi. vna tãtũ antiphona. Cetera prout in festo eiusdem natalis domini, et translationis eiusdem sunt notata preter antiphonã. Ad primã super psalmum Quicunqz. que erit. Te inte laudãt. Tamen in tẽpore pascha. quando de hac cõmemoratione sancti thome fit seruitium. Ad vespas super psalmos ãn. Lux perpetua minor. Psalmi feriales. Caplm. Omnis pontifex. Hymnus. Martyr dei qui vnicũ. In fine hym. dicit Quesumus auctor omnium. et Gloria tibi domine qui surrexisti. V. Tristitia vestra. ãn. Pastor cesus. C finiatur cum Alleluia. ps. Magnificat. Oro. Deus p cuius. Completorium de temporali non mutatur. Ad matutinas inuitatorium. Adest thome et finiatur cum Alleluia. psal. Venite. Hymnus. Martyr dei. sup psalmos dicitur hec sola ana Summo sacerdocio et finiatur cum Alleluia. Psalmi Beatus vir. Quare fremuerũt. Domine quid multiplicati. V. Tristitia vestra. Hi predicti psalmi cum predicta ãn. et V. dicuntur quotiescunqz de hac commemo. tempore pascha. dicitur. Et non dicuntur alij psal. nec alia antiphona, nec alius V. Lect. et R. sicut prius. Ante laudes V. Vox letitie. In laudibus hec sola ãn. Granum cadit. et finiatur cum Alleluia. ps. Dominus regnauit. Cap. Omnis pontifex. Hymnus. Deus tuorum militum. In fine dicitur Quesumus auctor. et Gloria tibi domine qui surrexisti. V. Gaudete. ãn. Opem nobis. et finiatur cum Alleluia. ps. Benedictus. Oratio vt su pra. Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut supra dictum est, preter R. et V. ad tertiam, sextam et nonam que erunt de cõmuni vnius martyris, siue pontificis pasch. temporis: ita tamen q omnes ãne super primam: et alias horas finiãtur cum Alleluia. C Quotidie p totum annum dicantur vesp. et matu. de sancta maria in choro vel extra.

C Vespere de sancta maria per aduentum vsqz ad vigiliam natiuitatis domini. ãn. Prophete predicauerũt nasci saluatorem de virgine maria. ps. Letatus sum. Ad te leuaui. Nisi q. Qui confidũt. In conuertendo. In feria. iij. quando isti predicti psalmi ad vesperas de die dicãtur: tunc ad vesperas de sancta maria dicantur isti psalmi, videlicet Dixit domin. Cõfitebor. Beatus vir. De profundis. Memẽto. Quod obseruetur in omni fer. iij. per totum annũ quando fit de sancta maria commemoratio in conuentu. Capitulum.



Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel: butyrum et mel comedet vt sciat reprobare malum et eligere bonum. Hy. Aue maris stella. Vsus. Diffusa. ãn. Ne timeas maria, inuenisti gratiã apud dominum: ecce concipies et paries filium alleluia. ps. Magnificat. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mẽtis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia et eterna perfrui le-

titia. que terminetur sic, Per christum dominū nostrum. Nō dicitur Dñs vobiscū. nec Bñdicamus domino. sed statim dicitur memoria de sancto spiritu. āñ. Ueni sancte spiritus. ℣. Emitte spiritum. Orō. Deus q̄ corda. Deinde fiat memo. de sancto in cuius honore dedicata est ecclesia: vt in prebendatis vel aliis ecclesiis pa rochialib⁹. Et postea fiat memoria de reliquiis. āñ. Corpora sanctorum. ℣. Beati qui habitant in domo. Oratio.

Propitiare quesum⁹ dñe nobis famulis tuis per sanctorum tuorum quorū reliquie in hac continētur ecclia merita gloriosa: vt eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Per christū. ¶ Alia orō ad matut.

Presta q̄s oẽs deus: vt sctō⁊ tuo⁊ quo⁊ reliquie in hac cōtinentur ecclesia nos protegāt merita: quaten⁹ eo⁊ precib⁹ trāquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per. Mēo. de oīb⁹ sctis p aduen. cū ista āñ. Ecce dñs veniet et oēs scti eius cū eo: ⁊ erit in die illa lux magna alla. ℣. Ecce apparebit dñs super nubē candidā. ℟. Et cum eo sanctorum milia. Oratio.

Consciētias nr̄as q̄s dñe visitando purifica: vt veniēs iesus christus filius tuus domin⁹ noster cum omnibus sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecū. Mēo. de pace. āñ. Da pacem. ℣. Dñe fiat pax. Oratio. Deus a quo. que terminetur sic. Per dominum nostrū iesum. ⁊c. cum Dñs vo. et Benedicamus. Alia orō subsequēs dicitur ad matu. tantum. Oratio.

Deus auctor pacis et amator, quē nosse viuere, cui seruire regnare est: protege ab omnib⁹ impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua cōfidimus, nulli⁹ hostilitatis arma timeamus. Per dñm. Dñs vobis. Bñdicamus dño.

¶ Ad complet. de sancta maria per aduen. āñ. Beata es maria que credidisti: perficient in te que dicta sunt tibi a domino alleluia. ps. Usquequo. Iudica. Sepe expu. Domine non est. Cap. Sicut cinnamomum. Hy⁹. Uirgo singu. Uitam presta. Sit laus. ℣⁹. Elegit. ā. Ecce ancilla dñi: fiat mihi scd̄m verbū tuū. ps. Nunc dimit. orō. Gratiam tuam. q̄ finiat sic. Per eūdem dominū nostrum iesum christum. Dñs vo. Benedicamus do. Ad matuti. de sancta maria per totū aduen. q̄n nō fit plenum seruitiū de ea. Inui. Aue maria gr̄a plena, Dñs te. ps. Uen. Hy⁹. Quē terra. ¶ Do. et fer. ij. āñ. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fruct⁹ ventris tui. ps. Dñe dñs noster. Celi enarrāt. Dñi est terra. ℣⁹ Specie tua. ¶ Fer. iij. āñ Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende prospere pcede et regna. ps. Eructauit. De⁹ noster ref. Fundamenta. ℣ Diffusa. ¶ Fer. iiij. āñ. Gaude maria virgo, cunctas hereses sola interemisti i. vniuerso mūdo. ps Cātate. Dñs reg. exul. Cantate. ij. ℣. Speciosa. ¶ Feria. v. et sabba. quando nō fit plenum seruitium de sancta maria. idē ordo añar⁊ et p̄. et ℣. seruetur qui in precedē fer. Lctō. j.

Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eū spiritus domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus sciētie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū, spiritus timoris domini. Hec Di. ℟. Missus est gabriel angel⁹ ad mariam virginem desposatā ioseph, nun-

tians ei verbum, & expauescit virgo de lumine: ne timeas maria inuenisti gratiam apud dominum: ecce concipies et paries, Et vocabitur altissimi filius. V. Dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum. Et vocabitur altissimi. Lectio secunda.

NOn secundum visionem oculorum iudicabit, neqꝫ secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum eius. Hec dicit dn̄s. Rn̄. Aue maria gratia plena, dominus tecum. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum: vocabitur filius dei. Vs. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco: et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te. Lectio tertia.

LOcut⁹ est domin⁹ ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parum est vobis molestos esse hominib⁹: quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium, & vocabitur nomen eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonū. Hec dicit dominus. R. Suscipe verbum virgo maria quod tibi a dn̄o per angelū trāsmissum est: concipies per aurem deū paries & hominem. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. V. Paries q̄dē filiū sed virginitatis non patieris detrimētū: efficieris grauida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta. Gloria patri. Ut benedicta. Non dicat̄ ps. Te deū. p totū aduē. Ante laud. V. Sancta dei genitrix virgo semper maria. R. Intercede. In laud. hec sola ān.

PRophete predicauerunt nasci saluatorem de virgine maria. psal. Dominus regnauit. et ceteri psalmi consueti. Capl̄m. Ecce virgo concipiet. Hy⁹. O gloriosa femina. V⁹. Elegit eam. ān. Spiritus sctūs in te descendet maria: ne timeas habens in vtero filium dei alleluia. ps. Benedictus dominus deus israel. Oratio. Concede nos. que sic terminetur Per christum dn̄m nostrum. sicut ad vesperas supra dictū est. Et fiat memoria de sancto spiritu, et de sancto ecclesie, et de reliquijs, et de omnibus sanctis, et de pace vs̄ ad vesperas. Ad primam & ad oēs alias hor̄. p totum annū q̄n nō fit plenū seruitiū de sancta maria: dicat̄ hic hymnus. Memento salutis. Maria ple. Gloria tibi domine. ān. Prophete pre. ps. Deus in nomie. Laudate dominū omnes gen. Confitemini. Capl̄m.

EGredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet, et requiescet super eum spirit⁹ dn̄i. R. Aue maria. V. Diffusa est. Oratio.

DEus qui de beate marie virginis vtero, verbū tuum angelo nunciāte carnē suscipere voluisti: presta supplicibus tuis vt q̄ vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundē xp̄m. Benedicam⁹ dn̄o. Ad. iij. ān. Missus est gabriel angelus ad mariā virginē desponsatā ioseph.

Psalmi. Ad dnm cum tribularer. Leuaui. Letatus. Capitulum.

Esaie xi. A
Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq3 secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in equitate pro mansuetis terre. Rem Diffusa est gratia. Vs. Specie tua. Oro Deus qui. Ad tertiam an. Angelus domini nunciauit marie: et concepit de spiritu sancto alleluia. Psalmi. Ad te leuaui ocu. Nisi quia dominus. Qui confidunt. Capitulum.

Ubi sup.
Et percutiet terrã virga oris sui, et spiritu labiorũ suorum interficiet impiũ: et erit iustitia cingulum lumborũ eius, et fides cinctorium renum eius. Re. Specie tua et pulchritudine tua. V. Adiuuabit eã deus. Oratio. Deus qui. Ad nonam an. Aue maria gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu in mulierib9 alleluia. Psalmi. In conuertendo. Nisi domin9. Beati omnes. Capitulum.

Esaie vij. B
Loquutus est domin9 ad achaz, dicẽs: pete tibi signum a domino deo tuo in pfundum inferni, siue in excelsum supra, et dixit achaz: non petam, et non tẽtabo dominum. Re. Adiuuabit eam. Vs. Elegit eam. ¶ Hic ordo de vesperis et matutinis sãcte marie seruetur per totum aduentum, nisi quando fit plenum seruitium de ea. Per totũ annum dicantur vespe. et matutiñ. de sancta maria in cõuentu, nisi in dupli. fest. et nisi in vigilia natiuitatis domini: et ab illinc vsq3 ad octa. sancti stephani, et nisi in vigilia epiphanie, et nisi a cena dñi vsq3 ad octa. pasche, et nisi in hebdom. pentecost. ¶ Quãdo fit plenum seruitium de sancta maria per totum aduẽtum. Ad vesperas super psalmos ferial. aña. Prophete predicauerunt. Capl'm. Ecce virgo cõcipiet. Hymnus. Aue maris stella. Vsus. Egredietur virga. an. Ne timeas. ps. Magnificat. Oro Deus qui de beate marie. Memoria de aduentu. Completorium de aduentu non mutatur, nisi q in fine hym. dicitur Gloria tibi domine qui natus es de virgine. Ad matutinas Inuitatorium In honore. ps. Uenite exultemus. Hymnus. Quẽ terra pontus. an. Benedicta tu. psal. Domine dominus noster. et cetere añe cum suis psalmis vsq3 ad nonam. an. que erit Rorate celi desuper, et nubes pluant iustũ: aperiatur terra et germinet saluatorem. quere has añas cũ suis p̃is inferius in seruit. beate marie ab octa. epipha. vsq3 ad purific. V. Egredietur virga. Lectio prima.

Missus est gabriel angelus a deo, in ciuitatem galilee, cui nomen nazareth: ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat ioseph, de domo dauid: et nomen virginis maria. Ad mariam ergo virginem gabriel mittitur: qui dei fortitudo noiatur. Illum quippe nunciare veniebat: qui ad debellandas aereas potestates, humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur. Dñs fortis et potens: dominus potens in prelio. Et rursus. Dñs virtutum, ipse est rex glorie. Re. Missus est gabriel. Lectio scda.

Per dei ergo fortitudinẽ nunciandus erat: qui virtutum dominus fortis et potẽs in prelio, contra potestates aereas ad bella veniebat. Multas ob causas non de simplici virgine: sed de despõsata voluit dominus nasci. Primo vi

delicet vt per generationem ioseph (cuius maria cognata erat) marie quoq3 nosceretur origo. Neq3 enim mos est scripture, genealogiam feminarum texere. Nam et de vtroq3 intelligi potest quod dicitur, de domo dauid. ℟. Aue maria. Lectio .iii.

Deinde ne velut adultera lapidaret a iudeis: males aliquos de ortu suo q de pudore dubitare parentū: simul & virginib⁹ impudicis occasionē tollens ne matrē quoq3 saluatoris dicerent falsis suspicionibus infamatam. Tertio vt in egyptum iens et inde rediens haberet viri solatiū: q integerrime virginitatis custos pariter ac testis existeret. Quarto ne partus ei⁹ diabolo pateret: & ne eū quasi de virgine natū cognosceret: & forsitā quasi ceteris hoibus eminētiorem morti tradere timeret. ℟. Suscipe verbum. Non repetat .iii. ℟. in cōme. btē marie, nec etiā de fes. loci: qd p totū aduē. a .lxx. vsq3 ad .xl. obseruet. ℣. Ora pro nobis. In lau. ā. Prophete predica. ps. Dñs regna. cā Ecce virgo. hy⁹. O gl'iosa fe. ℣. Elegit. ān Spūs sctūs. ps. Bñdict⁹. Orō. De⁹ q de beate. Mēo. de aduē. Ad .i. ā. Prophete pdi. ps. De⁹ in noie. Btī ima. Retribue. ān Te iure. ps Quicūq3. ℟. Jesu xpe. ℣. Qui de virgi. Ad .iii. ā Missus est. ℟. Legē po. Cā. Ecce vgo zci. ℟. Diffusa. ℣. Specie. or. De⁹ q de btē. Ad .vi. ā. Angel⁹ dñi. ps Defecit. Cā Egredietur virga de ra. ℟. Specie tua. ℣. Adiuuabit. Ad .ix. ān Aue ma. ps Mirabilia. cā. Nō scbz. ℟. Adiuuabit eā. ℣. Elegit. Orō vt s. Hic ordo de matu. et vesp. de sctā maria in fer. & qn fit ple. serui. de ea seruet vsq3 ad vigil. nati. do. ¶ Hic incipiūt matut. de sancta maria a natiuita. vsq3 ad purificationem. Inuita. Aue maria. ps. Venite exultemus. Hymnus.

Caste parentis viscera, celestis intrat gratia: venter puelle baiulat secreta que non nouerat.
Domus pudici pectoris, templum repente fit dei: intacta nesciens virum, verbo concepit filium.
Gloria tibi domine qui natus, &c.

¶ Die dominica et ceteris fer. per hebdoma. antiphone, psalmi et ℣s. vt supra notatū est. Lectio prima.

Sancta maria vgo virginū, mater et filia regis regū omnium, tuum nobis impēde solatiū: vt celestis regni p te mereamur habere premium, et cum electis dei regnare in perpetuum. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam? nescio. Quia quē celi capere non poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Quia quem. Lectio .ii.

Sancta maria piarū piissima intercede p nobis sanctarū sanctissima: vt per te virgo nr̄a sumat precamina, qui pro nobis ex te nat⁹ regnat sup ethera: vt sua charitate nostra deleantur peccamina. ℟. Beata es maria q dñm portasti creatorē mūdi. Genuisti q te fecit et in eternū permanes virgo. ℣. Aue maria gr̄a plena dominus tecū. Genuisti. Lectio tertia.

Sancta dei genitrix q digne meruisti cōcipere quē totus orbis nequit cōprehendere tuo pio interuētu culpas nostras ablue: vt perennis sedem glorie per te redempti valeamus scandere: vbi manes cū filio tuo sine tempore. ℟. Te laudant angeli sctā dei genitrix, q virum nō cognouisti, & dominum in tuo vtero baiu-

lasti, concepisti per aurē dñm nostrum. Ut benedicta dicaris inter oēs mulieres. ℣. Ipsum genuisti et in presepe posuisti q̄ nē adorat multitudo angelorum. Ut. Gl'ia. Ut. ps. Te deū. ¶ Sciendum est q̄ q̄ñcunq̄ dicit matu. de sctā maria, dr Te deū. nisi in aduen. dñi: et a. lxx. vsq̄ ad pasc. ℣. Sctā dei ge. In lau. ā. O admirabile. ps. Dñs regna. Cpm.

Maria virgo semp letare que meruisti christū portare celi et terre conditorem: quia de tuo vtero protulisti mundi saluatorē. Deo gratias. Hymnus.

Enixa est puerpera, quem gabriel predixerat: quē matris aluo gestiens, clausus ioannes senserat.

Gaudet chorus celestium, et angeli canunt deo: palamq̄ fit pastoribus, pastor creator omnium.

Gloria tibi domine, qui natus. ℣. Elegit eam. ān. Beatus vēter qui te portauit christe: et beata vbera que te lactauerunt dominum et saluatorem mundi alleluia. ps. Benedictus. Oratio. Concede nos. Memo. de sancto spiritu, et de festo loci, et de reliquijs, et de omnibus sanctis. ān. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Mirabilis deus. Oratio. Omnium sanctorū. Deinde fiat memo. de pace. Ad primā hy⁹. Memēto salutis. ān O admirabile. ps. De⁹ in no. Cp.

Ad ti tū 2. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hominib⁹ erudiens nos, vt abnegātes impietatē, et secularia desideria, sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo. ℟. Aue maria. ℣. Sancta dei genitrix. Oratio.

Deus q̄ salutis eterne beate marie virginitate fecunda, humano generi premia pstitisti, tribue q̄sumus, vt ipsam p nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum iesum christum filium tuum. Amen. Benedicamus domino. Deo gras. Hoc modo debet hec oratio terminari ad omnes horas, preterq̄ ad nonam: que tunc debet sic terminari, dominū nostrum iesum christū filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus: per oīa secula sclorum. Amē. Dñs vobiscū. Et cum. Bñdicamus dño.

Ad tertiā ān Quando natus. Capm.

Apparuit benignitas ⁊ hūanitas saluatoris nr̄i dei nō ex operibus iustitie q̄ fecimus nos: sed scdm suam misericordiā saluos nos fecit. ℟. Sancta dei geni. ℣. Post partū. Ad sextā ān. Rubum. Caplm.

Te laudāt angeli sancta dei genitrix, q̄ virum nō cognouisti: et dñm in tuo vtero baiulasti. ℟. Post partū. ℣. Speciosa. Ad. ix. ān. Germinauit radix iesse. Capitulum.

Uirgo verbo concepit, virgo permansit, virgo peperit regem omnium regum. ℟. Speciosa facta es. ℣. Dignare me. Ad vesp. ā Post partum. Psalm⁹ Letatus sum. In tertia tamē feria dicunt psalmi Dixit do. Confitebor. Beatus vir q̄ ti. De profundis. Memento. Caplm.

Beata es maria q̄ dominum portasti creatorem mūdi: genuisti qui te fecit, et in eternum permanes virgo. Hy⁹. Enixa est puerpera. Gaudet cho. Gloria tibi. ℣. Diffusa est gratia. ān. Nesciēs mater virgo virū, peperit sine dolore saluatorē seculorum: ipsum regem angelorū sola virgo lactabat vbere de celo pleno. ps. Magnificat. Oro. Concede nos. Mēo.

ut supra ad matu. subnotatū est: ita
tñ q de oibus sanctis fiat mē̄o. cū
hac ān. Sancti dei omnes. ℣. Letamini.
Oro. Infirmitatem. Ad comple. ā.
Completi sunt dies marie ut pareret fi-
lium suum primogenitū. ps. Usqꝫquo.
Cpm. Sicut cinnamo. Hy⁹. Uirgo
singularis. ℣. Elegit eam. ān. Ecce cō-
pleta sunt omnia que dicta sunt per ange
lum de virgine maria. ps. Nunc dimit
tis. Oratio. Concede quesumus mi
sericors deus. Et dicatur ad com-
pleto. beate virginis per totum an-
num extra aduen. et tempus pasch.
¶ Quando vero fit plenū seruiciū
de sancta maria ab octa. epiph. usqꝫ
ad purifi. beate marie. Ad vesp. ān.
Post partum. ps fer. Cp Beata es ma
ria. Non dr ℟. Hy⁹. Enixa est. ℣.
Sancta dei genitrix. ān Nesciens mater.
ps. Magnificat. Oro Deus qui sa-
lutis. Memo. de aliquo sancto si ha
beatur, fiat tantum: nulla enim fiat
memo. de oibus sanctis. Ad cōplet.
omnia fiant sicut in dominicis hu-
ius temporis cum hac ān Glorifica-
mus te. ps Nūc dimittis. Preces ad
comple. scꝫ more solito. ꝛc. Ad ma-
tu. Inuita In honore beatissime marie
virginis Iubilemus domino. ps. Ueñ.
Hy⁹ Caste parentis. In noctur. ā.
1 Benedicta tu in mulierib⁹, et benedictus
fructus vētris tui. ps Domine domi-
2 nus no. ān Sicut myrrha electa odorem
dedisti suauitatis sancta dei genitrix. ps.
3 Celi enar. ān Speciosa facta es et sua-
uis in deliciis tuis sctā dei genitrix. ps.
4 Domini est terra. ān Specie tua ꝛ pul
chritudine tua: intende prospere, procede
5 et regna. ps Eructauit. ān Adiuuabit
eā deus vultu suo: deus in medio eius nō
6 cōmouebitur. p De⁹ nr̄ refu. ān Sicut
letantiū oim nostrū habitatio est in te san

cta dei genitrix. ps. Fundamenta. ān.
Gaude maria virgo: cunctas hereses sola 7
interemisti in vniuerso mūdo. ps. Cāta-
te. i. ān Dignare me laudare te virgo sa- 8
crata: da mihi virtutē cōtra hostes tuos.
ps. Dominus regnauit exultet. ān.
Post partum virgo inuiolata permansisti 9
dei genitrix intercede ꝓ nobis. ps. Can-
tate. ii. ℣. Sancta dei genitrix. Lec. i.

Parturiente maria natus est nobis dei filius: ut germane carnis nostre conceptione productus, creato a se homini et pietatem paternam et fraternum largiretur affectum. Et natus sane ab intacta est femina: ut eum hominē testaretur partus humanus: et deum probaret eterna virginitas. Nam sicut non poterat nisi caro de carne nasci: ita non poterat dei caro de femineo utero nisi sine generante prodire. Propter quod ait angel⁹ beatissime marie. Spiritus sanct⁹ superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. ℟. Sancta et immaculata. Lectio scda.

Spiritus (inqt) sanct⁹ superueniet in te. Idcirco tibi frater virtutem spiritus scti angelicus sermo preterit: ne cōiecturis carnalis disputationis hebetatus, celeste tibi ipse mysterium terrena argumentatione confundas. An non putas eum nouum puerū in aluo virginis potuisse formare, qui cum primum conderet hominem: nec semen patris, nec viscera materna quesiuit? Dic itaqꝫ (quicunqꝫ es superne dispensationis arbiter et discussor) que tibi videtur virtus eminentior aut partum dedisse virgini, aut perfectum hominem creasse de terra?

Primus enim homo (vt ait apl's) de terra terren⁹: secūdus homo de celo celestis. ℟. Beata es maria. Lec. iij.

SI contra naturā esse contendis quod in mysterio redemptionis nostre sine viro puella asseritur concepisse: cuius queso nature est quod in parēte generis nostri caro sine carne formata est? Que est ista ratio immo ꝙ ceca contentio: vt nō credatur deus posse facere hominem de femina, quem creditur fecisse de puluere? Si omnipotētis o homo tali in negocio esse perspicis volūtatem: de opere cur retractas? Omnia eni͞ (sicut legitur) quecunqꝫ voluit dn̄s fecit, in celo et in terra. Et si solicitus perscruteris: preter hūc legitimū humane conceptionis vsum, tres valde mirabiles nascendi species operatam reperies trinitatē. Et prima siquidē est ꝙ adam figuratus est ex limo. Scda ꝙ mulier formata est ex masculo. Tertia que est celestis, ꝙ christus processit ex virgine. ℟. Te laudant. ℣. Ora pro nobis. In laud. hec sola ān. O admirabile. Cp̄m. Apparuit beni. Hy⁹. Enixa est puerpera. ℣. Elegit eā. ān. Beatus venter. ps. Benedictus. Oro. Deus qui salu. Meo. vt̄s si aliquod fest. habeatur. Ad. j. ān. O admirabile. pi. Deus in noīe. Beati ima. Retribue. ān. Te inre. ps. Quicūqꝫ. ℟. Iesu christe. ℣. Qui de virgine. Ad. iij. ān. Qn̄ natus. ps. Legem pone. Cp. Apparuit be. ℟. Sancta dei genitrix. ℣. Post partum. Oro. De⁹ qui sa. Ad. vj. ān. Rubum quem. ps. Defecit. cp. Te laudant. ℟. Post partum. ℣. Speciosa facta. Ad. ix. ān. Germinauit. ps. Mirabilia. cap. Virgo verbo conce. ℟. Speciosa. ℣. Elegit. Oratio vt supra.

¶ Post purifi. vero vsqꝫ ad aduen. dn̄i qn̄ nō fit plenū seruitiū de sancta maria hoc modo dicanť matut. de ea. Inui t. Aue maria. ps. Venite. Hy⁹. Quem terra. ān. pi. et ℣. sicut supra notati sunt. lec. j. Sancta maria virgo. ℟. Sancta et immacu. lc. ij. Sctā maria piarū. ℟. Beata es maria. lc. iij. Sctā dei genitrix. ℟. Felix nāqꝫ. ℣. Ora pro ppło. et ℟ in fine sic, quicūqꝫ celebrant tuā cōmemorationē. Ora ex te. Gloria. Quia. ps. Te deū. ℣. Sancta dei genitrix. In laud. ān. O admirabile. ps. Dn̄s reg. ⁊ ceteri pi cōsueti. cp. Maria virgo. hy⁹. O gloriosa femina. ℣. Elegit. ℟. Habitare facit. ān. O gloriosa dei genitrix. ps. Bn̄dictus. oro. Concede nos que terminet sic Per christū dn̄m nostrū. Amē. sine Dn̄s vobiscum et sine Bn̄dicamus dn̄o. In fine memo. de sancto spū ⁊ de festo loci, et de reliquijs, et de omnib⁹ sanctis, et de pace sicut ante. Ita tn̄ ꝙ in tpe pasch. fiat memo. de oibus sanctis tam ad vesp. ꝙ ad matu. sicut in. ij. fer. post oct. pasc. notatum est. Qn̄ vero fit aliqua talis memo. ad serui. de die: vel fit plenū ser. tūc non fiet memo. in serui. de sctā maria. Ad. j. ān. O admirabile. pi. Deus in noīe. Laud dn̄m. Cōfitemini. iij. cp. In oib⁹ re. ℟. Aue maria. ℣. Sancta dei genitrix. Oro. Cōcede nos. que terminetur sic ad oēs hor. preterꝙ ad. ix. Per xp̄m dn̄m nostrū. Amen. ℣⁹. Benedicamus dn̄o. ℟. Deo gratias. Ad nonā vero ita finiať. Per dn̄m nr̄m iesum christū filiū tuū, qui tecū viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus: per oīa secula seculoꝝ. Amen. Dn̄s vobiscum. Et cum. Bn̄dicamus dn̄o. Deo grās. Ad. iij. ā. Qn̄ nat⁹. ps. Ad dn̄m cū tribu. Ab initio. ℟.

Sancta dei geni.℣. Post partum.Ad.vj.
ãn. Rubum quem.psal. Ad te leuaui.
Cpm. Et sic in sion.℟. Post partum.
℣. Speciosa. Ad.ix.ãn. Germinauit.
ps. In conuertendo.Cpm. Et radi-
cauit.℟. Speciosa.℣. Dignare.Ad ve-
spe.ãn. Post partum.ps Letatus.vel
in fer.iij ps. Dixit dñs.et ceteri ps
consueti.Cp. Beata es maria.hy⁹.
Aue maris stella.℣ Diffusa.ãn. San
cta maria suc.ps. Magnificat.Oro.
Concede nos.et finiat sicut ad ma-
tutinas. Memoria sicut supra di-
ctum est. Ad completoriũ aña. Cum
iocunditate ps. Usquequo. Cap. Si-
cut cinnamomũ hy⁹. Uirgo singu-
laris. Uitam presta. Sit laus deo.
℣. Elegit eam.ãn. Glorificamus te.ps.
Nunc dimittis.Oro. Concede q̃su
mus misericors deus.sed in tẽpore
paschali vsq; ad vigil.ascen.ac etiã
per aduen.dicit oro. Gratiã tuam.
Quando vero fit plenũ seruitiũ
de sancta maria a purif.ipsius vsq;
ad aduentũ dñi extra tempus pasc.
hoc modo fiat seruitiũ. Ad vesp.su-
per ps ãn. Post partum.ps fer.Cap.
Beata es ma.Non dicatur ℟.hy⁹.
Aue maris stella.℣. Sancta dei geni.
ãn. Sãcta maria suc.ps. Magnificat.
Oratio. Cõcede. Memo.fiat de ali-
quo sancto si habeat tũ. Cõpleto.
temporale nõ mutat, nisi q in fine
hym.dicet. Gloria tibi dñe qui na.
Super ps Nunc di.Or ãn. Glorifi-
camus te. Ad matu. Inuit. In honore
beatissime marie virginis, Jubilem⁹ do.
ps. Uenite.hy⁹. Quẽ terra. In.j.no
1 ctur.ãn. Bñdicta tu in mulieribus, et be
nedictus fructus ventris tui.ps. Dñe
2 dñs noster.ã. Sicut myrrha electa odo-
rẽ dedisti suauitatis sancta dei genitrix.
3 ps. Celi enar.ãn. Speciosa facta es et
suauis, in delicijs tuis sctã dei genitrix.
ps. Dñi est terra.ãn. Specie tua et pul 4
chritudine tua: intende prospere procede
et regna.ps. Eructauit.ãn. Adiuuabit 5
eam deus vultu suo: deus in medio eius
non cõmouebitur.ps. Deus noster re-
fu.ãn. Sicut letantiũ omniũ nostrum ha 6
bitatio est in te, sancta dei genitrix.psal.
Fundamenta.ãn. Gaude maria virgo, 7
cũctas hereses sola interemisti in vniuer-
so mundo.ps. Cantate.j.ãn. Dignare 8
me laudare te virgo sacrata: da mihi vir-
tutem contra hostes tuos.ps. Dñs reg.
exul.ãn. Post partũ virgo inuiolata per 9
mãsisti: dei genitrix intercede p nobis.ps.
Cãtate.ij.℣. Sctã dei genitrix. Lect.j.

O Alma virgo maria, tãto cun- Legẽ-
ctis angelorũ spiritibus, om- da.j.
niũq; electorũ aĩabus in conspectu
filij tui dñi nostri iesu christi es glo
riosior: quãto ab ipso fieri meruisti
beatior. Obsecramus ergo lachry-
mosis suspirijs: vt nunc ad gemitũ
nostri meroris aurẽ inclines ma-
gnifice pietatis. Nos quidẽ p innu
merabilibus delictis, infernale sup-
plicium meruimus vbi nullatenus
penitentie datur locus. Quoniam
fidem aliquando domino nostro ie-
su christo promisim⁹: sed male viuẽ
do hactenus mẽtiti sumus. Lect.ij.
Surge ergo btã virgo: misericor-
diter actura p nobis. Surge et am-
plectere miam redẽptoris. Da pre-
ces pro nobis, quos cernis offensos
ante oculos conditoris. Cecos cor-
dium oculos terge: atq; semitas iu
stitie ostende. Orãdo a nobis vitia
subtrahe, atq; sancta plantaria vir-
tutũ nobis insere. Impetra cursum
quo cõsequitur supernũ brauium.
Sic certamẽ orationum obtine in
celis: vt deleas quicquid deliqui-

mus in terris. Non enim est aliqd in nobis tā prauū: quod (si tibi placet) orando abolere nō possis. L. iij.

O sacratissima virgo, nos qui hoc credimus quod virgo mater dei sis: credendo sentiamus quod pro nobis deprecieris: et iusta petentium vota impetrata assequaris. Et qui credimus te peperisse deum et hominem: gaudeamus per te nobis aduenisse salutem. Et qui fatemur te omnibus hominibus esse meliorem: gaudeamus per te percepisse felicitatē. Et quotienscunque ad nos processerit diuina miseratio: tua ne infleмur assit tuitio. Et si processerit tribulatio vel hora tentationis, ne labamur presens sit tua sancta oratio nobis. Sic cōpone nostras preces vt nobis nosti esse opus: quo serui filij tui domini dei nostri effici mereamur. Largiente eodem domino nostro iesu christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus: in secula seculorum amen. Et semper cantentur. Rńa. Sancta et immaculata. et Beata es maria. et Felix namque.

¶ Item alie lectiōes de sancta maria per estatem. Lectio prima.

Legēda. ij. Adiuua nos btā dei genitrix virgo Maria templum dei viui, aula regis eterni, sacrariū spiritus sancti. Tu virga de radice iesse, tu cedrus ī libano, tu rosa purpurea in hierico, tu cypssus in monte sion. Que singulari priuilegio sicut nescis in hominibus comparere: ita nihilominus et angelicam superas dignitatem. Cui nouo et inaudito miraculo datum est vt verbum quod deus ante secula genuit, fieret filius tuus: et homo quem tu in fine seculorum genuisti, verus atque perfectus esset filius dei. Gemina quidem natura: sed vna persona, deus et homo vnus emanuel. Lectio. ij.

Exaudi nos gloriosa puerpera: in qua sola reperitur fecunda virginitas. Que sic ex intemeratis visceribus filium protulisti, vt illibate pudicitie integritas cresceret: non libido virginalis clausule signaculum violaret. Tibi spūssanctus dū conciperes obumbrauit, non vt ipse (quod absit) in sacratissimo vtero tuo fieret pro semine sobolis, sed potius vsus est virtute ac potētia creatoris. De te summus pontifex noster sui corporis hostiam sumpsit, quod in ara crucis pro totius mundi salute sacrificiū obtulit. Tu lux oriens nazareth, tu gloria hierusalem, tu letitia israel, tu decus mundi, tu nobilitas ppli xpiani. Lec. iij.

O regina mundi, scala celi, thronus dei, ianua paradisi: audi preces pauperum, et ne despicias gemitus miserorum. Inferantur a te vota nostra atque suspiria cōspectui redemptoris: vt que nostris excluduntur meritis, per te locum apud aures obtineant diuine pietatis. Dele peccata, relaxa facinora. Erige lapsos. Solue compeditos. Per te succidantur vepres et germina vitiorū: prebeantur flores et ornamenta virtutum. Placa precibus iudicem: que singulari puerperio genuisti saluatorem. Vt qui per te factus est particeps humanitatis nostre, per te quoque nos consortes efficiat diuinitatis sue. ¶ Item alie lectiones de sancta Maria. Lectio prima. Legēda. iij.

O Beata maria, quis tibi digne valeat iura gratiarum et laudum pconia impendere, que singu- Legēda. iij.

lari tuo assensu mundo succurristi perdito. Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, que tuo solo commercio recuperandi vitam aditum inuenit. Accipe itaque quascunqꝫ exiles, quascūqꝫ meritis tuis impares gratiarum actiones: et cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Tu. Lectō.ij.

Admitte sancta dei genitrix preces nostras intra sacrarium tue exauditionis: et reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile quod per te ingerimus: sit impetrabile quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus. Tu autem. Lectio.iij.

Sancta maria succurre miseris: iuua pusillanimes, refoue flebiles. Ora pro populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuū leuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Assiste parata votis poscentium: ⁊ repende omnibus nobis optatum effectum. Sit tibi studium assidue orare pro populo dei, que meruisti benedicta precium proferre mundi, iesum christum dominum nostrum. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen. Tu autem domine. ¶ Item alie lectiones de sancta Maria. Lectio.j.

Legenda.iiij Sacrosanctā venerabilis dei genitricis marie memoriā, cōgrue diuinis laudibus catholica frequentat ecclesia, que eius sine intermissiōe salutari indiget auxilio. Nam reuerentia que matri defertur: illi etiam qui eam talem fecit vt virgo et mater esset exhibetur. Ideo ergo totis desideriis, totisque preconiis eius insistamus laudibus vt ⁊ matrem sentiamus nobis piissimā, et filium eius iudicē serenissimum. Hec est virgo q̄ antiquum diabolice seditiōis chirographum aboleuit, totiqꝫ seculo subuenit: et celeste regnum patefecit, dū per spiritū sanctum dei filium concepit. Lec.ij.

Operepreciū quippe est vt in terris celebretur laudibus ei i terris cui officiosissime angeli famulātur i celis. Nā si eā ille pcipuus gabriel humiliter salutauit i terris: quātomagis super celos exaltatā, et (vt ita dicā) in throno dei collocatā, nūc cū sanctis omnibus honorat laudibus dignissimis. Hec est sola cui nulla virgo potest cōparari: quia tanta est vt quanta sit non posset enarrari. Hāc sancti expectabant patriarche: hanc sancti precinebāt prophete, omnesque quos spiritussanctus attigerat optabant videre. Tu. Lectio tertia

Hec tanta tanqꝫ sancta ⁊ regia virgo digno exigit venerari preconio: cuius ꝯstat mūdus saluatus suffragio. Hec (inquam) est fenestra celi, aurora solis eterni, ianua paradisi, et vera arca propitiatorij. Hec est ergo domina regū, decus mulierum, gemma virginū, lux seculorum, congratulatio angelorum, consolatio miserorꝫ, refugiū peccatorꝫ, omniū reparatio credentiū. Quicquid igitur boni mundus habet, ab illa habet: ex qua salutis nostre initiū manat. Hec nobis suis semp subuenire dignetur veneratoribus: atqꝫ pie sacris precibus a vitiis purget omnibus: seqꝫ ꝯsiderare ⁊ collaudare donet in celestibus. ¶ Item alie lectiones de sancta maria. Lectio prima.

Legē-da. v. Loquamur aliqd fratres in laudibus sacratissime virginis marie. Sed quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referemus: cum etiam si omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Lectio secunda.

Altior em̄ celo est de qua loqui nitimur: abysso pfundior cui laudes dicere conamur. Deū em̄ quem oīs creatura non capit: ipsa immaculato vtero clausum gestauit. Hec est enim q̄ sola meruit mater et sponsa christi vocari. Hec prime matris dāna resoluit: hec homini perdito redemptionem adduxit. Lectio tertia.

Mater enim generis nostri penam intulit mundo: genitrix domini nostri iesu christi salutē edidit mūdo. Auctrix peccati eua: auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria viuificādo profuit. Illa percussit: ista sanauit. Hec enim mirabili atq̧ inestimabili modo: omnium rerum et suum peperit saluatorem.

Itē alie lec. de sctā maria. Lect. i.

Legē-da. vi. Beata et venerabilis virgo maria mater domini nostri iesu christi secundum carnem: ex semine abrahe, orta ex tribu iuda: virga de radice iesse, clara ex stirpe dauid. Filia hierusalem, stella maris, ancilla dei, regina gētium, domina regum, spōsa domini, mater christi, conditoris templum, spiritus sancti sacrarium. Velut columba speciosa, pulchra vt luna, electa vt sol, signaculum fidei, reparatio vie, introitus vite, ianua celi, decus mulierum, caput virginum, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium. Lectio secunda.

Multiplicatur vt cedrus libani: florens vt palma, velut oliua fructifera in domo domini. Virgo sancta, virgo prudēs ⁊ vna ex numero prudentum, virgo pulcherrima, virgo pudica, corpore decora, animo fulgida, fide perspicua, mente preclara, amore virginitatis deuota, ad obediēdum parata, in ministerio sibi credito cauta, in persecutione pacifica, in passione christi mēte compassa. A pphetis dei predicata, ab archangelo salutata, a spiritu sancto fecundata: atq̧ ab eodem obumbrata, seminis virilis ignara, prole filij fecunda, virgo innupta, ex filio leta fide concipiens, gaudio pariens, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Lect. iij.

Auctor mortis diabolus (p cuius inuidiam mors introiuit in orbem terrarum) omne genus hominū in primo parente veneno nequitie sue potauit: ⁊ quasi arborem in radice anteq̄ proles propaginis prodiret, vitiauit. Inde est ergo q̄ radix vitiata quotidie indesinēter frondet: frondes q̧ eius indesinēter per mortem marcescunt. Et sepe cōtingit q̄ aurum fulgēs reperiatur in luto, ⁊ ex pungente spina pulchra, rubens oriatur et rosa. Hoc enim operante prouidentia diuina: ex radice vitiata sine vitio prodijt virga: que intelligitur beatissima virgo maria: attestante esaia propheta qui dicit. Exiet virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet. Huius enim gloriose virginis (id est sancte marie) figuram tenuit virga illa que in ministerio aaron sacerdotis iubente dn̄o a sancto moyse in tabernaculo posita: atque altera die sola

frondiut,nucesqꝫ ꝓtulit:qꝛ proculdubio sola virgo maria fuit q̄ dn̄m peperit,et post partū virgo permansit. ℣. Ora ꝑ nobis. In lau.hec sola ā. O admirabile. ps. Dn̄s regna.cā. Ab initio.hy⁹ O gl'iosa femina. ℣. Elegit eā. ān̄ O gloriosa genitrix. ps. Bn̄d⁹. oro. Concede nos. memo.de aliquo sctō si habeat. Ad.i.ān. O admirabile. ps.Deus in no.ān. Te iure. ps Quicūqꝫ. ℟. Jesu xp̄e ℣. Qui de virgi. p̄ces que ad p̄imā pertinēt,expleant. Ad iij.ān. Dn̄ natus. ps.Legē po. cā. Ab initio. ℟. Sancta dei genitrix. ℣⁹ Post partū. oro. Concede nos. Ad. vi. ā. Rubū quē. ps. Defecit.cā. Et sic in sion. ℟. Post par. ℣. Speciosa. oro. Cōcede. Ad. ix. ā Germinauit. ps. Mirabilia. cā. Et radica ℟. Speciosa. ℣. Elegit. oro. Cōcede nos. ¶ In pasc.tpe qn̄ fit ple.ser.de s.ma.ad ves.sup ps ā. Post partū.et finiat cū alla. pi fer. cā. Beata es ma. hy⁹ Aue maris. ℣ Sācta dei geni. ān Sctā maria suc ⁊ finiat cū alla. ps Mag. oro. Concede nos. Memo.fiat de aliquo sctō si habeat et postea de resur.sicut in alijs fest. cū regi.cho. Cōple.de tpali non mutatur, nisi q̄ i fine hym.dicet Quesumus au. ⁊ Gloria tibi dn̄e qui na. Ad matu.inui. In hono. et finiat cū alla. ps. Venite.hy⁹. Que terra. Et dr hec sola ān.sup ps.ān. Benedicta tu.et finiatur cū alla. pi. Dn̄e do.no. Celi enar. Dn̄i est terra. ℣. Sācta dei geni. Ipi predicti psalmi cū p̄di.ān. et ℣. dn̄r quotienscūqꝫ fit plenū ser. de sctā ma. vsqꝫ ad pente.et non alij ps nec alia ān.nec alius ℣. Lectio i.

Stabāt iuxta crucē iesu mater eius et soror matris ei⁹ maria cleophe, ⁊ maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem ⁊ discipulum stātem quem diligebat, dixit matri sue. Mulier,ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus in suā. ℟. Sancta et immacu. et finiatur cū alla. Lectio. ij.

Hec nimirū est illa hora de qua iesus aquā conuersurus in vinū dixerat matri. Quid mihi et tibi est mulier? Nōdū venit hora mea. Hāc itaqꝫ horā p̄dixerat q̄ tūc nondū venerat in qua deberet agnoscere moritur⁹,de qua fuerat mortaliter nat⁹. Tūc ergo diuina factur⁹, nō diuinitatis sed infirmitatis matrē velut incognitā rep̄hēdebat. Nūc autē hūana iā patiēs,ex qua fuerat fact⁹ hō affectu cōmēdabat hūano. Tūc vero q̄ mariā creauerat,īnotescebat virtute:nunc vero quē maria pepererat,pēdebat in cruce. ℟. Beata es. et finiatur cum alleluia alla. Lec. iij.

Moralis igit insinuatur loc⁹. Facit qd̄ faciēdū admonet:et exemplo suo suos instruxit p̄ceptor bonus vt a filijs pijs impēdatur cura parentibus. Tanq̄ lignum illud vbi erant fixa mēbra morientis,etiā cathedra fieret magistri docentis. Ex hac doctrina sane didicerat paulus apl's quod docebat quādo dicebat. Si q̄s autē suis ⁊ maxime domesticis nō ꝓuidet:fidē negat, ⁊ est īfideli deterior. Quid aūt tam cuiqꝫ domesticū, q̄ parētes filijs,aut parentibus filij? Huius itaqꝫ saluberrimi p̄cepti ipse magister sanctorū de ipso constituebat exemplum:quādo nō vt famule deus quā creauerat et regebat,sed vt matri homo de qua natus fuerat ⁊ quā relinquebat:alterū ꝓ se quodāmodo filiū ꝓuidebat. ℟. Felix nāqꝫ. et finiatur cū alla.

ps. Te deū.. ꝟ. Ora ꝑ no. In lau. hec sola āñ O admira.. ps Dñs regn. cp. Ab initio.. hy⁹ O gl'iosa fe.. ꝟ. Elegit. āñ O gl'iosa.. ps Bñd⁹.. orō. Cōcede. Memo. vt ſ dictū est. Ad vesp. ad .j. et ad oēs alias horas oīa fiāt sicut a purifi. vsqz ad aduen. qñ de s. maria fit plenū serui. ita tñ ꝙ oēs añe, ꝶ. ⁊ ꝟ. ad oēs horas finiāt cū alla. ⁊ in fine oīm hym. dicant ꝟ. Quesumus au.. et Gl'ia tibi dñe qui natus. ⁊ fiat memo. de resur. vt ſ dictū est.

¶ Finis seruitij beate marie.

¶ In ɔme. scti cedde epi. Ad vesp. ā. Germanoꝝ quatuor vnus est beat⁹ cedda: quoꝝ quilibet erat cōsecratus. ps fer. cp. Ecce sacer.. hy⁹ Iste ɔfes.. ꝟ. Amauit. āñ Sis ꝑ nobis scte cedda patronus ad dñm: vt nos regat et perducat ad celi palatium, vbi tecum ⁊ cum sanctis simus in perpetuum. ps Magnificat. Orō.

Deus q̄ sctoꝝū tuoꝝū meritis ecclesiā toto orbe diffusā decorasti: p̄sta q̄s vt itercessiōe bti cedde epi, in sorte iustoꝝ tua opitulāte pietate sortiamur. p. Ad mat. inui. In qua viget ingiter mēoria scti cedde Iubilet eccl'ia. ps Ven. hy⁹ Iste cōfes. ā.

1 Mūdi calcās gloriā cedda declinauit corporis lasciuiā dū sese claustrauit. ps. Beatus vir.

2 ā. Iugo se supposuit xp̄i quē dilexit, q̄ tenēdā docuit viā quā direxit. ps. Quare fre. āñ. Quē cū vite sctitas vt lux se mōstrauit: eboraci ciuitas archipsulauit.

4 ps. Dñe q̄d. ā. Postea agni sanguine tēpli thē liniuit crucis mēor dñi carnē

5 dū puniuit. ps. Cū inuo. ā. Pugnās contra vitia palmā acq̄siuit: armis nudā ferreis carnē dū vestiuit.

6 ps. Verba. ā. Qui sic fontē frigidū orās itroiuit, ⁊ nō corp⁹ calido balneo nutriuit. ps Dñe do. nr̄.

7 āñ. Ab habenis mortui mortis excitātur: furiosi vinculis cōfractis sanantur. ps. Dñe q̄s ha.. āñ Et curātis languidi dū

8 congratulantur, suis a languoribus statim liberantur.. ps Dñe in virtu.. āñ. Aque mixte pulueri tumbe cum potātur:

9 bibentes a variis morbis expurgant.. ps. Dñi est terra.. ꝟ. Amauit. Lectio. j.

Temporibus igit osvvi northan himbrorum regis: vir dñi cedda in lindiffernēsi insula, in loco qui dicitur lestingay, in monasterio sctē marie, monachicā vitam iuxta sanctoꝝ patrū institutionem agebat. Porro tuba dei famulo de hoc mūdo ad celestia regna sublato egfrid⁹ osvvi regis fili⁹ misit vvilfridū virū eximie eruditionis ac religionis ad regē galliarū: q̄ eū sibi suisqz ɔsecrari faceret epm. ꝶ. Hunc

1 quē magnū reddit auctoritas: ceddā paruū facit hūilitas. Cui nūq̄ deest benignitas. ꝟ. Nō attollit illū p̄speritas, neque frangit quenis aduersitas. Cui. Lec. ij.

Cum adhuc vvilfrid⁹ in trāsmarinis partibus demorare tur: rex osvvi misit canciā ceddā virum sanctū, modestū morib⁹: q̄ eboracensis eccl'ie ordinaretur eps. Verum ille canciā ꝑueniēs, inuenit archiepm de⁹ dedit iā migrasse de seculo. Unde diuertit ad ꝑuinciā occidētalium saxonū, vbi erat vvyne episcopus, et ab illo est vir prefatus cōsecratus antistes. Non erat tunc vllus (excepto illo vvyne) in tota britannia canonice ordinatus eps. ꝶ.

2 Hic legati verbo peruenerat sedē sedi cui ꝑfuerat. Claustrū petit ⁊ nō remurmurat. ꝟ. Sed indignū fore se dixerat tanta cura quā pretenuerat. Claustrum. Lectio. iij.

Consecrat⁹ igitur in epm cedda, maximam mox cepit ecclesiastice veritati curā impendere: humilitati, cōtinentie, lectioni operam

Apoc 21, ...

dare: oppida, rura, casas, vicos, castella ꝓpter euangelizandū nō equitanto: sed apłoꝝ more pedibꝰ incedendo peragrare. Ueniens postea wilfridus britāniā iam eps̄ factꝰ, et ad ecclesiā vnde ordinandus discesserat redijt.
3 cesserat redijt. ℟. De quo deus ita disposuit meritorum qđ inde prefuit. Gregi, regēs hūc sicut decuit. ℣. Orans nocte de die docuit, ꝑ quē xp̄i nomē innotuit. Gregi re. Gloria. Gregi. In laudibus ān.

Claustri clausus carcere cedda monachatur, vt diuinis libere vacās his vtatur ps̄. Dn̄s regn̄. Cp̄. Ecce sacerdꝰ. Jesu redemꝑ. Justus germi. ān. Presul pie sancte cedda ora deum pro nobis, ne peccatis aggrauati tradamur supplicijs, sed ꝑfruamur in celis perēnibus gaudijs ps̄. Bn̄dictus. Oro vt s̄. Ad. j. ān. Claustri. Ad. iij. ān. Cuiꝰ fama claruit ꝓ pontificatur: lucerna que latuit ne plus abscondatur. Cp̄. Ecce sacerd. Ad. vj. aña. Pastor pauit populū pabulo doctrine: reddens receptaculum regule diuine cap̄. Benedictionē. Ad. ix. ān. Deuiātes moribꝰ oues informauit, ꝑsistētes actibus sacris excitauit. Cp̄. Cogno.

¶ In dedicatione ecclesie. Ad primas vesp. super p̄s fer. ān. O q̄ metuendus est locus iste: vere nō est hic aliud nisi domus dei & porta celi. In tempore pasc. finiatur cū alla. In tp̄e natiui. dicitur aña. Tecū principiū. cum ceteris añis & p̄s sequentibus. Capm̄.

Apoc. 21. A Uidi ciuitatē sanctam hierusalē nouā descendentē de celo, a deo paratā sicut spōsam ornatam viro suo. ℟. Terribilis est locus iste: nō est hic aliud nisi domus dei & porta celi. Uere etenī dn̄s est in loco isto et ego nesciebā. In tēpore pasch alla. ℣. Cūq̄ euigilasset iacob quasi de graui sōno ait. Uere etenim. Gloria. Uere. Hymnus.

Urbs beata hierusalē dicta pacis visio, que construitur in celis viuis ex lapidibus: et angelis coronata vt sponsata comite.

Noua veniens e celo nuptiali thalamo, preparata vt sponsata copuletur domino, platee & muri eius ex auro purissimo.

Porte nitent margaritis, adytis patentibus: et virtute meritorum illuc introducitur omnis q̄ pro christi nomine, hic in mundo premitur.

Tonsionibꝰ pressuris expoliti lapides, suisq̧ aptantur locis per manus artificis: disponuntur permansuri sacris edificijs.

Gloria et honor deo vsquequo altissimo, vna patri filioq̧ inclyto paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen. ℣. Domū tuam dn̄e decet sanctitudo. ℟. In longitudinē dierū. ān. Sanctificauit dn̄s tabernaculū suū: hec est domꝰ dn̄i in qua inuocet nomē eius, de quo scriptū est: erit nomen meum ibi, dicit dominus. In paschali tēpore alleluia ps̄. Magnificat. Oratio.

Deus qui nobis ꝑ singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi p̄ces populi tui, et presta vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. Per dn̄m.

¶ Ad cōpletorium omnia fiant sicut in festo trini. & ita dicitur cōple. quotidie per octa. et in octa. qn̄ per estatem hoc festum cōtigerit: vel ab octa. epiph. vsq̧ ad. xl. siue de dedicatione fit seruī. siue de aliquo fest. ix. lec. Ad matu. Inuit. Filie sion currite: assunt enī celebria matris vestre ecclesie. Jubilemus igit deo nostro vnanimes

qui sibi eam gratuita elegit clemētia. In
pasch. tpe Alla. ps. Uesp. Hy⁹ Urbs
btā hierl'm. In .i. noc. ā Tollite portas
principes vestras et elevamini porte eter
nales. In pasch. tpe alla. ps Dñi est
terra. an. Vidit iacob scalam, summitas
cuius celos tāgebat & descendentes ange
los, et dixit: vere locus iste sanctus est.
In pasc. tempore allelvia. ps. Deus
noster refugium. an Cū evigilasset ia-
cob de somno, ait: vere locus iste sanctus
est. In pasch. tpe alla. ps. Magnus
dñs. V Domum tuam. Lectio prima.

QUotienscūqȝ fratres charis-
simi altaris vel templi festi-
vitatē colimus: si fideliter & diligen
ter attēdim⁹, & pie & iuste vivimus:
quicqd in templis manu factis agi-
tur, totum in nobis spirituali edifi-
catione completur. Non enim men
titus est ille qui dixit. Templū em
dei sanctū est, qd estis vos. Et iter.
Nescitis q corpora vestra templū
sunt spiritus sancti? Quibus meri-
tis, nisi per gratiam dei meruimus
fieri templum dei? R. In dedicatione
1 templi decātabat populus laudem. Et in
ore eorum dulcis resonabat sonus. In
pasc. tpe alla. V⁹. Obtulerunt sacrificiū
super altare domini, et ceciderūt in facies
suas, et adoraverunt deum. Et. Lec. ii.

QUātum enim possumus cū
ipsius adiutorio laborem⁹,
ne deus noster in tēplo suo (hoc est
in nobismetipsis) inveniat qd ocu-
los sue maiestatis offēdat. Sed ha
bitaculum cordis nostri evacuetur
vitiis, & virtutibus repleatur. Clau
datur diabolo, et aperiatur christo.
Et ita laboremus, ut nobis bonorū
operū clavibus ianuam regni cele-
stis aperire possimus. Sicut enim
malis operibus (quasi quibusdā se-
ris ac vectibus) vite nobis ianua
clauditur: ita absqȝ dubio bonis ope-
ribus aperitur. R. Fundata est dom⁹ 2
dñi super verticem montiū, & exaltata est
super omnes colles: et veniēt ad eum oēs
gentes, Et dicēt. Gloria tibi domine. In
paschali tpe. Alla. V. Venientes autem
venient cum exultatione: portantes mani
pulos suos. Et dicent. Lectio tertia.

ET ideo frēs charissimi unus
quisqȝ consideret cōsciētiam
suam. Et quando aliquo crimine se
vulneratum esse cognoverit: prius
orationibus, ieiuniis vel eleemosy-
nis studeat mundare conscientiam
suam, et sic eucharistiam presumat
accipere. Si enim cognoscens rea-
tum suū ipse se a divino altari sub-
duxerit: cito ad indulgentiam divi-
ne misericordie perveniet. Quia si-
cut qui se exaltat humiliabitur: ita
econtrario qui se humiliat exaltabi-
tur. Qui enim (sicut dixi) agnoscēs
reatum suum ipse se humiliter ab al
tari eodem pro emendatione remo-
vere voluerit: eterno illo et celesti cō
vivio communicari penitus non ti-
mebit. R. Mane surgēs iacob, erigebat 3
lapidem in titulum, fundens oleum desu
per: votum vovit domino. Vere locus iste
sanctus est, et ego nesciebam. In pasch.
tpe Alla alla. V. Vidit iacob scalā: sum-
mitas cuius celos tāgebat & descendētes
angelos, & dixit. Vere loc⁹. Gloria. Vere.
In scdo noctur. ā. Nō est hic aliud nisi
domus dei et porta celi. In pasch. tpe.
Alla. ps Quam dile. an. Erexit iacob
lapidē in titulū, fundēs oleū desuper. In
pasch. tpe. Alla. ps. Benedixisti. an.
Erit mihi dñs in deū: & lapis iste vocabit
dom⁹ dei. In paschali tempore. Alla.
ps. Fundamenta. V. Domus mea. R.
Domus orōnis vocabitur. Lectio. iiii.

Rogo vos fratres: diligenter attendite. Si ad mensam cuiuscunq; potētis hominis nemo presumit cū vestibus scissis et inquinatis accedere: quāto magis a conuiuio regis eterni (id est ab altari domini) debet se vnusquisque inuidie vel odij veneno percussus: aut iracundie furore repletus: cum reuerētia & humilitate subtrahere. Propter illud quod scriptū est. Vade prius reconciliari fratri tuo. et tunc veniens offeres munus tuum. Et iterū. Quomodo huc intrasti nō habēs vestem
4 nuptialē? ℟. Benedic dñe domū istam
quā edificaui nōmini tuo: venientiū in locum istum Exaudi preces in excelso solio glorie tue. In paschali tēpore Alla. ℣. Domine si conuersus fuerit ppl's tuus & orauerit ad sanctuarium tuum. Ex. L. v.

Hoc enim habet textus euangelice lectiōis: quod quidam fecit nuptias filio suo: et intrauit vt videret simul recumbentes. Vidēs autem hominem non habentem vestem nuptialem: dixit ministris. Ligate illi manus et pedes, et proiicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dētiū. Ecce qualem sententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale (id est ad altare domini) aut ebriosus, aut adulter, aut odium in corde retinēs:
5 presumit accedere. ℟. O quā metuen-
dus est locus iste, vere non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. In pasc. tēpore Alleluia. ℣. Mane surgens iacob votum vouit domino: & dixit. Non est. L. vj.

Auertat hoc de⁹ a nobis fratres charissimi, et concedat vt mala ista, aut nunq̄ velimus admittere: aut si admissa fuerint sine vlla mora penitētia vel pace studeamus sanare: et largioribus elemosinis festinemus abluere. Ne forte si cum peccatorū vulneribus āte tribunal eterni iudicis venerimus: ab illa eterna ecclīa & ab illa celesti hierusalem perpetua excōicatiōe separemur. Hec ergo cogitantes fratres charissimi, tam casti et tam sobrij et tam pacifici ad istud altare studeamus accedere: vt ab illo eterno altari nō mereamur excludi. Qui enim ad istud altare casto corpore & mundo corde cū secura conscientia venerit: ad illud altare quod in celis est felici transmigratione perueniet. Prestāte dño nostro iesu christo: qui cū pre & spiritu sancto viuit et regnat deus, per oīa secula seculorū amen.
℟. Beati qui habitant in domo tua dñe. 6
In secula seculorum laudabunt te. In pasc. tpe. Alla alla. ℣. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia dñe virtutū: beati omnes qui sperāt in te. In se. Gloria. In se. E In. iij. noc. ā. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectiōe dei celi cōmorabitur. In pasc. tpe. alla, ps. Ipsum. ā. Domū istam protege dñe et angeli tui custodiant muros eius. In pasc. tpe Alleluia. ps. Cantate. j. ān. Fundata est domus dñi super verticē mōtium: & exaltata est super celos alla. & sic semper finiatur hec ā. cū alla. nisi a lxx. vsq; ad pas. p̄. Dominus regnauit exul. ℣. Hec est domus domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram. Tres vltime lec. legātur in cappicis sericis. S. Lucam.

In illo tpe. Egressus ies⁹ per-
ābulabat hierico. Et ecce vir Cap.
noīe zacheus: & hic erat princeps pu- 19.
blicanorum et ipse diues. Et reliqua.
Sermo ex gme. vene. be. pbri. L. vij.

Que impossibilia sunt apud ho-

mines: possibilia sunt apud deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina per foramen acus transit: hoc est diues et publicanus relicto onere diuitiarum, contemptoque censu fraudium: angustam portam et arctam viam que ducit ad vitam ascendit. ℟. Orantibus in loco isto, dimitte domine peccata populi tui et ostende eis viam bonam per quam ambulent. Et da gloriam nomini tuo. In pasc. tpe Alla. ℣. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Et da. Lec. viii.

Qui mira deuotione fidei ad videndum saluatorem quod natura minus habuerat: ascensu supplet arboris. Atque ideo iuste quis ipse rogare non audeat: benedictionem dnice susceptionis quam desiderabat accepit: mystice autem zacheus qui interpretatur iustificatus: credentem ex gentibus populum significat. Qui quanto curis secularibus occupatior: tanto flagitiis deprimentibus erat factus humilior. Sed ablutus est, sed sanctificatus, sed iustificatus in nomine dni nostri iesu christi: et in spiritu dei nostri. ℟.

8 Lapides preciosi omnes muri tui. Et turres hierusalem gemmis edificabuntur. In paschali tempore Alle. ℣. Hec est domus domini firmiter edificata: bene fundata est supra firmam petram. Et turres. L. ix.

Populus ergo gentilis intrantem hierico saluatorem videre querebat sed pre turba non poterat. Quia gratie fidei quam mundo saluator attulit participare cupiebat: sed inolita vitiorum consuetudo ne ad votum perueniret obstiterat. Eadem nanque turba noxie consuetudinis que supra cecum clamantem ne lumen peteret increpabat: etiam suspicientem publicanum ne iesum videret tardabat. Sed sicut cecus turbarum voces clamando deuicit, ita pusillus necesse est turbe nocentis obstaculum altiora petendo transcendat, terrena relinquat, arborem crucis ascendat. ℟.

9 Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus. In ea omnis qui petit accipit, et qui querit inuenit, et pulsanti aperitur. In pasc. tpe Alla. ℣. Domum tuam dne decet sanctitudo in longitudinem dierum. In ea. Gloria patri. In ea omnis. ℟. Domus mea. ℟. Domus orationis vocabitur. In lau. an.

1 Domum tuam dne decet sanctitudo in longitudine dierum. In pasch. tpe alla. ps. Dns reg. an.

2 Domus mea domus orationis vocabitur. In pas. tpe alla. ps. Iubilate. an.

3 Hec est domus dni firmiter edificata: bene fundata est supra firmam petram. In pas. tpe alla. ps. Deus deus meus. an.

4 Bene fundata est domus dni supra firmam petram. In pas. tpe alla. ps. Benedicite. an.

5 Lapides preciosi omnes muri tui et turres hierusalem gemmis edificabuntur. In pas. tpe allelvia. ps. Laudate. Cap.

Unusquisque autem videat quid superedificet: fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est christus iesus. 1. Ad corin. 3. c. Hymnus.

Angulare fundamentum lapis christus missus est, qui compage parietum in vtroque nectitur: quem sion sancta suscepit, in quo credens permanet.

Omnis illa deo grata et dilecta ciuitas, plena modulis in laude et canore iubilo: trinum deum vnumque cum fauore predicat.

Hoc in templo summe deus exoratus adueni, et clementi bonitate precum vota suscipe: largam benedictionem hic infunde iugiter.

Hic pmereātur oēs petita acq̄rere, et adepta possidere cū sanctis perenniter: pardisum introire translati in requiē. Gloria et ho. ꝟ. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. ℟. In secula seculorum laudabunt te. Añ. zachee festinās descende: quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille festinans descendit: et excepit illum gaudens in domum suam: hodie huic domui salus a deo facta est alleluia. ps. Benedictus. Oratio.

Deus q̄ ecclesiā tuā sponsam vocare dignat⁹ es: vt q̄ habebat gratiā per fidei deuotionē, haberet etiā ex noīe dignitatē: da vt oīs hec plebs tuo noī seruiens, hui⁹ vocabuli consortio digna inueniatur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate. ꝛc. Hec oratio dr̄ ad oēs ho. p̄terq̄ ad .ij. vesp. Ad .j. añ. Domum tuā. ps. Deus in noīe. añ. Gratias. ps Quicūq꜅. ℟. Iesu christe. cū Alleluia. ꝟ. Qui sedes. ¶ Si hoc festum infra. lxx. vsq꜅ ad pas. ɔtig. dr̄. ℟. Iesu xp̄e. sine Alleluia sicut in dn̄icis illius tēporis. Ad .iij. ā. Domus mea. ps. Legē. Cp̄. Unusq̄sq꜅ aūt. ℟. Domū tuā dn̄e decet sanctitudo. Alleluia al. ꝟ. In lōgitudinē dierꝫ. ꝟ. Domus mea. Or. De⁹ qui ecclesiam. Hec oratio dr̄ ad oēs horas vsq꜅ ad vesperas. Ad sextam. añ. Hec est domus. ps. Defecit. Cp̄m.

Apoc. 21. Ecce tabernaculū dei cū hoībus ꝛ habitauit cū eis: ꝛ ipsi populus eius erunt, et ipse de⁹ cum eis erit eorū deus. ℟. Domus mea. Alleluia alleluia. ꝟs⁹. Domus orationis vocabitur. ꝟ⁹. Beati qui habitāt. A lxx. vsq꜅ ad pas. hoc modo dicet̄ istō ℟. Domus mea: Dicit dominus. ꝟ. Domus orationis vocabitur. Dicit dn̄s. Gloria. Domus mea. ꝟ. Beati qui habitant. Or. Deus qui ecclesiam. Ad nonam. ā. Lapides preciosi. ps. Mirabilia. Cap.

Unusquisq꜅ autē propriam mercedē accipiet secundum suum laborē: dei enim adiutores sumus: dei agricultura estis: dei edificatio estis. ℟. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. Alleluia alleluia. ꝟ. In secula seculorum laudabunt te. ꝟ. Hec est domus domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram. Ad .ij. vesp. añ. Domū tuā. ps. Credidi pter. ps. Letatus sum. ps. Nisi domin⁹. p̄. Laudate dominū qm̄ bonus est. ps. Lauda hierusalem. Capitulū. 1. Co. 3.

Hec est dom⁹ dn̄i firmiter edificata: bene fundata est supra firmā petrā. ℟. Domus mea. hy⁹. Angulare fundamētū. ꝟ⁹. Vbi q̄ habitāt. añ. Ecce tabernaculū dei cū hoībus, ꝛ spiritus dei habitat in nobis: tēplū enim dei sanctum est quod estis vos: p cuius amore celebratis hodie gaudia tempore festi. In pas. tpe. alleluia. ps. Magn̄. Or. Deus qui nobis p singulos annos. Et sic fiat ser. quotidie de dedicatione p octo dies cū regi. cho. et etiā in dn̄ica: nisi fes. ix. lec. intercurrat, vel triū lec. cū reg. cho. Sed si ab octa. pasche vsq꜅ ad ascensionē dn̄i: vel a festo sctē trinitatis vsq꜅ ad aduētū dn̄i hoc festū ɔtigerit, vel etiam ab octa. epiphanie vsq꜅ ad lxx. quotidie etiā per oc. ad matu. Inuitat. hym̄. añ. ꝛ psal. sicut in prima die: ꝟ. ꝛ ℟. scd̄m ordinē nocturnorū dn̄r: ꝛ vna sola añ. sup laud. Et quotidie infra oc. ad vespe. et ad matu. et ad alias hor. dicitur ista or. Deus qui ecclesiam tuam spon. ¶ Si vero infra aduētū vel infra. lxx. vsq꜅ ad caput ieiunij hoc festū ɔtigerit: octa. erunt sine regimine chori vsq꜅ ad octauū diē: tūc enim fiant. ix. lec. ꝛ inui. tri-

plex, nisi in dñica contigerit. Et si aliquod festum. iij. lec. vel octa. sanctorum infra has octa. cötigerit: totum fiat seruitium de fes. vel de oc. et tantũ memo. de dedicatiõe. Dñica vero que tunc infra octa. vel ĩ oc. euene. totum fiat serui. de ipsa dñica: ⁊ tantũ memo. de dedicatione. ¶ Cum autem a circuncisione dñi vsq; ad octa. epi. vel a. iiij. fer. in capite ieiunij vsq; ad quartam feriam ante pasc. vel a vigilia ascensionis do. vsq; ad vigiliam pente. hoc fest. forte contigerit: nihil fiat de fest. infra octa. nec etiam in oct. nisi tãtum memo. ¶ Si autem a vigilia nati. domini vsq; ad circũcisionem dñi: vel a quarta feria ꝓxima ante pasc. vsq; ad octa. pasche: vel in vigi. pentecó. et ab illinc vsq; ad festum sancte trinitatis hoc festũ euenerit: semper differatur vbi cõueniẽtius possit celebrari: videlicet post octa. epi. vel post oct. pasche: vel post primam do. post fest. sancte trinita. ¶ Si hoc fes. in dñica. j. aduen. dñi vel in quarta fer. in capite ieiunij, vel in dñica passio. vel in do. palmarũ: vel in oc. pas. vel in fes. sctẽ trini. vel in fes. corporis christi forte ꝯtigerit: differat in crasti. et erunt ves. de dedica. Similiter fiat si in die ascen. do. euenerit: sed ⁊ tunc nihil fiat de dedicatione infra oc. vsq; ad octauum diem: nisi tantũ mẽo. ¶ Si vero hoc fest. dedica. ecclesie a fest. s. trini. vsq; ad aduen. dñi in do. forte contige. et in ipsa dñica his. ĩchoanda fuerit, que non fuerit duratura nisi per vnam hebdo. tm̃: tunc ibi inchoet his. cum mẽo. tm̃ ⁊ hoc priuatim: ⁊ totũ ser. fiat de dedicatiõe: ⁊ in trib⁹ fer. per hebdo. tota cãtetur his. cum R. fe. et in illis tribus fe. fiat primo mẽo. de dedica. ⁊ deĩde de cru. de sancta maria: et de sctõ loci: ⁊ de oĩbus sctis: ⁊ expositio euãge. de do. eo anno oĩno pretermittat. Ita tñ ꝙ si aliquod festum tri. lec. in illis tribus fe. cõtige. illo anno omnino pretermittatur. Tamen oc. dedi. ecclesie erũt in seq̃ntib⁹ dieb⁹ cũ regi. cho. nisi ꝑ ꝓdictã causam ĩpediantur, vsq; ad octauum diẽ: ⁊ tunc erunt ix. lec. cũ inu. triplici: nisi dup. fest. impediat, vel alia historia q̃ non possit cantari in alia dñica nec in fe. et non fue. duratura. ¶ Itẽ quauis alia fes. ⁊ ꝑ hoc idẽ tp̃s hoc fes. contige. ⁊ dñica ĩfra octa. forte aliqua his. inchoãda fuerit: q̃ non sit duratura nisi per vnã hebdo. ⁊ in fest. post octa. non possit cãtari: tũc in ipsa dñica tota cantet histo. cum ꝯmemoratione de dedicatione. Similiter de fest. loci: vbi oc. habent cum regimine chori. ¶ In tempore vero pas. hoc modo fiat seruitiũ dedi. Ad vtrasq; ves. ⁊ ad laudes et ad horas oĩa fiant vt ꝓdictũ est. Completoriũ pas. tp̃is non mutat. Ad matu. tres prime ãe cũ suis psal. V. et R. de primo noc. dñic cum expositione euang. **Egressus iesus perambulabat hierico.** ¶ Scđa die infra octa. ãe. ps. V. ⁊ R. de. ij. noct. ¶ Tertia die ĩfra oc. ãe. ps. V. ⁊ R. de. iij. noc. ¶ Quarta die ĩfra oct. ps. V. ⁊ R. de. j. noct. ⁊ sic fiet ꝑ ceteros dies ĩfra oc. Ita tñ ꝙ in dñica infra oc. legant lec. de expo. euã. **Oĩs q̃ venit ad.** añe psal. V. ⁊ R. secudũ ordinem noc. dicuntur. ¶ In octa. vero añe psal. V. et R. sicut in prima die dicunt cũ euange. **Facta sunt ence.** Per estatẽ vero scz a **Deus omnium.** vsq; ad aduẽ. dñi: ⁊ ab oct. epi. vsq;

ad lxx. quotidie infra oc. dicunt ℣. et
℟. secūdū ordinem noc. et vna sola
ā. ad lau. ⁊c. ¶ He seq̄ntes āe dicant
per octa. dedica. super psal. Bn̄dict9
et Magnificat. vel ad memo. dedica.
cum de aliquo sctō fiat seruitiū. ān.
1 Benedic dn̄e domum istam quā edificaui
nomini tuo: et venientiū in loco isto exaudi
preces in excelso solio glie tue. In pas.
2 tpe alla. ān. Mane surgens iacob erige-
bat lapidem in titulum, fundēs oleū desu
per votum vouit dn̄o: vere locus iste sctūs
est, et ego nesciebā. In tpe pas. alleluia.
3 ān. Bn̄dictus es in templo sancto glorie
tue: qd̄ edificatum est ad laudē et gloriam
4 nominis tui dn̄e. In pas. tpe alla. ā. Fū-
damentum aliud nemo potest ponere: pre
ter illud denique quod positum est a christo.
5 In pas. tpe. alla. ān. Hec aula accipiet
a deo gratiā benedictionis: et mīam a xpo
6 dn̄o. In pas. tpe. alla. ān. In dedicatiōe
hui9 tēpli laudate deū oīs militia celorum: et
oīs terra laudet nomen dn̄i qz exaltatū est
7 nomē ei9 solius. In pas. tpe alla. ā. Fū
damēta tēpli huius sapientia sua funda-
uit deus: in quo dn̄m celi collaudāt ange-
li: si ruāt vēti et fluāt flumina nō possunt
ea mouere vnq̄: fundata em̄ sunt supra pe
8 tram. In pas. tpe alla. ān Exurgat de9
ad nostri famulat9 obsequiū: et in loco san
cto eius fiat bn̄dictionis augmētum. In
9 pas. tpe alla. ān Qui regis israel intēde
sup domū istā, qui deducis velut ouem io
seph auge in ea bn̄dictionē tuā, q sedes su
per cherubim exaudi preces supplicū i ea
tibi cōfitentiū. In pas. tpe alla. ān Be-
nedic dn̄e domum istam quā edificaui no-
mini tuo: vt sint oculi tui aperti super eā
die ac nocte. In pas. tpe alleluia. ā Or-
nauerunt faciem templi coronis aureis: et
dedicauerunt altare domino alla. Nul-
la fiat per totam octa. memo. qz cho-
rus regitur: vbi per estatē scilicet a
Deus omnium, vsqz ad aduen. do. vel
in tpe pasc. vel ab octa. epi. vsque ad
lxx. contigerit: nisi aliquod fest. cum
regimine chori interuene. Tamē in
tēpore nat. do. vsqz ad purifica. fiat
solēnis mēo. de sancta ma. et ab oct.
pas. vsqz ad ascen. do. fiat solennis
memo. de resurre. Ad oēs horas āe.
cp. ℟. et ℣. cum oratiōe sicut in die.
Ad ves. ān Domum tuam. ps. Credi-
di. et ceteri psal. vt s. ad ij. vesperas
et dicuntur per totam octa. quando
de dedicatio. fit serui. Capitulum.
Hec est domus. Hy9 Angulare fun-
damētum. ℣. Beati qui habitant in do.
¶ Hic ordo seruetur quotidie intra
octa. ad ves. nisi in dominica scz ad
primas ves. tantū. Sequentes lect.
seruiunt per totam octa. nisi in do.
et in octa. tm̄. ¶ Secunda die. L. j.

Anniuersariā hui9 sancte ec-
clesie consecrationis festiui-
tatem solennē: nisibus totis, mente
deuota, puroqz corde: dn̄i saluato-
ris atqz sanctorum exempla sequētes,
cōdigne dilectissimi fratres celebre-
mus. Pulsemus ergo affectu pio,
corde deuoto supplicādo mīam do-
mini: vt clementie sue nobis tribuat
felicitatem, et indulgentie remissio-
nem. Atqz regni celestis introitum
pandat: vt in celesti templo et in su-
perna ac eterna ecclesia, cōsortio san
ctorum eternaliter potiamur. L. ij.

Maiori autem gloria et vene-
ratione in nouo testamento
et in isto homine: solēnia dedicatio-
num nouarum ecclesiarum sunt ve-
neranda: q̄ veteris testamenti ob-
seruatio et legis preceptio institue-
rit. Quoniā sicut maior redemptio
christi sanguine postea in populo fa-
cta est christiano: ita et maior et mul

to amplior veneratio dedicationum et consecrationum ecclesiarum (in quibus quotidie ipsius corpus domini nostri iesu christi et sanguis immolatus a fidelibus sumitur) in christi refectione preparanda est, et a fidelibus amplectenda. Lectio tertia.

IGitur sanctum est fratres ac deo placitum: vt dedicationem huius ecclesie precipua veneremur deuotione. Recte ergo festiuitates et consecrationes sanctarum ecclesiarum venerabiliter colunt: qui filios sancte dei ecclesie se esse cognoscunt. Tu autem. ¶ Tertia die. Lect. j.

HEc est enim mater omnium credentium: que natos regenerat ad vitam. Idcirco charissimi summopere omnes qui xpiano nomine censentur, et filij dei vocantur: oportet sacrationes nouarum ecclesiarum solenniter et decenter celebrare, studiosissimeque venerari: et totis nisibus in eis domini auxilium implorare. Le. ij.

NOn enim dubium est dominum omnipotentem in templis manufactis inhabitare: et corda eorum qui ad ea conueniunt et eorum dedicationes venerabiliter colunt spiritualiter inuisere: atque cunctos inibi deprecantes adiuuare: et eorum necessitatibus subuenire. Lectio. iij.

ATtendere oportet fratres vnumquemque fidelem quanta est consecratio dedicationis ecclesie: et quanta oratio in ea ab episcopo siue a ceteris sacerdotibus et ministris exhibetur. Qualiter ex ministerio consecrationis et ex intentione orationis corda fidelium accendantur: atque omnes diligentissime templi consecrationis festa venerentur. Tu autem. ¶ Quarta die. Lectio. j.

A Clericis enim poplitibus: a summo pontifice et a ceteris sacerdotibus et dei ministris, summa cum deuotione dicitur letania. Deinde relique orationes: sicut ordo ecclesiasticus docet. Imploratur enim deus et a suis sacerdotibus et reliquis ministris in consecratione ecclesie noue, vt omnium inibi aduenientium preces a domino exaudiantur: anxietatesque omnium ibi orantium relaxentur: et peccata deprecantibus remittantur. ¶ Tamen si nullus dies dominicus infra oc. dedicationis euenerit: tunc quarta die infra octa. legatur expositio, euangelij de dominica infra octa. Lectio. ij.

POstulatur etiam a domino in consecratione ecclesie, vt egritudines ibidem sanentur, vota suscipiantur, iuste desiderata impetrentur, postulata concedantur. Perpetualiterque cuncti ad eam confugientes, et in ea orantes: a domino ab omnibus malis liberentur, a domino conseruentur, siue a malis omnibus illesi misericorditer liberentur. Lectio. iij.

CEtera quoque que in serie precum dedicationis et consecrationis ecclesie continentur: eundem deprecantium continent modum. Multi ergo sancti qui modo in celis inter cateruas sanctorum gloriantur: dei templa in presenti ecclesia consecrauerunt. Quorum edificia vna cum consecrationibus eorum adhuc manent: et quorum parietes hactenus consistere videntur. ¶ Quinta die. Lectio prima.

NUlli dubium est fratres eorum preces adeo exaudiri, et eorum impetrata adimpleri: quorum anime sunt in celis animabus sanctorum coequales. Si enim viuentes in carne ecclesias

plantauerunt et construxerunt, atqꝫ ea que in dedicationibus earum petierunt sanctis precibus impetrare (vt certum est) meruerunt: quanto magis modo cum domino regnantium et postulata et impetrata suis meritis in eos redundant: q̄ ad eadē templa deuote deprecaturi aduenientes, et eorũ dedicationes festiue venerantes conueniunt, seu venerabiliter celebrantes colunt. Lectio .ij.

SIcut enim prefati sancti siue cuncti sancti patres, ex his factis retributionem perpetuam perceperunt, et eternam gloriam adipisci meruerunt: sic et modo om̄es eorum vestigia imitantes premia eterna (domino annuente) adipisci indubitanter merentur. Lectio tertia.

MOnemus ergo vos fratres charissimi ne ista in vanum assumatis, nec cessare quoquomodo permittatis. Quoniā si dedicationes nouarum ecclesiarum venerabiliter colitis, et earum solennia studiosissime celebratis: ea que ipsi sancti sacerdotes in ipsis dedicationibus ecclesiarum pro vobis ⁊ p cunctis inibi orantibus petierunt, domino auxiliante misericorditer impetrare gaudebitis.

¶ Sexta die. Lectio prima.

SI enim dominus ⁊ magister noster iesus christus ad festum dedicationis templi venire dignatus est: quāto magis nos ad festiuitates dedicationum ecclesiarum venire debemus, et eas solenniter (prout poterimus, et dominus dederit) celebrare debem⁹. Audistis nanqꝫ fratres charissimi ex lectione euangelica, quia facta sunt encenia hierosolymis, et hyems erat. Et ambulabat iesus in templo: in porticu salomonis. Lectio secunda.

ENcenia autē vocabant solennitates sancti tēpli consecrationis et dedicationis: et que dei populus ex patrum traditione, ⁊ ex antiqua cōsuetudine per singulos annos celebrare consueuit. Quorꝫ exempla hodierna die nos imitantes, iuxta xp̄iani orbis morem, annuam ecclesie nostre dedicationis diem diuinis laudibus ⁊ vigiliis, siue ceteris bonis studiis ⁊ orationib⁹ agere studemus solennem. Lectio .iij.

AMbulare domin⁹ noster iesus christus voluit in templo, in quo caro et sanguis brutorũ animalium offerebatur. Multo magis ecclesiam et domum ad orandum et diuina sacramēta in ea offerenda: siue domum consecratam vbi carnis ipsius atque sanguinis celebrantur sacramenta: inuisere delectabitur. Si dies dn̄icus infra oct. contigerit, totum serui. fiat de dedicatione hoc modo. Ad primas ves. super psal. an̄ Domum tuam. ps Credidi. ⁊ ceteri psal. sequentes vt s. notatum est cap. Vidi ciuitatem. Non dicat R. hy⁹. Urbs btā. V⁹ Domum tuam. an̄ Sanctificauit. ps Mag. or. Deus qui ec. Memo. de do. et de tri. et pcessio ante crucem siue noua historia inchoāda fue. siue nō: nisi qn̄ aliquā dn̄icā oīno oportet differri. In introitu chori de sancta maria.

¶ Ad matuti. tota cantetur historia sicut in prima die, cum istis lectionibus sequentibus. Lectio .j.

NAtalem huius tēpli diem fratres dilectissimi, christo propitio cū exultatione et gaudio celebramus. Et merito solennitatē ma

tris ecclesie christiani populi colũt: per quam se spiritualiter renatos esse cognoscunt. Lectio secunda.

Nam q̃ per primã natiuitatem vasa ire dei fuimus:p secundam natiuitatem vasa misericordie fieri meruimus. Prima enim natiuitas nos perduxit ad mortẽ: secunda reuocauit ad vitam. Lectio.iij.

Omnes nos fratres charissimi ante baptismum phana diaboli fuimus: post baptismum templa christi esse meruimus. Et si de salute nostra attentius cogitemus: templum dei ⁊ verum et viuum nos esse cognoscemus. Lectio quarta.

Non solũ i manu factis habitat de⁹: nec i domo de lignis et lapidibus facta sed p̃cipue in aĩa ad imaginem dei manu ipsius artificis ꝯdita. Ait eñ apostolus. Templũ dei sctũ est q̃d e stis vos. Lec.v.

Templa ista deo de lignis et lapidibus fabricãtur: vt ibi templa dei viuentia cõgregent, acsi ad tẽplũ dei ꝯueniant. Vn⁹ christianus: vnum tẽplum dei est. Et multi christiani: multa tẽpla dei sunt. L.vj.

Etiam fratres videte quã pulchrum est templum: quod edificatur de templis. Et quomodo multa membra faciunt vnum corpus: sic multa templa faciunt vnum templum. ¶ Secundum Lucam

Cap. 6. B. In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Oĩs q̃ venit ad me et audit sermones meos ⁊ facit eos: ostendã vobis cui similis est. Siĩlis est homini edificanti domũ. Et rel. Omelia vene. bede pbri. Lectio.vij.

Homo hic edificans ipse est mediator dei et hominum, homo christ⁹ iesus: qui dilectam sibi domum (sanctam videlicet ecclesiam) in q̃ua perpetuo maneret, edificare et consecrare dignatus est. Lectio octaua.

Qui fodit in altũ ⁊ posuit fundamẽtũ supra petrã: q̃ i corde suoꝝ fideliũ quicq̃d terrene itentionis ĩuenit, fundit⁹ extirpare studuit. Quatenus eiectis prisce cõsuetudinis ruderibus ⁊ cogitationib⁹ superfluis: stabilẽ in eis ipse ⁊ icõcussam mansionẽ possit habere. Le.ix.

Ipse enim est petra: sup quam huiusmodi domus fundamẽta locauit. Et sicut ĩ domo edificanda nil petre cui fundamẽtum imponitur antefertur: ita sancta ecclesia petram suam (videlicet christũ) imo habet in corde recondita: neq̃ aliq̃d fidei illi⁹ ac dilectioni p̃ponit, ideo vt pro hac etiam mortẽ pati non dubitet. Ad lau. vna sola ãn. Ad.j. ⁊ ad alias horas oĩa fiant sicut infra oc. Ad secũdas vespe. oĩa fiant sicut in prima die preter ℟. cum oratione Deus qui ecclesiam. ¶ In octa. dedica. Ad.j.vesp. sup psal. ãn. O quam metuendus. psal. fe. cp. ℟. ⁊ cetera oĩa sicut in prima die ad primas vespe. cum hac oratione Deus qui nobis per singulos. Ad mat. et ad laudes omnia fiant sicut in prima die. L.j.

Congruũ videt fratres solẽnitati quã colim⁹, de edificatione tẽpli aliqua cõmẽorare: ⁊ q̃ decẽter ornatus illius ecclesie significationi ꝯueniat indagare. Narrat ergo scriptura q̃ salomõ rex p̃ceperat vt lapides tollerẽt p̃ciosos ĩ fundamẽtũ tẽpli: ⁊ quadrarẽt eos. Lec.ij.

Lapides grãdes ⁊ p̃ciosi qui in fundamẽto locati sunt, et totũ onus tẽpli sibi suppositũ portant: eximios sctẽ ecclesie doctores

insinuāt. Grādes nimirū excellētia
meritor̄: pciosos claritate signorū.
Qui ab ipso dn̄o verbū audientes:
totā crescētis ecclesie fabricam sua
predicatione genuerūt. Lectio.iii.

Fundamentū in sacra scriptu
ra christus appellat. In quo
lapides grādes, pciosi q̄ tēplū omne
gestarent, sunt positi: qr per ipm ad
ppagandā toto orbe ecclesiā ⁊ pri⁹
patriarche ⁊ pphete: ⁊ postmodum
sunt apl'i istructi. Qui quo arctius
ei⁹ amori inherebāt, eo forti⁹ secta
tores suos in edificatione celesti su
stentabāt. Si festum.iij.lec.habens
proprias lectiones hac die euenerit
fiāt de ipso medie lectiōes. Lec.iiij.

Quos videlz lapides rex qua
drari precepit: vt magistros
ecclesie cōpositos moribus et immo
biles animo esse debere signaret.
Sicut em̄ quadratū quocūqz verti
tur stat: ita prefectorum vita nullis
tentationum impulsibus a sua sta
bilitate deiici nouit. Lectio quinta.

Erat autē predictū templū de
marmore pario (qui est lapis
albus) extructū: vt candorem eccle
siastice castitatis exprimeret. Habe
bat vero sexaginta cubitos in lon
gitudine, et viginti in latitudine, et
triginta in altitudine. Lectio.vi.

Longitudo tēpli fidē sctē ec
clesie designat: per quā lon
ganimiter prauor̄ aduersa tolerat.
Latitudo charitatē, qua intus per
viscera pietatis spatiatur. Altitu
do spem: quapropter bona q̄ per cha
ritatem operatur, celestis vite p̄mia
expectat. Secundum Joannem.

Cap. 10, B In illo tpe. Facta sunt encenia
hierosolymis, et hyems erat:
et ambulabat iesus in tēplo in por
ticu salomonis. Et reliqua. Home
lia beati gregorij pape. Lectio.vij.

Encenia vocabant solēnia dedi
catiōis tēpli, q̄ ppl's dei ex antiqua
patrū traditione p annos singulos
celebrare consueuerat. Quor̄ vesti
gia nos hodie iuxta morē xp̄iani or
bis sequētes: annuā dedicatiōis ec
clesie nr̄e diē diuinis laudib⁹ ⁊ vigi
lijs studem⁹ agere solennē. Le.viij.

Et hāc ergo nos festiuitatem
eo maiori deuotione celebra
re oportet: quo eam redemptori esse
gratissimā cognouim⁹. Adeo vt in
tēplū ipse ingredi, et sermonē facere
populo, ac diuinitatis sue sacramen
ta pādere dignatus est. Lectio.ix.

Si ergo ambulare voluit do
min⁹ in tēplo in quo caro et
sanguis brutorū aīaliū offerebat:
multo magis orōnis nostrā domū,
vbi carnis ipsi⁹ ⁊ sanguinis sacra
menta celebrant visitare gaudebit.
Si perambulare non desperit dn̄s
in porticu in quo rex quondā mor
talis ac terren⁹ (q̄uis potētissim⁹)
stare solebat: q̄to magis penetra
lia cordiū nr̄or̄ inuisere atqz illustra
re desiderat. Si tn̄ porticū esse salo
monis hoc est si ea timorē (qđ est ini
tiū sapiētie) habere perspexerit. Ad
primā ⁊ ad alias hor. oīa fiāt sicut
infra octa. Ad scdas vespe. oīa fiant
sicut in die pter R. quod nō dicetur
cum hac orōne Deus qui eccle. Qn̄
fit seruí. de aliquo sctō p oct. fiat so
lennis memo. de octa. cum hoc V. tā
ad vesp. q̄ ad matuti. V. Beati qui ha.
siue duplex festum sit, siue non.

¶ Sequuntur benedictiones.

¶ Quotiēscūqz fiūt.ix.lc. p totū an
nū dicāt iste sex bn̄dictiōes ad mat
ti. pterq̄ i fes. b. ma. a oīm sctōr̄ ⁊ in

fest.iij.lec.sine expõe euã.siue chor⁹ regat siue nõ:⁊ in oct.⁊ infra oct.et in fer.pasch.tpis scdm ordinẽ noc.

¶ In.j.noctur.dñr iste bñdictiões.

Benedictione perpetua, benedicat nos pater eternus.

Deus dei filius,nos benedicere ⁊ adiuuare dignetur.

Spiritus sancti gratia,illuminet corda ⁊ corpora nostra.

¶ In scdo nocturno benedictiões.

Ops dñs,sua gra nos benedicat.

Christus perpetue det nobis gaudia vite.

Intus ⁊ exteri⁹,purget nos spũs almus. ¶ In.iij.noc. S. Marcum.

Euangelicis armis, muniat nos cõditor orbis. ¶ Scdm Mattheũ.

Euangelica lectio, sit nobis sal⁹ ⁊ ptectio. ¶ Secundum Lucam.

Per euangelica dicta,deleãtur nostra delicta. ¶ Scdm Joannem.

Fõs euãgelij,repleat nos dogmate celi. ¶ Nñ expõ nõ habet:tunc dr ad septimam lectionẽ ista bñdictio.

Creator oim rerũ,bñdicat nos hic et in euum. ¶ Ad octauã lectionem semper dr ista benedictio:nisi in festis beate marie, et oim sanctorum.

Diuinũ auxiliũ,maneat semp nobiscũ. ¶ Qñ vo dr expositio euãg. ad.j.lect.tunc sit ista bñdictio scda.

Diuinũ auxilium ma. ⁊c. ¶ In festis vo sctõꝝ sit ista nona bñdictio

Ad societatẽ ciuium supnoꝝ,pducat nos rex angeloꝝ.Et sep dr. rex angeloꝝ.qñcũqꝫ dr scdm vsũ eccłie Saꝝ.nisi in fes.b.ma. Silr in fest. iij.lec.cũ expõe euã.sit ista.iij.bñdi.

Ad societatẽ ciuiũ su. ¶ Qñ vero fiũt.ix.lectiones de tpali per totum annũ:nisi a festo sctẽ trinitatis vsqꝫ ad aduẽtum dñi,sit ista nona bñdi.

In vnitate sancti spiritus,benedicat nos pater et filius.Dicetur etiã in festo corporis christi:et in octa.eiusdem:⁊ in exaltatione sancte crucis:et in dedica.ecclesie:et in do.infra octa.et in octa.eiusdem. ¶ Qñ vero fiunt.iij.lec.de tpali cũ expositiõeseuãg.tũc sit ista tertia bñdictio

In vnitate sancti spiritus.⁊c.

¶ A festo vo sctẽ trinitatis vsqꝫ ad aduen.dñi,dñicis diebus quãdo de dñica agitur,sit ista nona bñdictio

In charitate pfecta,cõfirmet nos trinitas sancta. ¶ In oĩbus ferijs per annum extra tempus pasch.et quando expositio non habetur, dicantur he benedictiones tres.

Deus misereatur nostri,et det nobis pacem.

Virt⁹ xpi,habitet in cordib⁹ nrĩs.

De celo missus, doceat nos spũs almus. ¶ In festo oĩm sctõꝝ dñr benedictiones prout in eodem festo ante lectiones eiusdẽ sunt notate.

¶ In festis ⁊ in cõmeõ.b.marie dicanẽ iste bñdictiones. ¶ In.i.noc.

Alma virgo virginum,intercedat pro nobis ad dominum.

Christus marie fili⁹,sit nobis clemens ⁊ propitius.

Sancta dei genitrix,sit nobis auxiliatrix. ¶ Tres predicte benedictiones in cõmeõ.btẽ marie non variantur p totũ annũ. ¶ In.ij.noc.

Sancte marie merita,nos perducant ad regna celestia.

Que peperit christum, pro nobis postulet ipsum.

Stella maria marꝫ,succurrat piissima nobis. ¶ In.iij.nocturno.

Per marie merita,prosit nobis lectio euangelica.

Diuina solatia,nobis ĩpetret vir-

go maria.

Ad societatē ciuium supnoꝝ, pdu cat nos regina celoꝝ. ¶ Itē alie bñ dictiones de sctā maria infra octa.

Pura, pudica, pia: miseris misere re maria.

Uirgo parens natum, fac nobis ꝓpitiatum.

Nos precibus matris, saluet sa pientia patris. ¶ Secunda die.

Uirgo deo digna, ꝓcātibus esto benigna.

Intercede pia ꝓ nobꝫ ꝟgo maria.

Que peperit florem, det nobis flo ris odorem. ¶ Tertia die.

Conserua famulos, virgo maria tuos.

Sancte marie precibus, benedicat nos pater et filius.

Filius virginis marie, det nobis gaudia vite. Amen.

¶ In quotidianis matutinis beate marie dicantur he benedictiones.

Alma virgo virginum, intercede pro nobis ad dominum.

Intercede pia, pro nobis virgo maria.

Sancta dei genitrix, sis nobis au xiliatrix.

¶ Benedictio salis et aque omnibꝫ dñicis per annū. ¶ Post primā et cap̄. fiat benedictio salis ꝛ aque ad gradum chori a sacerd̄. hoc modo.



Exorcizo te creatu ra salis per deum ✠ viuū, per deum ✠ verū, per deum ✠ sanctū, per deū qui te per heliseū prophetā in aquā mitti iussit vt sanaretur sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ꝛ sis omni bus te sumentibus sanitas anime ꝛ corporis: ꝛ effugiat atqꝫ discedat ab eo loco quo aspersum fueris om nis fantasia et nequitia vel versu tia diabolice fraudis, omnisqꝫ spi ritus imūdus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. Sequitur oratio sine Dñs vobiscum. sed tantū cum Oremus.

Immensam clemētiam tuam omnipotens eterne deus hu militer imploramus: vt hanc crea turam salis quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua pietate digne ris: vt sit omnibus sumentibus sa lus mentis ꝛ corporis. Et quicquid ex eo tactū vel respersum fuerit: ca reat oī imunditia, omniqꝫ inpugna tiōe spūalis nequitie. Per dñm. ℟. Amē. ¶ Sequitꝛ exorcismus aque.

Exorciso te creatura aque ī no mine ✠ dei patris omnipotē tis, et in nomine ✠ iesu christi filij eius domini nostri, ꝛ in virtute spi ritus sancti: vt fias aqua exorciza ta ad effugandam omnem potesta tem inimici: ꝛ ipsum inimicum era dicare ꝛ explantare valeas cum an gelis suis apostaticis. Per virtutem eiusdem domini nostri iesu christi: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amē. Sequitur oratio sine Domi nus vobiscum. sed cum Oremus.

Deus qui ad salutē humani generis maxima quaqꝫ sacra menta in aquarū substantia cōdidi sti: adesto ꝓpitiꝰ inuocationibꝰ no stris, et elemento huic multimodis purificationibus preparato virtutē tue bñ ✠ dictionis infunde: vt crea

tura tua mysterijs tuis seruiens, ad
abiiciendos demones, morbosq; pel
lendos diuine gratie sumat effectũ:
vt quicquid in domibus vel in locis
fideliũ hec vnda resperserit: careat
omni immũditia, liberetur a noxa:
non illic resideat spiritus pestilens,
non aura corrũpens: discedant om-
nes insidie latentis inimici: & si qđ
est quod aut incolumitati habitan-
tium inuidet aut quieti, aspersione
huius aque effugiat: vt salubritas
per inuocationem scti tui nois expe
tita, ab omnibus sit impugnationi
bus defensa. Per dominũ nostrum.
Hic mittat sacerdos sal in aquã, in
modũ crucis ita dicendo sine nota.

¶ Commixtio salis et aque pariter
fiat. In nomine patris & filij & spi-
ritus sancti. ℟. Amẽ. Dominus vo
biscum. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor
& insuperabilis imperij rex,
ac semper magnificus triũphator:
qui aduerse dominationis vires re-
primis, qui inimici rugientis seui-
tiã superas, qui hostiles nequitias
potẽs expugnas: te domine tremen
tes et supplices deprecamur ac pe-
timus vt hanc creaturam salis et a-
que dignãter accipias, benignus il-
lustres, pietatis tue more sãctifi- ✠
ces: vt vbicumq; fuerit aspersa per
inuocationem sancti tui nominis,
omnis infestatio immundi spiritus
abiiciatur, terrorq; venenosi serpen
tis procul pellatur, et presentia san
cti spiritus nobis misericordiã tuã
poscentibus vbiq; adesse dignetur.
Per dominum nostrum iesum chri
stum filium tuum. in vnitate eiusd.
Dum aspergatur aqua, cãtetur hec
ãn. Asperges me domine hysopo et mun-
dabor: lauabis me et super niuem dealba
bor. Ps. Miserere mei deus. Asperges. ℣.
Et secundum mul. Asperges. ℣. Gloria
patri et filio & spiritui sancto. Sicut erat.
Lauabis me. Post aspersionem aque,
dicat sacerdos ad gradum chori. ℣.
Ostẽde nobis domine misericordiã tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis. Sequi-
tur oratio sine Dominus vobiscũ.
sed tantum cum Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pa-
ter omnipotẽs eterne deus: &
mittere dignare sanctum angelum
tuum de celis: qui custodiat, foueat,
protegat, visitet et defendat omnes
habitantes in hoc habitaculo. Per
christum dñm nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio panis.

Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ. Oremus.

Benedic domine istam creatu
ram panis, sicut benedixisti
quinq; panes in deserto: vt oẽs gu-
stantes ex eo, recipiãt tam corporis
q̃ anime sanitatem. In nomine pa-
tris & filij & spiritus sancti. Amen.
Aspergatur aqua benedicta.

¶ Alia benedictio panis. ℣. Adiuto-
rium nostrum in nomine domini. ℟. Qui
fecit celum & terram. Dominus vobis-
cum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte pater omni-
potens eterne deus, bene- ✠
dicere digneris hũc panem tua san-
cta spirituali benedictiõe: vt sit om-
nibus sumentibus salus mentis et
corporis: atq; contra omnes mor-
bos et vniuersas inimicorum insi-
dias tutamen. Per dominum no-
strum iesum christum filium tuum
panem qui de celo descendit, et dat
vitam et salutem mundo: et tecum
viuit et regnat deus. Per omnia se-
cula seculorum. ℟. Amen.

¶ Sequuntur preparationes ad missam.

¶ Sacerdos volens cōfiteri dicat Benedicite pater. Sacerdos Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ad confitendum omnia peccata tua. In nomine patris et filii. &c. Tunc dicat peccata sua: quibus dictis dicat sacerdos. Misereatur tui omnipotens deus. &c. Indulgentiam et absolutionem. &c. Meritum passionis domini nostri Jesu christi, suffragia sancte matris ecclesie, bona que fecisti et que per dei gratiam facies sint tibi in remissionem peccatorum tuorum. Iniungat penitentiam dicens. Et pro penitentia speciali dices hoc et hoc, vel facies hoc et hoc.

Tunc absoluens dicat.

Dominus noster iesus christus qui est summus pōtifex per suam piissimam misericordiam te absoluat. Et ego auctoritate mihi concessa absoluo te primo a sentētia minoris excommunicationis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris et fi. &c.

Sacerdos volens accedere ad altare induat se sacris vestibus dicens.

Veni creator spiritus, mētes tuorum visita: imple superna gratia, que tu creasti pectora.

Qui paraclitus diceris, donū dei altissimi: fons viuus, ignis, charitas, spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere, dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris, sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus, infunde amorē cordibus: infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

Hostem repellas lōgius, pacemque dones protinus: ductore sic te preuio vitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem, noscamus atque filium: te vtriusque spiritum credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio, sancto simul paraclito: nobisque mittat filius charisma sancti spiritus. Amen. V. Emitte spiritum tuum et creabuntur. R. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per christum. Deinde sequatur. an. Introibo ad altare dei. ps. Judica me deus et discerne causam. to. psal. dicitur cum Gloria. Deinde dicitur. an. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meam. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia eius.

Confiteor deo, beate marie, omnibus sanctis, et vobis: quia peccaui nimis cogitatiōe, locutione et opere mea culpa, precor sanctam mariam omnes sanctos dei et vos orare pro me. Ministri respondeāt. Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo, cōseruet et confirmet in bono et ad vitā perducat eternā. Sac. Amen. et postea dicant. Confiteor. quo dicto. dic. sac. Misereatur. vt s. Deinde dicat sac. Absolutionem et remissionem omniū peccatorum vestrorum, spacium vere penitentie et emendationem vite, gratiā et consolationem sancti spiritus tribuat

vobis omnipotens et misericors do
minus. Ministri respōdeāt. Amen.
Deinde dicat sacerdos. Versus. Adiu-
torium nostrum in nomine domini. R.
Qui fecit celum et terram. V. Sit no-
men domini benedictum. R. Ex hoc nunc
et vsque in seculum. Oremus.

AUfer a nobis domine quesu
mus omnes iniquitates no-
stras: vt sancta sanctorum puris
mentibus mereamur introire. Per.
Tūc se erigat sacerdos et osculetur
altare, et hoc in medio: et signet se in
facie sua ita dicens. In nomine pa-
tris et filij et spiritus sancti. Amen.
Deinde incipiat officium vsque.

Gloria in excelsis deo. Et in terra
pax hominibus bone voluntatis.
Laudamus te. Benedicimus te. A-
doramus te. Glorificamus te. Gra-
tias agimus tibi propter magnam
gloriam tuam. Domine deus rex
celestis: deus pater omnipotens.
Domine fili vnigenite Jesu christe.
Spiritus et alme orphanorum pa-
raclite. Domine deus agnus dei fi-
lius patris. Primogenitus Marie
virginis matris. Qui tollis peccata
mundi miserere nobis. Qui tollis
peccata mundi: suscipe deprecatio-
nem nostram. Ad Marie gloriam.
Qui sedes ad dexteram patris mise
rere nobis. Quoniam tu solus san
ctus. Mariam sanctificans. Tu so
lus dominus. Mariam gubernās.
Tu solus altissimus. Mariā coro-
nans. Jesu christe. Cum sancto spiri
tu: in gloria dei patris. Amen.

CRedo in vnū deum. Patrem
omnipotentem: factorem ce-
li et terre, visibilium omnium et in-
visibilium. Et in vnum dominum ie
sum christum filium dei vnigeni-
tum. Et ex patre natum ante om-
nia secula. Deum de deo, lumen de
lumine, deum verum de deo vero.
Genitum non factum, consubstan-
tialem patri: per quem omnia facta
sunt. Qui propter nos homines et
propter nostram salutem descendit
de celis. Et incarnatus est de spiri-
tu sctō ex maria virgine. Et homo
factus est. Crucifixus etiam pro no
bis sub pōtio pilato: passus et sepul
tus est. Et resurrexit tertia die secū-
dum scripturas. Et ascendit in ce-
lum: sedet ad dexteram patris. Et
iterum venturus est cum gloria iu-
dicare viuos et mortuos. Cuius re-
gni non erit finis. Et in spiritū san
ctum dominum et viuificantē. Qui
ex patre filioque procedit. Qui cum
patre et filio simul adoratur et con-
glorificatur. Qui locutus est per
prophetas. Et vnam sanctam ca-
tholicam et apostolicam ecclesiam.
Confiteor vnū baptisma in remis-
sionem peccatorum. Et expecto re-
surrectionem mortuorū. Et vitam
venturi seculi. Amē. Deinde sequa-
tur. Dominus vobiscum. et Ore-
mus. Deinde dicitur offertoriū. Ip
se vero accipiens calicem: diligen-
ter ponat in loco suo debito sup me-
dium altaris: et inclinatus parum-
per eleuet calicem vtraq; manu offe
rens sacrificium domino: dicendo
hanc orationem. Oremus.

SUscipe sancta trinitas hanc
oblationem quam ego indi-
gnus peccator offero in honore tuo,
beate marie, et omnium sanctorum:
pro peccatis et offensionibus meis,
pro salute viuorum, et requie om-
nium fideliū defunctorū. In nomi-
ne patris. etc. Acceptū sit omnipoten-

ti deo hoc sacrificiũ nouum. Dicta oratiõe reponat calicem et cooperiat cũ corporalibus, ponatq; panem super corporalia decẽter ante calicem vinũ et aquam cõtinentem: et osculetur patenã et reponat eam a dextris sup altare sub corporalibus parum cooperiendo. His ita peractis eat sacerdos ad dextrum cornu altaris, et abluat manus dicens. Munda me domine ab omni inquinamẽto mentis et corporis: vt possim mundus implere opus sanctũ domini. Ablutis manib⁹ sacerd. reuertat se ad altare ad diuinum officium exequendum. Deinde reuertat se: et stãs ante altare, inclinatoque capite et corpore: iunctis manibus dicat. Orõ.

In spiritu humilitatis et in animo cõtrito suscipiamur domine a te. Sic fiat sacrificium nostrũ in cõspectu tuo vt a te suscipiatur hodie, et placeat tibi dñe deus. Et erigens se deosculetur altare a dextris sacrificij, et dãs benedictionem vltra sacrificiũ: postea signet se dicens. In nomine patris &c. Deinde vertat se sacer. ad populũ et tacita voce dicat. Orate fratres et sorores pro me: vt meũ pariterq; vestrũ acceptum sit domino deo sacrificium. Responsio clerici priuatim. Spiritus sancti gratia illuminet cor tuũ et labia tua, et accipiat dominus digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis et offensionibus nostris. In missis vero pro defunctis post ablutionem manuũ sacerdos statim incipiat iunctis manibus in medio altaris cõuersus ad altare dicens. Hostias et preces tibi domine offerimus. Et chor⁹ cantando respondeat. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas dñe de morte transire ad vitam. Et interim dicat sacerdos. In spũ humilitatis. Deinde statim dicat conuersus ad populum tacita voce. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Responsio clerici cantando. Requiem eternã dona eis dñe: et lux ppetua luceat eis. Quã olim abrahe pmisisti et semini eius. ¶ Notandũ q in oĩbus missis p corpore presenti et in anniuersa. cuiuscũq; fuerint et in trigintalib⁹ dr. Hostias et preces et̃ Ꝟ⁹. Requiẽ eternã. et Quã olim. In oib⁹ vo aliis missis p defunctis nõ dr: nec in die aĩarum. Et reuersus ad altare sacerd. secretas orationes dicat iuxta numerũ et ordinem ante dictarum ante eplm: ita incipiens. Orem⁹. Quib⁹ finitis dicat sacerd. aperta voce. Per oĩa scl'a seculorũ. manib⁹ nõ leuatis: donec dr. Sursum corda. ¶ De trinitate prefatio.

Eterne deus: qui cũ vnigenito filio tuo et spiritu sctõ vn⁹ es deus, vnus es dominus. Non in vnius singularitate persone: sed in vnius trinitate substantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus: hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneq; deitatis: et in personis pprietas: et in essentia vnitas: et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli atq; archangeli, cherubim quoque ac seraphim, qui nõ cessant clamare vna voce dicẽtes. ¶ De sancto spiritu prefatio.

Eterne deus. Per christũ dominũ nostrũ. Qui ascendens sup oẽs celos sedensq; ad dexteram

tuam, promissum spiritum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes atque angelice potestates hymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

¶ De sancta cruce prefatio.

Eterne de⁹. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui in ligno vicerat: in ligno quoque vinceretur. Per christum dominum nostrum. Per quem, maiestatem tuam laudant angeli: adorāt dominationes: tremunt potestates. Celi celorū que virtutes ac beata seraphim: socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur: supplici cōfessione dicentes.

¶ De sancta Maria prefatio.

Eterne deus. Et te in conceptione. Et te in annunciatione. Et te in assumptione. Et te in natiuitate. Et te in visitatione. Et te in veneratione beate et gloriose semperque virginis marie exultantibus animis laudare, benedicere, et predicare. Que et vnigenitum tuū sancti spiritus obumbratione concepit, et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit, Jesum Christum dominum nostrum. Per quem maiestatē tuam laudant angeli. vt s.

¶ De apostolis prefatio.

Eterne deus. Et te domine suppliciter exorare vt gregem tuum pastor eterne nō deseras: sed per beatos apl'os tuos continua protectiōe custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis, cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

¶ Prefatio communis.

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscū. Et cum spiritu tuo. Hic eleuet sacerd. manus dicens. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare nos tibi semper et vbique gratias agere, domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem, maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphim. &c. vt supra. Sanctus sanctus sanctus. Item in aliis prefationibus Et ideo. vt supra. Sanctus sanctus sanctus: domin⁹ deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua: osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini: osanna in excelsis. Quando vltimo fit seruitium de sancta maria ante aduentum: et ante septuagesimam: et in octaua visitationis, assumptionis, & natiuitatis beate marie: tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit in nomine domini. & cetera. Deinde cōfestim manibus iunctis et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime pater: corpore inclinato donec dixerit. Ac petimus.





E igitur clementissime pater per iesum christū filiū tuū dominum nostrū supplices rogam⁹ corpore iclinato donec dicat ac petim⁹. Hic erigēs se sacerdos osculet altare a dextris sacrificij dicens vti accepta habeas ꝛ bñdicas. Hic faciat sacerdos tres cruces sup calicē dicēdo Hec ✠ dona Hec ✠ munera Hec ✠ sctā sacrificia illibata. Factis signaclis sup calicē eleuet manus suas ita dicēs.

IN primis q̄ tibi offerimus p ecclia tua sctā catholica: quā pacificare: custodire: adunare: et regere digneris toto orbe terrarꝫ: vna cū famulo tuo papa nostro N. ꝛ antistite nr̄o N. id est proprio epō tātū et rege nostro N. ꝛ dñr nominatim. Sequatur et omnibus orthodoxis atqꝫ catholice et apostolice fidei cultoribus. Hic oret pro viuis.

MEmento domine famulorū famularūqꝫ tuarū N. et N. In qua oratione ordo debet attēdi propter ordinem charitatis. Quinquies oret sacer. Primo pro seipso. Secundo pro patre ꝛ matre carnali ꝛ spūali ꝛ p aliis parētibus. Tertio pro amicis specialib⁹, parochianis, et aliis. Quarto pro oīb⁹ assistētibus. Quinto pro omni populo xp̄iano: ꝛ potest hic sacerdos oēs suos amicos deo ꝯmendare. Consulo tamē vt null⁹ ibidē nimis īmoretur: tū ꝑpter cordis distractionē, tū ꝑpt immissiones q̄ possunt fieri per angelos malos: tū ꝑpt alia picula. Et omnium circumastantium: quorum tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerūt hoc sacrificium laudis: pro se suisque omnibus, pro redēptione aīarū suarū, ꝓ spe salutis ꝛ icolumitatis sue: tibiqꝫ reddūt vota sua eterno deo viuo et vero.

COmmunicātes ꝛ memoriam venerantes. In primis glorióse semperqꝫ virginis. Inclinādo parumper dicat. marie genitricis dei ꝛ dñi nr̄i Jesu christi. Sed ꝛ beatorꝫ apostolorū, ac martyrꝫ tuorum. Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joānis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrisogoni, Joannis et Pauli, Cosme ꝛ Damiani. Et omnium sanctorum tuorum. Quorꝫ meritis precibusqꝫ cōcedas: vt in omnibus ꝓtectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem christum dominum nostrum. Amē. Hic respiciat sacerdos hostiam cum magna veneratione dicens.

HAnc igitur oblationē seruitutis nostre, sed ꝛ cūcte familie

tue q̄sumus domine vt placatus accipias: diesq̄ nostros ĩ tua pace disponas, atque ab eterna damnatiõe nos eripi: et in electorum tuorũ iubeas grege numerari. Per christum dominum nostrum. Amen. Hic iterum respiciat hostiam dicens.

Quam oblationẽ tu deus omnipotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces super vtrumq̄ cum dicat be ✠ nedictam ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemq̄ facere digneris: vt nobis. Hic faciat crucem super panem dicens. cor ✠ pus. Hic super calicem et san ✠ guis. Iunctisque manibus dicens fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi. Hic erigat sacerdos manus et coniungat: et postea tergat digitos, et eleuet hostiam dicens.

Qui pridie quam pateretur: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos suos ad te deum patrem suum omnipotentem. Hic inclinet se, et postea eleuet paululum dicens tibi gratias agens, be ✠ nedixit, fregit. Hic tangat hostiam dicens deditq̄ discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Et debent ista verba proferri cum vno spiritu, et sub vna prolatione, nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam, et postea eleuet eam supra frontem vt possit a populo videri: et reuerenter illam reponat ante calicem ĩ modum crucis per eandem facte. Et tunc discooperiat calicem, et teneat inter manus suas non disiũgendo pollicem ab indice, nisi dum facit benedictiones tantum, ita dicens.

Simili modo postea quam cenatum est: accipiens et hunc preclarũ calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi. Hic inclinet se dicens gratias agens bene ✠ dixit, deditque discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic eleuet sacerdos parumper calicem ita dicens.

Hic est enim calix sanguinis mei, noui et eterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Hic eleuet calicem vsque ad pectus vel vltra caput dicens.

Hec quotienscunq̄ feceritis, in mei memoriam facietis. Hic reponat calicẽ ⁊ tricet digitos suos vltra calicem propter micas et cooperiat calicem, deinde eleuet brachia sua in modum crucis iunctis digitis vsq̄ ad hec verba de tuis donis.

Unde et memores domine nos serui tui: s3 et plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei nostri tam beate passiõis: necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic quinque cruces fiant: sc3 tres prime cruces super hostiam ⁊ calicem dicendo hostiam pu ✠ ram, hostiam san ✠ ctã: hostiam immacu ✠ latam. Quarta sup panẽ tm̃ dicẽdo pa ✠ nem sanctũ vite eterne. Quinta super calicem dicendo. et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere sicuti accepta habere dignat᷒ es munera pueri tui iusti

abel, et sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Hic sacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat. Supplices te rogamus. usque ad hec verba. ex hac altaris participatione. et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificij: et faciat signum crucis super hostiam et calicem et in facie sua cum dicit omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue: ut quotquot. Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificij dicens. ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui. Hic faciat signum crucis super hostiam dicens. cor ✠ pus deinde super calicem dicens et san ✠ guinem sumpserimus, omni. Hic signet se in faciem dicens. benedictione celesti et gratia repleamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. Hic oret pro mortuis.

Memento etiam domine animarum famulorum famularumque tuarum N. et N. qui nos precesserunt cum signo fidei: et dormiunt in somno pacis. Reminiscat defunctorum eorum precipue pro quibus tenetur orare. Deinde dicat.

Ipsis domine et omnibus in christo quiescentibus: locum refrigerij lucis et pacis ut indulgeas deprecamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Hic percutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam, et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cum Johanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium non estimator meriti, sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Non dicitur Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic ter signet calicem dicens. sancti ✠ ficas viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, et prestas nobis. Hic discooperiat calicem: et faciat signaculum crucis cum hostia quinquies: primo ultra calicem ex utraque parte illius calicis: secundo calici equale: tertio infra calicem. quarto sicut primo. quinto ante calicem. per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so, est tibi deo patri omnipo ✠ tenti in unitate spiritus ✠ sancti, omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicem et teneat manus suas super altare usque dum dicitur. Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti, et diuina institutione formati audemus dicere. Hic accipiat diaconus patenam, eamque a dextris sacerdotis extento brachio in altum usque Da propitius. discoopertam teneat. Hic eleuet sacerdos manus dicens. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Chorus dicat. Sed libera nos a malo. Sacerdos priuatim. Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria, et beatis apostolis tuis Petro et Paulo atque andrea cum omnibus sanctis. Hic committat diaco. pate. sacerd. deosculans manum eius: et sac. deosculetur pate. postea ponat ad sinistrum oculum: deinde ad dextrum: postea faciat crucem cum patena vltra caput, et tunc reponat eam in locum suum dicens.

Da propitius pacem i diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Hic discooperiat calicem et sumat corpus cũ inclinatione trãsponens in concauitate calicis retinendo inter pollices et idices, et frãgat i tres partes. Prima fractio dũ dicitur Per eũdẽ dominũ nostrum Jesum Christũ filium tuum. secunda fractio. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Hic teneat duas fracturas i sinistra manu et tertiam fracturã i dextera manu in summitate calicis: ita dicens aperta voce. Per omnia secula seculorum. Chorus respondeat Amen. Hic faciat tres cru. intra calicẽ cum tertia parte hostie dicendo Pax domini ✠ sit sem ✠ per vo ✠ biscum. Chorus Et cum spũ tuo. Ad Agnus dei dicendum accedant diac. et subdiaco. ad sacerd. vterque a dextris: diac. propior, subdia. remotior et dicant priuatim. Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei, q̃ tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacẽ. In missis pro defunctis dicit hoc modo. Agnus dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. cũ hac additione in tertia repetitiõe sempiternam. Hic cruce signãdo deponat dictam tertiã partẽ hostie in sacramentũ sanguinis: sic dicendo.

Hec sacro ✠ sancta cõmixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu xpi fiat mihi omnibusq; sumentibus salus mentis et corporis: et ad vitã eternã promerendã et capessendam preparatio salutaris. Per eundẽ dominũ nostrum. Amẽ. Anteq̃ pax detur dicat sacerdos.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: da mihi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem filij tui domini nostri Jesu Christi ita digne sumere: vt merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorum accipe, et tuo sancto spiritu repleri, et pacem tuam habere: quia tu es deus solus, et preter te non est alius: cuius regnum et imperium gloriosum sine fine permanet in secula seculorum. Amẽ. Hic osculetur sacer. corporalia in dextera parte: et summitatem calicis, et postea diaco. dicens Pax tibi et ecclesie dei. Responsio. Et cum spiritu tuo. Dia. a dextris sacer. ab eo pacem recipiat: et subdia. porrigat. Deinde ad gradũ chori ipse dia. pacem portet rectoribus chori: et ipsi pacem cho. portent

uterqz sue parti incipiens a maiori-bus. In fes. xo & fer. qn chorus non regitur: par a dic. choro apportatur per duos extremos de secunda forma: cetera sicut prius. Post pacem datam dicat sacer. orationem seqn. priuatim antequam se comunicet: tenendo hostiam duabus manibus.

Deus pater fons et origo totius bonitatis, qui duct⁹ misericordia unigenitũ tuum p nobis ad infima mũdi descendere & carnẽ sumere voluisti: quem ego idignus hic & in manibus meis teneo. Hic iclinet se sacerdos ad hostiã di. Te adoro, te glorifico, te tota mentis ac cordis intentione laudo: & precor ut nos famulos tuos non deseras: sed pctã nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeam⁹. Per eũdẽ christũ dominum nrm. Amen.

Domine iesu christe fili dei viui qui ex voluntate pris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mũdum viuificasti, libera me queso per hoc sacrosanctum corp⁹ & hunc sanguinem tuum a cũctis iniquitatib⁹ meis, & ab uniuersis malis: et fac me tuis semp obedire mãdatis, et a te nũquam in perpetuum separari permittas saluator mũdi. Qui cum deo patre & eodem spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Corporis & sanguinis tui domine iesu christe sacramentũ quod (licet indignus) accipio, nõ sit mihi iudicio et condemnationi: sed tua psit pietate corporis mei & anime saluti. Amen. Ad corpus di. cum humiliatione antequam accipiat.

Aue in eternum sanctissima caro xpi: mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus dñi nostri iesu xpi, sit mihi peccatori via et vita. In nomine ✠ patris & filij et spiritussancti. Amẽ. Hic sumat corpus cruce prius facta cum ipso corpore ante os. Deinde ad sanguinem cum magna deuotione dicat.

Aue in eternũ celestis potus: mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus et sanguis dñi nostri iesu xpi prosit mihi petõri ad remedium sempiternum in vitã eternam. Amen. In noie ✠ patris. &c. Hic sumat sanguinẽ: quo sumpto iclinet se sacerdos et dicat orationẽ.

Gratias tibi ago domine sancte pater omnipotens eterne deus, qui me fecisti de sacratissimo corpore et sanguine filij tui domini nostri iesu christi: & precor ut hoc sacramentũ salutis nostre quod sumpsi indignus peccator: non veniat mihi ad iudicium neqz ad condemnationem pro meritis meis: sed ad profectum corporis mei et anime salutem in vitam eternam. Amen.

Qua dicta eat sacer. ad dextrũ cornu altaris cũ calice iter manus digitis adhuc cõiunctis sicut pri⁹, & accedat subd. & effundat in calicẽ vinũ, & resinceret sacerd. manus suas ne alique relique corporis et sanguinis remaneãt in digitis vel in calice. Cum vero aliqs sacer. debeat bis celebrare ĩ uno die: tũc ad primã missam nõ debet pcipere ablutionẽ ullã sed ponere in sacrario vel in vase mundo usqz in finem alterius misse, et tunc sumatur utraque ablutio. Post primam ablutionẽ dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus dñe pura mẽte capiamus: et de mu-

nere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuso a subdiacono: quo hausto sequitur Oratio.

Hec nos cōmunio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam: vt si quid remaneat stillet, et postea inclinando se dicat. Adoremus crucis signaculum: per quod salutis sumpsimus sacramentum. Deinde lauet manus: dia. interim corporalia cōplicet. Ablutis manibus ⁊ redeunte sacer. ad dextrum cornu altaris: dia co. calicem porrigat ori sac. si quid īfusionis in eo remanserit resumendum. Postea vero dicat cū suis ministris cōmunionem. Deinde facto signo crucis ī facie vertat se sac. ad populum, eleuatisq; aliquantulum brachiis et iunctis manibus dicat. Dominus vobiscum, et iterum reuertat se ad altare dicens. Oremus Deinde dicat postcōmuniones iuxta numerū et ordinē ante dictarum orationū ante epistolā. Finita vltima postcōmunione factoque signo crucis in frōte: iterum vertat se sac. ad populum ⁊ dicat Dominus vobiscum. Deinde dia. Benedicamus domino. Alio vero tēpore dicit Ite missa est. Quotienscunque enim dr̄ Ite missa est. sp dr̄ ad populum cōuertendo. Et cū dici debeat Benedicamus domino. vel Requiescant in pace. Conuertendo ad altare dr̄. Benedicam⁹ domino. His dictis sacerdos inclināato corpore iunctisq; manibus tacita voce corā altari in medio dicat hanc orationem.

Placeat tibi sctā trinitas obsequium seruitutis mee: ⁊ p̄sta vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile, mihiq; et omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Qua oratione finita erigat se sacerdos signans se in facie sua: dicēs. In nomine patris. ⁊c. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse: sic induti cum ceroferariis ⁊ ceteris ministris redeant. Et statim post Deo gratias incipiatur in choro hora nona: quando post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euāg. In principio. Cum vo sac. exuerit casulam ⁊ alia indumenta sacerdotalia: dicat psalmos subscriptos cum ān. Trium pue rorum. ps. Benedicite sacerdo. vsq; ad finem canti. ps. Laudate dominum in sanctis eius. totū. ps. Nunc dimittis. cum Gloria patri et fi. et. Sicut erat. Deinde dr̄ tota. ā. Triū puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camino ignis, benedicentes dominum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eū in secula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat ⁊ custodiat nos trinitas sancta. Amen. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ: cõcede propitius vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Oratio.
Ure igne sctĩ spiritus renes nostros et cor nostrum dñe: vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Oratio.
Actiões nr̃as q̃s dñe aspirando preueni et adiuuãdo prosequere: vt cũcta nr̃a operatio et oratio a te semp icipiat, et per te cepta finiatur. Et finiant he tres oratiões sic. Per chrustũ dominũ nostrũ. Amen.
In commemoratione sancte trinitatis. Ad missam. Officium.



Benedicta sit sancta trinitas, atque indiuisa vnitas: cõfitebimur ei qr fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali. Alleluia alleluia. Ps. Bñdicamus patrẽ et filiũ cũ sancto spũ. Or.
Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis i confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere, et in potẽtia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula sc̃lor. Amẽ. Ad rom.
Cap. 11. C. O Altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: quam incomprehẽsibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie ei⁹. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut q̃s prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniã ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Ad Corinthios.
Fratres. Gratia domini nostri iesu christi et charitas dei Cap. 13. D et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis. In christo iesu domino nostro. Grad. Benedictus es domine qui intueris abyssos: et sedes super cherubim. Vers. Benedicite deum celi quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluia. V⁹. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Alleluia. V⁹. Laudate pueri dominum: laudate nomẽ domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsque in seculum. Sequentia.
Benedicta sit sancta trinitas deitas eterna, coequalis gloria. Deus genitor, deus genitus, cum sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper voluntas, et a se discrepans nunquam triplicata persona. Nam constat deitas vna, non in tres deos diuisa: quod fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nanque pellit delicta, patriam reddit serenam: cui dulcem iubilant agmina symphoniam celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiunturque binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia supera, demus nostra debita. Quatenus caterua nobis celica maneat post funera socia: vltimoque peracto discrimine petimus altis perfrui mox palatiis. Quo perspicua lux flagrat, accensa constanti flamma que deus est, visio nostra et salus eterna. Angelorum que illustrat fortiter pectora: vt in christo sola tua defigant lumina. Hec nanque est illa sitis flagrans qua tunc sitient

anime sanctorum et corpora. Cum finaliter data perpetua bonis p eis a iudice premia. Secundũ ioannẽ.

Ioã. 15. D In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se pstare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum: reminiscamini quia ego dixi vobis. Offertorium. Benedictus deus pater vnigenitusque dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In paschali tempore alleluia. Secreta.

SAnctifica quesumus domine deus trinitas sctã per tui sancti nominis inuocationẽ huius oblationis hostiam: et cooperante spiritu sancto, per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis. In vnitate eiusdem. Prefatio. Qui cum vnigenito. Cõio. Benedicimus deum celi; et coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali Alleluia alleluia. Postcõmunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis et anime dñe deus huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis, eiusdemq3 indiuidue vnitatis cõfessio. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

In commemoratione sancti spiritus. Ad missam. Officium.



SPiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia, et hoc qđ continet omnia sciẽtiam habet vocis alla alleluia alleluia. ps Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant q oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per dominũ nostrũ iesum christum filium tuum. in vnitate eiusdẽ. Lectio actuũ apsor.

IN dieb9 illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepisset samaria verbũ dei: miserunt ad eos petrum et ioannem. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quemq̃ illorum venerat: sed baptizati tãtum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorũ: populus quem elegit in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. In tempore paschali primum Alleluya ℣. Emitte spiritum tuum. secundum Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus. vt supra. Sequentia.

Actu. 8. C.

Sancti spirit⁹ assit nobis gra
tia. Que corda nostra sibi
faciat habitacula. Expulsis inde cu̅
ctis vitiis spiritalibus. Spiritus
alme illustrator omnium. Horridas
nostre mentis purga tenebras. A
mator sancte sanctorum semper co
gitatuum. Infunde vnctionem tua̅
clemens nostris sensibus. Tu pu
rificator omnium flagitiorum spi
ritus. Purifica nostri oculum inte
rioris hominis. Ut videri sup̄mus
genitor possit a nobis. Mundi cor
dis quem soli cernere possunt oculi.
Prophetas tu inspirasti: vt preco
nia christi per totum mundum ve
herent. Quando machinam per ver
bum suum fecit deus celi terre, ma
rium. Tu super aquas foturus eas
numen tuu̅ expandisti spiritus. Tu
animabus viuificandis aquas fe
cundas. Tu aspirando das spirita
Actu. les esse homines. Tu diuisum per
, C. linguas mundum ꝛ ritus adunasti
domine. Idolatras ad cultu̅ dei re
uocas magistrorum optime. Ergo
nos supplicantes tibi exaudi propi
tius scte̅ spirit⁹. Sine quo oe̅s pre
ces casse creduntur, et indigne dei
auribus. Tu qui omnium seculoru̅
sanctos. Tui numinis docuisti in
stinctu amplectendo spiritus. Ipse
hodie apostolos christi donans mu
nere insolito, ꝛ cunctis inaudito se
culis: hunc diem gloriosum fecisti.

¶ Secundum Joannem.

In illo te̅pore. Dixit iesus di
Cap. scipulis suis. Si quis diligit
14. C me sermonem meum seruabit. Et
pater meus diliget eum: et ad eum
veniemus, ꝛ mansionem apud eum
faciemus. Qui non diligit me, ser
mones meos non seruat. Et sermo
nem quem audistis non est meus:
sed eius qui misit me patris. Hec lo
cutus sum vobis: apud vos mane̅s.
Paraclytus autem spiritussanctus
quem mittet pater in nomine meo:
ille vos docebit omnia: et suggeret
vobis omnia quecunque dixero vo
bis. Pacem relinquo vobis: pacem
meam do vobis. No̅ quomodo mu̅
dus dat ego do vobis. Non turbe
tur cor vestrum: neque formidet.
Audistis quia ego dixi vobis: va
do et venio ad vos. Si diligeretis
me, gauderetis vtique quia vado
ad patrem: quia pater maior me est.
Et nunc dixi vobis priusquam fiat:
vt cum factuz fuerit credatis. Jam
non multa loquar vobiscum. Uenit
enim princeps mundi huius: et in
me non habet quicquam. Sed vt co
gnoscat mundus quia diligo patre̅:
et sicut mandatum dedit mihi pa
ter, sic facio. Offer. Confirma hoc deus
quod operatus es in nobis a templo tuo
quod est in hierusalem: tibi offerent reges
munera alleluia. Secreta.

Munera quesumus domine
oblata sanctifica: et corda
nostra sancti spiritus illustratione
emunda. Per dominum. eiusdem.
Prefatio Qui ascendens. Non di
citur in hac prefatione hodierna die
nisi in hebdomada penteco. ta̅tum.
Co̅munio Factus est repente de celo so
nus aduenientis spiritus vehementis, vbi
erant sede̅tes alleluia: et repleti sunt om
nes spiritu sancto loque̅tes magnalia dei
alleluia alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domie corda
nostra mundet infusio: ꝛ sui
roris intima aspersione fecundet.
Per dominum. in vnitate eiusdem.

¶ Missa de cruce. Ad mis. Introit⁹



Nos autē gloriari oportet ī cruce dñi nr̄i iesu christi: in quo est sal⁹, vita et resurrectio nostra, p quē saluati et liberati sum⁹. In tpe pasch. alleluia alla. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Non dicitur Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi p̄cioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudēt honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem. ¶ Ad philippenses.

Cap. 2, A. Fratres. Christus factus est pro nobis obediens vsqz ad mortem, mortem autē crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, & infernorum. Et omīs lingua confiteatur quia dominus noster Jesus christus in gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. V̄s⁹. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. V̄s⁹. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferēs pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. In tempore paschali secundum. Alleluia. V̄s⁹. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Sequentia.

Salue crux sctā arbor digna. Cuius robur p̄ciosum mundi fert talentum. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodque exortus mortis primis erat terrigenis paradiso propulsis. Causa etiam vite foret cunctis christi morte vere viuificandis. Horrificum tu es semper signum inimicis crux sancta seuis. Quam mors pauet infernusque timet: que christo suos reconsignas. Cui laus sit in euum. ¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Ascendens iesus hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et fili⁹ hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condemnabunt eū morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum, et crucifigendum. Et tertia die resurget. Offer. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem & acceptabile tibi fiat seruitium nostrum. In tempore paschali alleluia. Secreta.

Cap. 20, B.

Hec oblatio (quesumus domine) ab omnib⁹ nos purget offensis: que in ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offensas. Per dominum. Prefatio. Qui salutem. Cōio. Per lignum serui facti sum⁹: et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: fili⁹ dei redemit nos alleluia. et finiatur cum alleluia. quandocunque dicitur: nisi a. lxx. vsque ad pascha. Postcommunio.

Adesto nobis domine de⁹ noster: et quos sancte crucis le

tari facis honore: eius quoqz perpetuis defende subsidiis. Per dominū nostrū Jesum christum filium tuū. Qui tecū viuit et regnat in vnitate.

Officiū misse de quinqz vulneribus dñi nr̄i iesu christi. Introitus.



Humiliauit semet ipsum dn̄s noster iesus christus vsque ad mortē, mortem autē crucis: propter qđ et deus exaltauit illū, & donauit illi nomē quod est super om̄e nomē. ps Misericordias domini in eternū cantabo. Et dicitur Gloria in excelsis. nisi per aduētum & a septuagesima vsque ad pascha. Oratio.

Domīe iesu christe fili dei viui: qui de celo ad terram de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: & sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostroꝝ effudisti: te humiliter deprecamur vt in die iudicij ad dexteram tuam statuti a te audire mereamur: venite benedicti in regno patris mei. Qui cum eodem patre ī vnitate spiritus sancti viuis et regnas deus. Per omnia sc̄la sc̄loꝝ. Lect. zacha. pphe.

Cap. 12, A. Hec dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo super domum dauid: et super habitatores hierusalem spiritum gratie et miserationis. Et aspicient in eum quem confixerunt, et plangent eum planctu quasi super vnigenitum, et dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit planctus magnus in hierusalem: et dicetur ei. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorē meum: et super virū coherentem mihi: dicit dominus exercituum. Percutiā pastorem: & dispergentur oues gregis. Dicit dominus omnipotens. Grad. Improperium expectauit cor meū & miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolantē me quesiui & non inueni. V. Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.

Alleluia. V. Aue rex noster iesu christe qui solus nostros errores & reatus miseratus pertulisti: patri obediēs ductus es ad crucem: vt agnus mansuetus ad occisionem: tibi gloria osanna, tibi summe laudis et honestatis corona. Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti, et mortem apostolis palam nunciasti: et auctorem sceleris iudā demonstrasti, & egressus ptinus hortulū intrasti. Tunc procidēs dn̄s humi se prostrauit: et transferri calicē a se postulauit, sed patris arbitrio illud commendauit, mox et ecce sanguinis sudor emanauit. Judas post hec osculum ori dedit christi: ad quid (īquit dominus) amice venisti, nunquid tradis osculo quē iam vendidisti: assistentes ptinus irruūt ministri. Nox insomnis itaqz tota ducebatur, nulla prorsus requies iesu pstabatur: iudeoꝝ impia plebs iniuriatur, alapis & colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere Pilatus conatur, iudeorum furia magis inflammatur: et plebis vox ītonat vt crucifigatur.

Traditur militibus, vinculis arta tur: undique verberibus corp⁹ cru ciatur, caput regis glorie spinis coronatur, postque flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera pij saluatoris, ad columnam nequiter coartatur loris: sic flagellis ceditur impij tortoris, q emanant riuuli rubei cruoris. Post per urbes medium iesus procedebat, et crucis patibulum humeris ferebat: ad fores et ostia populus fluebat, eiusque confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris, ventoq; cum frigore nudus spoliaris, innocens cum impiis in cruce damnaris, et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis manus conclauantur, corpus membra singula clauis tractabantur, nerui vene simili modo laniātur pedum plante etiam ferro conclauantur. Fundūt riuos sanguinis membra saluatoris: properet huc anima tristis peccatoris: hauriat ut quippiam sacrati liquoris: quo frequenter liniat vulnera doloris. Loquens iesus postea sitio dicebat: et acetum protinus felle quis miscebat: ac infusum spōgia ori porrigebat: quod degustans paululum sumere nolebat. Mi iesu mirifice quid est quod agebas: tu de siti cōquerens de cruce silebas: nunquid hanc doloribus magis sentiebas: sed salutem potius nostram sitiebas. Vocem promens vltimam patrem inuocasti: spiritumque manibus eius commendasti: et clamore valido tandem expirasti: et salutem omnium ita consummasti. Nunc ego superbio, tu humilaris: ego culpas perpetro, tu pena grauaris: ego pomū mordeo, tu felle potaris: ego peto mollia, tu dure tractaris. Demum cuius valeat mens vel lingua fari, quantum virgo creditur intus cruciari: dum concernit mortui latus vulnerari: atque nati viscera lancea rimari. Corpus cuius mortuū iam nil sentiebat: sed militis lancea pectus cōscindebat, quam fixam in latere filij videbat, vnde aqua sanguine mixta effluebat. Ad hūc ergo propera fontē redēptoris: ut fluentis quippiam haurias dulcoris: atque vite lauachrum precium cruoris, quo tui curatio profluat languoris. Tract⁹.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Q; tu es de⁹ fortitudo mea, quare me repulisti; et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

Testes enim iniqui insurrexerunt aduersum me: prolongauerunt iniquitatem sibi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumerauerūt oīa ossa mea: et dolorem super dolorem vulneribus meis addiderunt.

¶ Secundum Joannem.


In illo tpe. Sciens iesus quia iam oīa consummata erāt de ipso: ut cōsummaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenū. Illi aūt spōgiā plenam aceto hyssopo circūponentes: obtu- Cap. 19.

lerūt ori eius. Et cum accepisset ie-
sus acetum: dixit. Consummatum
est. Et inclinato capite tradidit spi-
ritum. Judei ergo quoniam para-
sceue erat: ut non remanerent in cru
ce corpora sabbato (erat enim ma-
gnus dies ille sabbati) rogauerunt
pilatum ut frangerentur eorum cru
ra: et tollerentur. Uenerunt ergo
milites, et primi quidem fregerunt
crura: et alterius qui crucifixus est
cum eo. Ad Jesum autem cum ve-
nissent: ut viderunt eum iam mor-
tuum, non fregerunt eius crura.
Sed vnus militum lancea latus
eius aperuit: et continuo exiuit san
guis et aqua. Et qui vidit testimo-
nium perhibuit: et verum est testimo
nium eius. Offerto. Insurrexerunt in
me testes iniqui, absque misericordia que-
sierunt me interficere: et non pepercerunt
in faciem meam spuere: et lanceis suis
vulnerauerunt me, et concussa sunt om-
nia ossa mea. Secreta.

Domine Jesu christe qui pro
mundi redemptione crucis
signum ascendisti, vt vniuersus mū
dus qui in tenebris erat illumina-
retur: illam quesumus lucem in a-
nimas nostras et corpora infunde,
per quam ad eternam lucem perue-
nire mereamur. Qui cum patre et
spiritu sancto viuis et regnas deus.
Prefatio Qui sa. Cōio Foderunt ma
nus meas et pedes meos: et dinumerauer-
unt omnia ossa mea. Postcommunio.

Domine Jesu christe q̄ hora
diei sexta pro redemptione
mundi crucis patibulum ascendi-
sti: et sanguinem tuum preciosum
in remissionem peccatorum nostro-
rum fudisti: te humiliter deprecamur
vt per tue passionis et vulnerū tuo-
rum merita, post obitum nostrum
paradisi ianuam gaudentes merea
mur introire. Qui cum deo patre et
spiritu sancto viuis et regn. deus.

¶ Missa quotidiana de beata Ma-
ria. Ad missam. Officium.


Salue sancta parens, enixa
puerpera regem, qui celum
terramq; regit in secula se-


culorum. In tē
pore paschali
alleluia. ps Be-
nedicta tu in mu-
lieribus: et benedi-
ctus fructus ven-
tris tui. Oratio.

Concede
nos fa-
mulos tuos q̄-
sumus domine
deus perpetua
mentis et corporis salute gaudere:
et gloriosa beate Marie semper vir-
ginis intercessione, a presenti libera-
ri tristitia: et eterna perfrui letitia.
Per dnm. ¶ Lectio libri sapientie.

Ab initio et ante secula crea-
ta sum: et vsque ad futurum
seculum non desinam: et in habita-
tione sancta coram ipso ministraui.
Et sic in sion firmata sum: et in ci-
uitate sanctificata similiter requie-
ui, et in hierusalem potestas mea.
Et radicaui in populo honorifica-
to: et in partes dei mei hereditas il-
lius. Et in plenitudine sanctorum
detentio mea. Grad. Benedicta et vene
rabilis es virgo maria: que sine tactu pu-
doris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non capit
orbis in tua se clausit viscera factus hō.
Sciendum est quod si in tempore
paschali fiat de fest. annunciationis

beate marie in capella erit primum Alleluia. Versus. Per te dei genitrix. et secundum Alleluia. Versus. Aue maria. Itē in die assumptionis beate Marie, dominica infra octauas, et in octauo die Alleluia. Versus. Hodie virgo maria. In choro et in capella per octauas Alleluia. Versus. Assumpta est maria. in choro et in capella. Item in natiuitate beate Marie, dominica infra octauas, et in octauo die Alleluia. Versus. Natiuitas gloriose. in choro et in capella. et per octauas. Alleluia. Versus. Per te dei genitrix. in choro et in capella.

¶ Sciendum est quod a purificatione vsque ad septuagesimam, et a Deus omnium. vsque ad aduentū domini quando fit plenum seruitium de sancta maria quacūq; feria contigerit semper dicitur sequens Alleluia. Versus. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celorum et domina. nisi in tempore paschali tunc enim semper erit primum Alleluia. Versus. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data, que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem. Et secundum. Alleluia. quando fit plenum seruitium de resurrectione sicut in alio festo cum regimine chori dicitur sequens ad placitum. In capella autem primum Alleluia. Versus. Per te dei genitrix. secundum vero Alleluia. diuersimode dicitur per totam hebdomadam: videlicet die dominica. Alleluia. Versus. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniam delictorum tuis supplicibus.

¶ Feria secunda. Alleluia. Versus. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis.

¶ Feria tertia. Alleluia. versus. Ora pro nobis pia virgo maria: vnde christus natus est, pro nobis peccatoribus ora. ¶ Feria quarta. Alleluia. Versus. Virtutes celi te venerantur virgo maria, tuum vnigenitum contemplantes ad dexteram dei patris in potestate et maiestate magna. ¶ Feria quinta. Alleluia. Versus. Ueni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. ¶ Feria sexta. Alleluia. Versus. Salue virgo. ¶ Sabbato. Alleluia. Versus. Uirga iesse floruit, virgo deum et hominem genuit: pacem deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Ista vi. Alleluia. dicuntur in capella beate marie a purifica. vsque ad. lxx. et a pascha vsque ad aduentum domini nisi quod extra tempus pasche in loco illius Alleluia. Versus. Post partum. dicitur Alleluia. Versus. Per te dei genitrix. vt supra. et exceptis pnominatis. Similiter in tempore paschali quando celebratur missa de sctā maria sine nota: vel post missam fit memoria: tūc erit primum Alleluia. Versus. Per te dei genitrix et secundum Alleluia. Versus. Post partum virgo. In hebdomada pasche etiam. dicitur Grad. Benedicta et venerabilis es. ad missam quotidianam de sancta maria vsque ad sabbatum, et non in ipso sabba. Sequentia dicitur per totum annum ad placitum. Sequentia.

Post partum virgo Maria. Dei genitrix fecunda: gratia tonantis plena. Aue terrarum domina: alma celorum regina. Tibi ethera omnisque sanctorum turma depromat symphonia. Tellus flumina atque siluarum nemora resultant voce sua. Salue parens inclyta, felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu Jesum papilla lactasti sacra, extans virgo

feta, mater intacta. Unde nostris eia faue votis domina: christum interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosque omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Amen. Sequentia.

Ave maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus que peperisti pacem hominibus, et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui, qui coheredes ut essemus sui nos fecit per gratiam. Per hoc autem aue, mundo tam suaue, contra carnis iura. Genuisti prolē, nouum stella solem, noua genitura. Tu parui et magni, leonis et agni, saluatoris christi templum extitisti: sed virgo intacta. Tu floris et roris, panis et pastoris virginum regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella, verbi dei cella, et solis aurora. Paradisi porta, per quam lux est orta: natum tuum ora. Nos ut lauet a peccatis: et ī regno claritatis (quo lux lucet sedula) Collocet per secula. Amen. Sequentia.

Letabundus: exultet fidelis chorus, alleluia. Regem regum intacte profudit thorus, res miranda. Angelus consilij natus est de virgine, sol de stella. Sol occasum nesciens, stella semper rutilans, semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filium, pari forma. Neque sydus radio, neque mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani, conformatur hyssopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Esayas cecinit, synagoga meminit, nunquam tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus, sibilinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera? Quem docet litera. Natum considera. Ipsum genuit puerpera. ¶ Alia sequentia.

Hac clara die turma: festiua dat preconia. Mariā concrepando symphonia nectarea. Mundi domina que es sola castissima virginum regina. Salutis causa, vite porta, atque celi referta gratia. Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper benedicta. Virgo et grauida, mater intacta, prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iā fient nuncia. Viri noui nullam certe copulam. Ex quo atq; nata sum incorrupta. Diue missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui uteri claustra portans qui gubernat ethera. Omnia qui dat tēpora pacifica.

¶ Alia sequentia.

Aue mundi spes maria, aue mitis, aue pia, aue plena gratia. Aue virgo singularis: que per rubum designaris non passum incendia. Aue rosa speciosa, aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus relaxauit vincula. Aue cuius viscera contra carnis federa, ediderunt filium. Aue carēs simili mun-

do diu flebili reparasti gaudium. Aue virginum lucerna, per quam fulsit lux superna his quos umbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: et de cuius lacte pasci, rex celorum uoluit. Aue gemma celi luminarium. Aue sancti spiritus sacrarium. O quam mirabilis et quam laudabilis hec est virginitas. In qua per spiritum facta paraclitum fulsit fecunditas. O quam sancta quam serena, quam benigna quam amena esse virgo creditur. Per quam seruitus finitur, porta celi aperitur, et libertas redditur. O castitatis lilium, tuum precare filiũ qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vitio, in flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mundans a peccati fece, Collocet in lucis domo. Amen dicat omnis homo. ¶ Alia sequentia.

Hodierne lux diei, celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semper virginis Marie laudes et preconia. Omnis homo omni hora ipsam ora: et implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto, cordis oris voce, voto, aue plena gratia. Aue domina celorum, inexperta viri torum, parens paris nescia. Fecundata sine viro, genuisti more miro genitorem filia. Florens ortus austro flante, porta clausa post et ante, via viris inuia. Fusa celi rore tellus, fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti, tu caliginose menti desuper irridia. Placa mare maris stella, ne inuoluat nos procella, et tempestas obuia. ¶ Secundum Lucã.

Cap. 11. D In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud.

¶ Aliud euãg. in tempore paschali.

¶ Secundum Joannem.

In illo tempore. Stabant iuxta crucem Jesu mater eius et Cap. 19. E soror matris eius maria Cleophe: et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dixit matri sue. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Offerto. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster alleluia. Et finiatur cum alleluia. quandocũque dicit nisi a lxx. vsque ad pasc. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secre.

Tua domine propitiatione et beate Marie semper virginis intercessione, ad perpetuam atq; presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te in vene. Cõio Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filiũ. In tempore paschali. Communio. Uera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet, alleluia alleluia. Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis: da quesumus eius patrociniis nos vbique protegi: in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in

vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa pro defunctis.



Equiē eternā dona eis domine: et lux ꝑpetua luceat eis. Ps' Te decet hymnus deus in sion: et tibi reddetur votū in hierusalem, exaudi orationē meam: ad te omnis caro veniet.

Caꝑ. 19.

Nota quod ad quamlibet missam que pro corpore presenti cele. cuiuscunque fuerit nisi fuerit pro rege, vel regina, vel alio magno domino quinque dicunt orationes. Prima oratio. Omnipotēs sempiterne deus misericordiā tuam supplices deprecamur vt animā famuli. &c. secunda oratio. Deus qui inter ap. iij. oratio. Deus venie largitor. iiij. oratio. Omnipotens & misericors deus vnica sa. v. oratio. Fidelium. Infra triginta. quinque dicuntur oratio. j. Deus cui propriū. minor: et cetere orationes vt supra pro corpore presenti. Item in. xiij. die omnes orationes dicuntur. vt infra triginta. In om̄ibus anniuersariis quinque dicuntur oratio. j. Deus indulgen. cetere vt supra pro corpore presenti. Si missa pro corpore presenti vel anniuersa. cuiuscū que fuerit infra triginta. celebretur: prima oratio pro corpore presenti vel anniuersa. dicitur. ij. pro triginta. oratio. Deus cui proprium. minor. iij. Deus qui inter aposto. iiij. Deus venie largitor. v. Fidelium. Quandocunque corpus est presens et in anniuer. episcoporum et decanorū ecclesie postꝗ̄ executor officij in inceptione misse altare thuri. diaco. cū thuri. accedat: et corpus illud in feretro vel in tumba incenset: similiter ante euangelium dum trac. canitur incensato prius altari: et tertio postquā sacerdos sacrificiū ante lotionem loco suo dispositum thuri. idem diaco. thuri. sicut prius. non circumeundo corpus in feretro vel tumba: sed ex vtraqꝫ parte vtraque vice incipiendo a capite semper cum thurifica. Nunquam autē thurificatur corpus ad **Placebo.** et **Dirige.** secundum vsum Sarisburieñ. sed ad missam semp: nisi fuerit corpus regis, episcopi, comitis, vel baronis. Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscūque fuerit dicitur ista oratio. Oratio.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices deprecamur pro anima famuli tui, quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici, nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi, atque ad regionem viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit, sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per.

Pro corpore presenti et in anniuersa. et trigin. episcoporum: et in die animarum tantum.

¶ Epistola. Ad Thessaloniceñ. .4.

B. FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini: sicut et ceteri q̄ spem non habent. Si enim credimus ꝙ iesus mortuus est et resurrexit: ita et deꝰ eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: q2 nos qui

viuimus qui residui sumus, in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu, et in voce archangeli, et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem: in verbis istis. In anniuersa. et triginta. aliorum quorumlibet.

2. 12. In diebus illis. Vir fortissi-
B. mus Judas collatione facta
duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam, offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. He due sequen. epistole legantur per totum annum ad missam quotidia. pro defunctis alternis vicibus per hebdoma. Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

Cap. In diebus illi. Audiui vocem
14. C. de celo dicentem mihi. Scri-
be. Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Ad Corinthios.

1. 15. Fratres. Christus resurrexit
C. a mortuis primitie dormien-
tium: quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. In omnibus missis pro defunctis episcopis semper dicitur hoc Graduale. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. Vers. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et idem graduale semper incipiatur et suus versus percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato ad caput defuncti si adest. sinautem, ad gradum chori. In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur Graduale. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Versus. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram. ita quod idem graduale incipiatur et suus versus percantetur a .iii. clericis de secunda forma habitu non mutato, quandocunque corpus adest ad caput defuncti tantum: sinautem, ad gradum chori et in die animarum in pulpito. Aliter illud idem graduale. Requiem eternam. Versus. Anime eorum in bonis quotienscunque cantatur in anniuersa. & triginta. et in missis fer. pro defunctis: post eius inceptionem a toto cho. interim sedente absque neuma in fine percantetur. Quandocunque corpus adest: et in omnibus missis pro defunctis dicatur tractus. Sicut ceruus. ibidem vbi graduale a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato: nequaquam vt in aliis tractibus alternatim sedentibus. sz interim continue stantibus ad caput corporis quod presens fuerit. vel episcopi defuncti si adest: sinau-

tem, ad gradum cho. quousque finie rint ipsum tractum: ita q omnes illi quatuor clerici simul primum ℣. incipiant: quē duo ex parte cho. principalis prosequantur. Sequens ℣. ab aliis duobus ex altera parte cantetur, et sic alternis vicibus singuli ℣. totius trac. ab illis quatuor dicitur choro simul interim sedente: ita quidem vt omnes simul ipsum tractum terminent. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuum: quando veniam et apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus. In anniuer. et trigin. ⁊ in omnibus aliis missis pro defunctis dicitur sequens tr. a toto cho. alternatim simul interim sedente cum cantu in grad. sup hoc notato, nisi in die animarum tātū: tunc enim dicitur cum eodem cātu quo in do. lxx. a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad gradū cho. supra dicto modo scilicet quo tractus. Sicut cer. Tr.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Pro corpore presenti et in oībus anniuersa. et triginta. episcoporū ⁊ in die animarū, similiter in dominica ⁊ secūda feria quando dicitur missa ferialiter ī capitulo vel alibi: dicitur hoc euangelium. Secundum ioannem.

Cap. 11, C. In illo tēpore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunque poposceris a deo: dabit tibi de⁹. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit et credit in me, nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus: ne cadant in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius.

Nota quod si corpus assit in omnibus anniuersar. et trigintali. post ablutionem manuum incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris hoc modo. Hostias et preces tibi domine offerimus. Chorus Tu suscipe pro animab⁹ illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Sacerdos priuatim di. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantando. versus Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. In omnibus vero aliis missis pro defunctis que ferialiter dicuntur: nec quando vltimo ante pascha completur officiū mortuo-

rum: nec in die animarum dicitur. Sequens offertorium videlicet: O pie deus. dicitur in die animarũ tantum. Offerto. O pie deus qui primum hominem ad eternam gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorum quos redemisti, ne tradas bestiis animas confitentes tibi, ne derelinquas eas in finem. Ante diẽ sepulture. Secreta

Suscipe quesum⁹ domine misericors prõ oblationẽ quam tibi offerimus ꝓ anima famuli tui N. quã hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnibus humane cõditionis excessibus his remediis expietur, et in requie sempiterna diem resurrectionis prestoletur. Per do. In omnibus missis pro corpore presenti et in omnibus anniuersa. et triginta. et in die animarum: et quando vltimo fit serui. mortuorum ante pascha dicitur hec Cõio. Pro quorum memoria corpus christi sumitur, dona eis domine requiem sempiternam. V⁹. Et lux perpetua luceat eis, Pro quorum memoria sanguis christi sumitur, dona eis domine requiem sempiternam. In omnibus aliis missis ꝓ defunctis dicitur hec Communio.

Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Ante diem sepulture. Postcommunio.

Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt animam famuli tui ab angelis lucis susceptam, in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dominum nostrum.

¶ Nota ꝙ in anniuer. simplicibus cuiuscunqꝫ canoni. vel cuiuscunque alterius dicantur orationes que in anniuer. episcoporũ. Epistola. Vir fortissimus iudas. Grad. Requiẽ eternam. V. Anime eorũ. A toto choro dicit. Tract. De profundis. Similiter a toto choro cantetur. Euangel. vero put supra ihe. prenotatur. ¶ Nota etiã ꝙ quando dicitur mis. mortuo. ferialiter, grad. per cantorem inchoetur: et a toto choro interim sedente cum suo V. absque neuma percantetur. similiter et tractus. De profundis. cum cantu abbreuiato. Et sciẽdum est ꝙ hec missa que ferialiter in cap. dicitur pro fidelibus defunctis: generaliter habet dici etiam ante pascha quando cõpletur officium mortuorum: ac etiam in die animarum.

¶ In die sepulture cuiuscunque corpus sit dicitur. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui cuius corpori debitum sepulture officium persoluimus: in sinu abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cum dies agnitionis tue aduenerit, inter sanctos ⁊ electos tuos eum resuscitari precipias. Per dominum nostrum. Secreta.

Suscipe dñe pro aĩa famuli tui hostiã qua te deo prĩ obtulisti ꝓ nobis benigne: ⁊ quia causa hoim descẽdisti de celis, te redeũte sanctorũ tuorũ mereatur adiungi consortiis. Per te saluator mundi. Qui viuis ⁊ reg. Postcõmunio.

Presta q̃s dñe vt anima famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibem⁹: his sacrificiis expiata, saluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per dominũ nrm.

¶ In die trigintal. Oratio.

Deus cui propriũ est misereri semper et parcere, propitiare

anime famuli tui, et omnia ei⁹ petã dimitte: vt mortis vinculis absolutus, transire mereatur ad vitã. Per dominũ nostrũ iesum xpm. Secre.

Intuere quesumus omnipotens eterne deus: et placatus suscipere dignare hoc sacrificiũ qd tibi offerim⁹ pro anima famuli tui et concede illi pacem perpetuam et requiem sempiternã. Per. Postcõio.

Prosit quesum⁹ domine anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et credidit, eternũ capiat te miserante consortiũ. Per dominũ no.

In anniuersariis. Oratio.

Deus indulgentiarũ dñe, da aĩe famuli tui cui⁹ anniuersariũ depositiõis diẽ memoramus refrigerij sedẽ, quietis btitudinẽ, et luminis claritatem. Per. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris pro anima famuli tui cui⁹ hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis, eam sanctorũ tuorum consortio sociare digneris. Per dominũ nostrũ iesũ christũ. Postcõio.

Presta quesumus domine vt anima famuli tui cuius anniuersarium depositionis diem recolimus: his purgata sacrificiis indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per dominũ nostrũ ie. Pro episcopis. Oratio.

Deus q̃ inter apl'icos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri: presta q̃s vt quorũ vicem ad horam gerebant in terris, eorũ perpetuo cõsortio letentur in celis. p dominũ. Secreta

Offerimus tibi domine oblationem seruitutis pro aĩabus famulorũ tuorũ pontificũ supplicãtes: vt cũ presulibus apostolice dignitatis quorꝫ sunt executi officiũ, habere mereantur sempiterne beatitudinis portionẽ. p. Postcõmunio.

Proficiat domine q̃s animabus famulorũ tuorum pontificũ diuini celebratio mysterij: vt quos ĩ terris positos hui⁹ muneris dispensatores esse fecisti, ĩter electos antistites eos iubeas connumerari. Per dominũ nostrũ iesum christũ.

Pro fratribus et sororibus. Or.

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiam tuam: vt nostrarũ congregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt, intercedente beata maria semper virgine et beato Michaele archangelo cũ omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortiũ peruenire cõcedas. Per dominũ nostrũ iesum. Secre.

Deus cui⁹ misericordie nõ est numerus suscipe propiti⁹ p̃ces humilitatis nostre: et aĩab⁹ fratrũ et sororũ nostrarũ ꝯgregationũ quibus tui nominis dedisti confessionem, per hec sacramenta salutis nostre cunctorũ remissionem tribue peccatorũ. Per dominũ. Postcõio.

Presta quesumus omnipotẽs et misericors deus: vt anime fratrum et sororum nostrarum congregationum pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati: per huius sacramenti virtutem a peccatis oĩbus expiate, lucis ppetue te miserante recipiant beatitudinem. Per dominũ nostrũ iesum.

Pro benefactoribus. Oratio.

Omnipotẽs et misericors deus vnica salus mortalium, te suppli-

ces exoramus pro animabus famulorum famularumque tuarum: parentum ⁊ benefactorum nostrorum: et interueniente beata dei genitrice maria cũ omnibus sanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiam: ⁊ in nouissimo die beate resurrectionis letitiã. Per eũ. Secre.

SAnctifica quesumus domine hec fideliũ omniũ vitalia sacramenta: et presta vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis, anime famulorũ famularũq; tuarũ parentum ⁊ benefactorũ nostrorũ: ab oĩbus vitiis expiate pabulo vite reficiãtur eterne. Per eundem. Postcõ.

VIuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cũ omnibus sanctis tuis: concede, vt hoc ipsum proficiat aĩabus famulorũ famularumq; tuarum, parẽtum ⁊ benefactorum nostrorũ: ad promerendam propitiationis tue gratiam, et percipiẽdam future resurrectionis gloriam sempiternam.

¶ Pro oĩbꝰ fidelibꝰ defunctis. Orõ

FIdelium deus omniũ conditor ⁊ redẽptor, animabꝰ omnium fidelium defunctorũ remissionem cũctorum tribue peccatorum: vt indulgẽtiam quam semper optauerũt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et reg. Secreta

HOstias q̃sumus domine quas tibi pro animabus omnium fidelium defunctorum offerimus ꝓpitiatus intende: vt quibꝰ fidei christiane meritum contulisti, dones et premium. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuũ. Postcõio.

ANimabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas, et tue redemptiõis facias esse participes. Qui cũ deo patre viuis ⁊ regñ. in vnitate spiritus sancti deꝰ.

¶ Uniꝰ apostoli. Ad mis. Officium



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatꝰ est ꝑcipatus eorũ. In tempore pasc. Alleluia. Ps. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. Orõ.

EXaudi domine populũ tuum cũ sancti apostoli tui N. patrocinio supplicantem: vt tuo semper auxilio munitꝰ, secura tibi possit deuotiõe seruire. Per dominum nostrum iesum christum filiũ tuũ.

¶ Ad Ephesios.

FRatres. Jam nõ estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei. Superedificati super fundamẽtum apostolorum ⁊ prophetarum: ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo omnis edificatio constructa: crescit in templum sanctum ĩ domino. In quo et vos coedificamini in tabernaculũ dei: in spiritu sancto. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣ Dinumerabo eos et super arenã multiplicabuntur. Sequentiã. Cap. 2. D.

CLare sanctorum senatus apostolorum, princeps orbis terrarum, rectorq; regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuam fide-

les sunt vbique. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrannidem tu paule alexādrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos matthee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma, Bartholomee, Joannes, Philippe, Simon, Jacobique pariles, Andrea, Thadee, dei bellatores inclyti. En vos oriens et occidēs. Imo teres mundi circulus. Se patres habere gaudēt: et expectāt iudices. Et idcirco oīus mundus laudes vobis et honorem sanctis debitum supplex impendit. Infra septuagesimam. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Secūdū Joannem.

Cap. 15. C. In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissent et locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opa non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Offerto. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. In tempore paschali. Alleluia. Secreta.

Beati apostoli tui N. domine solennia recensentes: quesumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per. Prefatio. Et te domine. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes: iudicātes duodecim tribus israel dicit dominus. In tempore paschali. Alleluia alleluia. Postcōio

Vere nos misericors deus per hec sancta que sumpsimus: et beati apostoli tui N. cuius natalitia celebramus, semper guberna presidiis. Per dominum nostrū.

In natali vnius marty. Officiū.



Letabitur iustus in domino, et sperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. In tempore paschali. alleluia alleluia. ℣. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibus nr̄is: et itercessiōe bti N. martyris tui ppetuam nobis miam benignus impēde. Per. Lec. lib. sapiētie.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iustitia meditabit, et in sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illum Eccl. 14. C et 15. A.

pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapiē tie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo ⁊ nō flectet: ⁊ cōtinebit illū ⁊ non confundet: ⁊ exaltabit illū apud proximos suos. Et noīe eterno hereditabit illū: dn̄s de⁹ noster. Gr. Posuisti dn̄e super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desideriū anime eius tribuisti ei: et volūtate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Sequentia.

ORganicis canamus modulis nunce N. solēnia. Omnigenis domino vocib⁹ reddentes odas debitas. Qui i suis sanctis mirabilis nimis, multiplici virtutū flore eosdē decorat ac mirifice adornat. Nā et in ipsis quasi in quibusdam musicis instrumentis digito proprio fides agitat, fides virtutum sonoras: has numerose pcurrens singulas. Permiscet singulis diatesserō melliflua melodiā. Quā generat virtutū mater illa. Que alius decēter composita reddit suauē symphoniā qua sine cūcta fiūt dissona. Necnō friuola. Qua cū oīa. Fiūt consona. Necnon commoda. Qua iusti bene. Morantur rite. Petētes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica in cythara threicia. Quorū agentes festa consortia mereamur in celesti patria. Tractus.

DEsiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum ei⁹ non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eū in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. ¶ Secundum Joannem.

Cap. xij. D. IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terra mortuū fuerit, ipsum solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat animā suā, perdet eā. Et qui odit aīam suā in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam. Si q̄s mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si q̄s mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus, qui est i celis. Offertoriū. In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. In tē pore paschali. Alleluia alleluia. Secr.

PResentia munera dn̄e quesumus serena pietate intuere: vt scti spūs perfundant bn̄dictiōe: quaten⁹ illā validi⁹ in nostris cordibus dilectionē infundant, p quā sanctus N. martyr tuus omnia corporis tormenta deuicit. Per dn̄m. eiusdem. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucē suam et sequatur me. Postcommunio.

QUos refecisti dn̄e celesti mysterio, ab oib⁹ q̄s propitiatus absolue delictis: vt intercedente beato N. martyre tuo, diuino munere purificatis mentibus pfruamur. Per.

¶ Missa plurimoꝝ marty. Officiū.



Ntret i ꝯspectu tuo dn̄e gemit⁹ cōpeditor: redde vicinis nr̄is septuplū in sinu corū: vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuā: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus da nobis sanctorum martyrum tuorum N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instantibus liberemur periculis, et digni efficiamur gaudiis sempiternis. Per dominum nostrum. ¶ Ad hebreos.

Cap. 11. C. SAncti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerūt impetum ignis. Effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alij vero distenti sunt nō suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula ⁊ carceres. Lapidati sūt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis: et in pellibus caprinis. Egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes et in montibus et speluncis: et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo Iesu, domino nostro. Grad. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicēt te: gloriam regni tui dicent alleluia. Sequentia.

ECce pulchra canorum resonet voce alleluia. Intimans requiem ciuib⁹ inclytam. Celica nimium angelorum rutilāt agmina. Sancte sancte sancte christo ouanter proclamantia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida: vt lampada: tribus et linguas iudicantia. Omnia vt stercora reputarūt tumida: propter hoc emicant velut stella firmamenti clara. Stolis candidis martyrū colla. Hi sunt milites qui mundi preliauerūt bella. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iuste vel fide sectantes. Respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In quibus triumphant dicētes optima. Siue decantant psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcisona. Regi christo submittentes colla. Multa recitaris laude spiritum. Atque iubilaris in choro virginum. Alleluia. Dulcimoda. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit christe semper per omīa. Qui opitularis cantātes talia. Ecce pulchra. Alleluia. Et nosipsi proclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Ubi cantemus omnes alleluia. ¶ Secundum Lucam.

Cap. 6. D. IN illo tempore. Eleuatis iesus oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnum dei. Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines: et cum separauerint vos: et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrū tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Offerto. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta.

SUscipe q̄sumus domine munera populi tui pro festiui-

tate sanctorum martyrum tuorum N. et N. & syncero corde nos fac eorum natalicijs īteresse. Per dominum nostrum iesum. Communio. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio alleluia. Postcōio.

Sacramentorum tuorum domine participatiōe letantes suppliciter exoramus: vt quorum merita celebrare condonas, eorum nos facias imitari cōstantiam. Per dominum nostrum iesum christū.

De quocūq; cōfessore. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua ei⁹ loquetur iudicium: lex dei eius ī corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus.

Epistola. Lectio libri sapientie.

Cap. 10. B. Iustum deduxit dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum dei: & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamē forte dedit illi: vt vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditū iustum nō dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueam: et in vinculis non dereliq̄t illum donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt illum: et dedit illi claritatem eternam, dominus deus noster. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Vsus Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia. Vsus. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequentia.

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma, que gloriam cantat in excelsis voce dulcisona cum symphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deū nostrum natum ex virgine sancta maria. Aue inclyte presul christi. N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo superna: possidens sedes almas. Te postulamus et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitam nostram. O beate. O sancte N. Laus tibi in gloria. O beate. O sancte N. pro nobis supplica. Vt vna mereamur sancta celorum templa. Possidere leti cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honor et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Vsus. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Vsus. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.

Secundum Marcum.

Cap. 13.B. In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Uidete, vigilate et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui pegre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico, vigilate. Offerto. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore paschali allelnia. Secreta.

Suscipe domine sacrificium placationis et laudis, quod nos interueniente beato N. confessore tuo perducat ad veniam: et in perpetuam gratiarum cõstituat actionem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum. Communio. Fidelis seruus et prudẽs: quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta, eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominũ nostrũ Jesum christũ filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amẽ.

Missa de sancto Rocho.
Ad missam. Officium.



Congratulamini omnes in domino diem beati rochi commemorantes: i cuius commemoratione letatur ecclesia, plebs exultat, et angeli dulcia dant melodia: dicentes, gloria tibi domine, qui talem virum in confessorem elegisti. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat. Oratio.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: et cunctis ad eorum patrocinia confugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum, concede plebi tue vt intercedente beato Rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet: a languore epidimie quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, sit libera: et tuo nomini semper sit deuota. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de9. Per omnia secula seculorum. Amẽ.

Ad Titum.

Charissime. Memor esto dñm Jesum christum surrexisse a mortuis ex semine dauid secũdum euangeliũ meũ: in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo oĩa sustineo ꝑpter electos: vt et ipsi salutem consequantur, que est cum Cp. 2. E. 3. B

christo iesu in gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones qualia mihi fctã sunt antiochie, iconio, listris. Quales persecutiones sustinui: et ex omnibus me eripuit dñs. Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu: persecutionem patientur. Gr. Tibi pio sancto rocho honor sit et gloria: te deprecantes apud celeste numen tuis precibus a morbo epidimie saluos nos redde. V. Fac quesumus beate confessor christi vt apud deũ preces nostre nõ sint vane: et nobis aeris temperiẽ concede, vt in fine tecum in celis congratulemur. Alleluia. Vsus. O beate confessor roche, quam magna apud deum sunt merita tua: quibus credimus nos a morbo epidimie posse liberari, et aeris temperiẽ concedi. Alla. Euange. Videte vigilate. Qre in missa de quocũq3 conf. Offr. Te beatum rochum christi confessorem exoratum facimus, et preces ad te patrem nostrum dirigimus: vt tua intercessione a languoribꝰ epidimie saluemur, et aeris temperie potiamur. Secreta.

2 mini predicantis audiuit beatus andreas:
relictis retibus quorum usu actuque vi-
uebat. Eterne vite secutus est premia lar
gientem. Versus. Ad unius iussionis vo-
cem relictis retibus beatus andreas. Eter
ne vite secutus est pre. Lectio tertia.

Egeas dixit. Cum traditus
asseratur hic a suo discipulo,
et a iudeis tentus: et presidi addu
ctus, et ad petitionem iudeorum a
militibus presidis crucifixus: quo
modo tu dicis eū spontaneum cru
cis subiisse patibulum? Andreas
respondit. Ideo dico eum sponta-
neum: quoniam simul cum illo fui
cum a suo discipulo traderetur. Et
antequam traderetur, dixit nobis
quod tradendus esset et crucifigendus
pro salute hominum, et tertia die re
surrecturum se esse predixit. Ege-
as dixit. Miror te prudentem homi
nem virum istum velle sectari, quem
quouis pacto (aut sponte aut inui
tum) cruci tamen confiteris affixū.
3 ℟. Homo dei ducebatur ut crucifigere-
tur: populus autem clamabat voce ma-
gna: dicens. Innocens eius sanguis sine
causa damnatur. ℣. Cumque carnifices du
cerent eū ut crucifigeretur: factus est con
cursus populorum clamantium et dicen-
tium. Inno. Gloria patri et filio. Inno.

In .iii. noc. an. Cum peruenisset bea
tus andreas ad locum ubi crux parata e-
rat: videns eam a longe exclamauit voce
magna dicens: salue crux que in corpore
christi dedicata es: et ex mēbris eius tanq̄
margaritis ornata. ps. Omnes gētes.
an. Antequam te ascenderet dominus no
ster o beata crux, timorem terrenum ha-
buisti, modo vero amorem celestē obtinēs
pro voto susceperis. ps. Exaudi deus
deprecationem. an. Amator tuus semp
fui, et desideraui te amplecti o bona crux.
℣. Exaudi deus orationē meā cum
depre. ℟. Constitues eos Lectio. iiii.

Andreas respondit. Hoc est
quod etiā me dixisse iam re-
tines. Magnum est mysterium cru-
cis, quod si volueris audire, referā.
Egeas dixit. Mysterium non po-
test dici, sed supplicium. Andreas
respondit. Ipsum supplicium my-
sterium restaurationis esse humani
generis (si patienter audias) com-
probabo. Egeas dixit ad beatū an
dream. Ego quidem patienter te au
diam: sed si tu me obtemperanter
non audias, ipsum mysterium cru-
cis in teipsum retorquebo. Andreas
respondit. Ego si patibulum crucis
expauescerem: crucis gloriam non
predicarem. Egeas dixit. Insanus
est sermo tuus: supplicium crucis
predicas gloriā, quia per audaciā
penam mortis nō times. Andreas
respondit. Non per audaciam: sed
per fidem nō timeo penam mortis.
Mors enim iustorum preciosa est:
mors vero peccatorum pessima. ℟.
Doctor bonus et amicus dei ducitur ad cru- 4

cem: aspiciens a longe vidit crucem: sal-
ue crux. Suscipe discipulū eius qui pepen
dit in te magister meus christus. Vsus.
Salue crux que in corpore christi dedica-
ta es: et ex membris eius tanquam mar-
garitis ornata. Suscipe discipulum eius
qui pependit in te. Lectio quinta.

Egeas dixit. Ista verba illis
narrare potest qui tibi cre-
dunt: mihi autem nequaquā. Quia
nisi ad hoc cōsentias vt sacrificium
diis omnipotētibus offeras: in ipsa
cruce quam laudas te fatigatū af-
figi precipiam. Andreas respon-
dit. Omnipotenti deo qui vnus et ve
rus est: ego omni die sacrifico. Non
thuris fumum, nec taurorum mu-
gientium carnes: nec hircorum san
guinem: sed immaculatum agnum
quotidie in altari crucis sacrifico.
Cuius carnes posteaquam omnis
populus manducauerit, et sangui-
nem eius biberit: tamē integer per-
manet et immaculatus et viuus. E-
geas dixit. Quomodo potest hoc fie
ri? Andreas respondit. Si vis sci-
re quomodo potest fieri: assume for-
mam discipuli vt possis discernere
quod queris. Egeas dixit. Ego a te
tormentis exigam huius rei noti-
5 tiam. ℟. O bona crux que decorem et
pulchritudinem de membris domini sus-
cepisti: accipe me ab hominibus et redde
me magistro meo. Vt per te me recipiat q
per te me redemit. ℣. Securus et gaudens
venio ad te: ita vt et tu exultans suscipias
me. Vt per te me recipiat. Lectio sexta.

Andreas respondit. Miror
te hominem prudentem ad
tantam stultitiam deuolutum: vt
putes tormentis me tibi sacrificia
diuina pandere. Tunc iratus ege-
as iussit eum in carcerem trudi: vbi
per totam noctem ad patientiam et
pacem habendam populum admo-
nuit. Egeas postea sedens pro tri-
bunali iussit adduci ad se sanctum
andream: cui et dixit. Existimaui
te nocturna cogitatione reuocare
animum a stultitia, et a christi tui
laude cessare, vt possis nobiscum
nō amittere gaudia vite. Andreas
respondit. Audi me fili mortis, ser-
uum et apostolum iesu christi. Nūc
vsque mitius tecum egi pro censu-
ra fidei: vt rationis capax idola con
temneres, et deum qui in celis est a-
dorares. ℟. Orauit sanctus andreas dū 6
aspiceret celum: voce magna clamauit et
dixit: tu es deus meus quem vidi. Ne me
patiaris ab impio iudice imponi. Quia vir
tutem sancte crucis agnoui. ℣. Tu es ma-
gister meus christus: quem dilexi, quem co
gnoui, quem confessus sum: tantummodo
in ista voce me exaudi. Ne me patiaris ab
impio. Gloria patri. Quia virtutem sctē.

¶ In. iij. noc. ān. Accedentes carnifi-
ces leuauerunt eum in cruce: et extenden-
tes funibus totū corpus ei9, sicut eis ius-
sum fuerat suspenderunt. ps. Confitebi
mur. ān. Omnis interea populus concla
mabat dicens virum sanctum, pudicum,
ornatum moribus, bonum doctorē, pium,
modestum, rationabilem non debere hoc
pati: sed debere de cruce deponi. ps. Do-
minus regnauit exul. ān. Tunc sctūs
andreas ait: iam regem meum video, iam
adoro: iam in eius conspectu consisto. ps.
Dominus regna. irascantur. ℣9 Ni-
mis hono. ¶ Secundum Mattheū.

In illo tpe. Ambulans iesus Cap.
iuxta mare galilee vidit duos 4. C.
fratres: simonē qui vocatur petr9,
et andreā fratrē eius mittentes rete
in mare: erāt eñi piscatores. Et reli.
Omelia beati Gregorij pape.

Non dicitur de eadē lectione, quod per totum annum obseruetur secundum vsum Sar. Lectio septima.

Audistis fratres charissimi quia ad vnius iussionis vocem; Petrus et Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hūc facere miracula adhuc viderant: nihil ab eo de premio eterne retributionis audierant: et tamen ad vnum domini preceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Quanta nos eius miracula videm⁹: quot flagellis affligimur: quantis minarum asperitatibus deterremur, et tamen vocantem sequi cōtemni-
7 mus. ℟. Expandi manus meas tota
die in cruce ad populum non credentem: sed contradicentem mihi. Qui ambulant vias non bonas: sed post peccata sua. ℣. Deus vltionū dominus deus vltionum libere egit: exaltare qui iudicas terram et redde retributionem eorum ipsis. Qui ambulant vias non bo. Lectio octaua.

In celo enim iam sedet, qui de conuersione nos admonet. Jam enim iugo fidei colla gentium subdidit, iam mundi gloriam strauit. Jam ruinis eius crebrescentibus districti sui iudicij diem propinquantem denunciat, et tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit in vita. Quid ergo (fratres charissimi) quid in eius iudicio dicturi sumus: qui ab amore presentis seculi nec preceptis flectimur, nec
8 verberibus emendamur. ℟. Dilexit
andream dominus in odorem suauitatis: dum penderet in cruce dignum sibi computauit martyrem quem vocauit apostolū dum esset in mari. Et ideo amicus dei appellatus est. ℣. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit sanctitate et gratia plenus. Et ideo amicus. Lectio nona.

Sed fortasse aliquis secum tacitis sermonibus aut cogitationibus dicat. Ad vocē dominicam vterq; iste piscator quid aut quantū dimisit, qui pene nihil habuit? Sed hac i re fratres charissimi affectum potius debemus pēsare q̄ censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit. Multum reliquit, qui quantūlibet parum totum deseruit. Certe nos et habita cū amore possidem⁹, et ea que minime habemus ex desiderio querimus. Multum ergo petrus et andreas dimiserūt, quādo vterq; etiam desideriū habendi dereliquit. Multū dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta a non sequētibus con
cupisci potuerunt. ℟. Vir iste in po- 9
pulo suo mitissimus apparuit, sctitate aūt et gratia plenus: iste est q̄ assidue orat. Pro populo et pro ciuitate ista. ℣. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autē orabam. Pro. Gloria. Pro. Si infra aduentum hoc festum cōtige. non dicatur Te deum. sed repetatur ℟. Vir iste. Et si infra aduē. ɔtige. non thurificet nec altare nec chorus sicut solet fieri in duplicib⁹ festis. ℣. Dilexit andreā dñs. ℟. In odorē. In laudib⁹. ā.
Salue crux preciosa: suscipe discipulum 1
eius qui pepēdit in te magister meus xp̄s.
ps. Dñs reg. ā. Beatus andreas orabat 2
dicēs: domine rex eterne glorie suscipe me pendentē in patibulo. ps. Jubilate. an.
Non me permittas dñe famulum tuū a te 3
separari: tempus est vt cōmendes terre cor
pus meū. ps. Deus de⁹ meus. ā. Maxi 4
milla christo amabilis tulit corpus apostoli: optimo loco cum aromatibus sepeliuit.

ps. Benedicite. ãn. Qui persequebatur iustum demersisti eum domine in infernũ: et in ligno crucis dux iusti fuisti. ps. Laudate. Capitulum. Corde creditur. Hymnus. Exultet celum. V⁹. Annunciauerunt opera dei. R. Et facta eius intellexerunt. ãn. Concede nobis hominem iustum: redde nobis hominem sanctum: ne interficias hominem deo charum, iustũ, mansuetum et pium. ps. Benedictus. Oratio. Maiestatẽ. Memoria fiat de aduẽtu, et de sancta maria ad matutinas et ad missam et ad vesperas si infra aduentum hoc festum euenerit. ¶ Ad primam. ãn. Salue crux. ps. Deus in nomine. ãn. Gratias. Psal. Quicunque. ¶ Ad tertiam. ãn Beatus andreas. ps. Legem pone. Capl'm Corde creditur. R. et V⁹ de communi unius apostoli ad omnes horas dicantur cum oratione de die. ¶ Ad Sextam. Antiphona. Non me permittas. Psalmus. Defecit. Capitulum.

Rom̃. 10. C Non enim est distinctio iudei et greci: nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. ¶ Ad nonam. ãn. Qui persequebatur. ps. Mirabilia. Capitulum.

Ubi supra. Omnis quicũque innocauerit nomẽ domini saluus erit. Ad secundas vesperas. ã. Salue crux. ps. Dixit dominus. et ceteri psal. de apostolis. Cpm. Corde creditur. R. Uir perfecte pietatis et dux innocentie, tua festa celebrantis vota plebis suscipe. Et astantes laudis tue seruulos officio, precibus tuis coniunge sanctorum collegio. V. Imitator iesu christi sub crucis patibulo: nos andrea fac consortes celi contubernio. Et astantes laudis. Finito R. dum V. canitur eant rectores chori in superiori gradu et ex utraque parte principales in .ij. forma: et dicant ad singulos clericos Domine ad psam. His ita peractis exuant cappas nigras et almutias omnes qui volunt, ad prosam cantandam. Cantetur autem prosa in statione puerorum in suppel. ex utraque parte: ita tñ quod rectores chori principales in medio chori ad altare stent conuersi. Secundarii vero ad gradũ chori ad clerum stẽt conuersi. Inter quos eodem modo stent tres clerici qui. V. et R. cantaue. et omnes dicant prosam simul: et ad unumquenque. V⁹. R. cho. cantum prose super ultim. vocalem primi V. cho. interim sedẽte. Hoc eodem modo dicuntur prose per totum annum, tam ad vesperas quam ad matutĩ. Ad matu. vero per totum annũ non dicitur prosa, nisi solummodo ĩ die sancti nicolai, et in hebd. nata. domini scilicet in die sancti stephani, sancti Joannis, et sanctorum innocentiũ. Ubi nõ fit proces. de sancto andrea, dicitur psa hoc modo. Prosa.

O Morum doctor egregie qui triumphas egeam hodie. V. Felix gaudes in requie iter ciues eterne patrie. V. Assis propitius huic familie. V. Que tue recolit diem victorie. V. Spemque donans uie. V. Nos dñi commẽda gratie. Et astan. Omẽs cleri. q prosam cantaue. simul dicant Gloria pa. ad altare conuersi singuli in sua statiõe: qd per totũ annũ obser. post psam cantãdo. Gl'ia pa. Et astan. hy⁹. Exultet ce. V. Annũciauerunt opa. ã. Dñe iesu xpe magister bone suscipe spm̃ meũ in pace: quia iã tps est ut veniã desiderãs te videre. p. Mag. or. Maiestatẽ tuã. Si hoc festum in do. aduen. dñi contige. semp differat in crast. licet fest. loci fuerit. Et qñ festũ sancti andree sic differtur: tunc in dñica erunt ves. de fes. et solẽ. mẽoria de do. et postea

de sancta maria. Si vero in sabba.
ante adue. hoc fest. 9tige. ibi celebre-
tur, vesp. tamē de do. fiat licet festum
loci fuerit, et solen. mēo. de fest. et de
sancta maria. Qn fes. sancti andree
in. v. fer. ante aduen. dni 9tige. tunc
in. vj. fer. scilicet in crastino, fiat hoc
modo seruitium. Ad matu. inuitat.
Dilexit andreā dns in odorem suauitatis:
Dum penderet in cruce. ps. Venite. hy9.
Andrea pie. V9. Annue christe. ān.
1 Vidit dns petrū et andream: et vocauit eos.
2 ps. Celi enarrant. ān. Venite post me
dicit dns: faciā vos fieri piscatores hoim.
3 ps Benedica. ān. Relictis retib9 suis:
secuti sunt dnm redēptorē. ps. Eructa.
4 ān. Andreas xpi famulus dign9 dei apls:
germanus petri et in passione socius. ps.
5 Oēs gētes. ān. Dignum sibi dns cōpu-
tauit martyrē quē vocauit apostolum dum
esset in mari all'a. ps. Exaudi deus de-
6 preca. ān Ego si patibulum crucis expa-
uescerem: crucis gloriā non predicarē. ps.
7 Exaudi deus orationem.. ān. Christ9
me misit ad istā prouinciā: vbi non par-
uum populum acquisiui. ps. Confitebi-
8 mur. ān. Salue crux q in corpore christi
dedicata es, et ex mēbris eius tanquā mar-
garitis ornata. ps. Dns regna. exul. ā.
9 Biduo viuens pendebat in cruce p christi
nomine beatus andreas: et docebat popu-
los. ps. Dominus regnauit irascan.
V. In omnem terram. Lectio prima.



Ccedētes carni-
fices leuauerunt
eum in cruce: et
extendentes fu-
nibus, totum cor-
pus ei9 sicut eis
iussū fuerat sus-
penderūt. Sicq
biduo pendens in cruce: cōfortabat
mentes credētium in domino. Asta-
bant vero turbe fere viginti milia
hominū, inter quos erat frater egee
stratocles nomine qui simul clama-
bat cū populo, iniusto iudicio sctm
virū hoc pati. Interea vadit oīs po-
pulus cum clamore ad domū egee,
omnesq pariter clamantes et dicen-
tes virum sanctum, pudicum, orna-
tum moribus: bonū doctorem, piū,
modestum, rationabilem non debe-
re hoc pati, sed debere de cruce depo
ni, quia iam secunda die in cruce po-
situs veritatem predicare nō cessat.
R. Dum perambularet. Lectio secūda.
Tunc egeas expauescens populū,
promittens se eum velle deponere
simul cepit ire. Quem videns san-
ctus andreas dixit. Cur tu ad nos
egea venisti? Si vis credere christo
aperietur tibi via indulgentie sicut
promisi. Si autem venisti ad hoc
tantum vt me soluas, ego penitus
de ista cruce viuens in corpore depo
ni non potero. Iā enim regē meum
video, iam adoro, iam in eius cōspe-
ctu consisto. Et tuis miseriis cōdo-
leo: quia paratus te expectat interi-
tus. Cura pro te miser dum adhuc
potes: ne tunc incipias velle cū non
poteris. R. Vox vt vocem. Lectio iij.
Mittētes manus ad crucem carni-
fices, non poterant contingere eum.
Et subinde alij et alij ingerebant se
vt soluerent eū, et nullus pertingere
eū poterat. Stupebant etenim bra-
chia eorum, quicūque se extēdissent
ad soluendum eum. Tunc voce ma-
gna sanctus andreas ait. Domine
iesu christe magister bone, iube me
de ista cruce non deponi, nisi ante
suscipias spiritum meum. Et cū hoc
dixisset, videntibus cunctis splen-
dor nimius sicut fulgur de celo ve-

niens ita circundedit eū: vt penitus pre ipso splēdore oculi humani eum non possent aspicere. Cunque permansisset splendor fere dimidie hore spacio, abscedente lumine emisit spiritum: simul cum ipso lumine pergens ad dominum. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. ℟. Homo dei. ℣. Dilexit andream. In laud. hec sola. ān. Salue crux. ps. Dominus regnauit. Cap. Corde creditur. Hy. Exultet celum. ℣. Annunciauerunt. ān. Videns andreas crucem cum gaudio dicebat: quia amator tuus semper fui & desideraui amplecti te bona crux. ps. Benedictus. Or. Maiestatē tuam. Memoria de cruce et de sancta Maria vt supra: & de omnibus sanctis. Ad primam. ān. Salue crux. ps. Deus in nomine. ān. Gloria tibi trinitas. ps. Quicunque vult. Ad tertiā et omnes alias horas añc. cp. ℟. & ℣. cum or. sicut in prima die. Ad vesperas autem & deinceps vsque ad octa. diem nihil fiat de apostolo nisi memo. que precedet memo. beate marie cum ā. prime diei de noctur. Dictis vesperis dicitur ān. Unus ex duobus. & semper cum hoc ℣. tam ad vespe. quam ad matutinas ℣. Dilexit andream. or. Maiestatem tuam. Nam & in sabb. fit plenum seruitium de sancta maria. Quod si festū sancti ādree quauis alia fer. contige. tunc nihil fiat de festo infra oct. vsqz ad octa. diem nisi tantum memo. cum ān. Vidit dominus. et cetere antiphone per ordinem dicentur: similiter & ān. Videns andreas. et ān. Unus ex duobus. et semper cum predi. ℣. et predic. or. dicantur. ¶ In depositione sancti osmūdi episcopi et confessoris. Ad vespe. ā. Iustum deduxit dominus. Capitulū. Ecce sacerdos magnus. ℟. Miles christi. Hy. Iste confessor. ℣. Amauit eum. ān. Confessor. p. Magnificat. or. de communi. Ad matutinas. ix. lec. fiant omnia de communi vni⁹ confessoris et pontificis secundum picam Sar. licet hic sequatur oratio de proprietate. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificentiam, ac laudem et honorem sancti confessoris tui osmūdi coruscare sentimus: concede propitius vt cuius commemorationem colimus, eius intercessionibus & in presenti seculo te glorificemus, et in futuro perfrui mereamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

¶ In festo sancti Nicolai episcopi. Ad vesperas antiphona Iustum deduxit dominus. maior. psalmi ferial. Capitulum. Ecce sacerdos magn⁹. ℟. Beatus Nicolaus. ℣sus. Ut apud. Chorus. Illi nimirum tota nos deuotione. non dicitur vlterius: sed statim clerici incipiant prosam hoc modo. Oportet deuota mente synceriter. ℣sus Peccatores christianos tenaciter. ℣sus. Presuli tanto. ℣. Committere. Gloria patri & filio. Illi nimirum. Hymnus Iste confessor. ℣. Amauit eum. ān. O pastor eterne, o clemens et bone custos: qui dum deuoti gregis preces attenderes, voce lapsa de celo presuli sanctissimo dignū episcopatu Nicolaum ostendisti tuum famulum. ps. Magnificat. Oratio.



Eus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus vt

eius meritis et precibus a gehenne incendiis liberemur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia. Memoria de sancto Andrea et de aduentu et de sancta maria. Deinde eat processio ad altare sancti Nicolai (si habeatur) cum thuribu. et cerofera. et puero librum deferente sine cruce: choro prosequente, habitu non mutato: cantando ℟. Ex eius tumba. Rectores simul dicant ℣sum Caternatim. Chorus Surdis. Non dicitur prosa in hac proces. Dum ℣s. canitur incenset altare sacerdos et postea dicat ℣. Ora pro nobis. Oratio



Eus bonitatis auctor et bonorum dispensator: concede propitius vt qui beati Nicolai confessoris tui atq pōtificis solēnitatem veneramur, eius patrocinijs atque suffragijs maiestatis tue propitiationem consequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. In redeūdo de omnibus sanctis. ā. Saluator mundi. Quere in festo sancti andree. ℣s. Letamini in domino. Oratio. Infirmitatem. ¶ Ad Matutinas. Inuita. Adoremus regem seculorum. In quo viuit Nicolaus honor sacerdotum. ps. Venite. Hymnus. Iste confessor domini sa. ¶ In primo noctur. ān. Nobilissimis siquidem natalibus ortus velut lucifer Nicolaus emicuit. ps. Beatus vir. ān Postquam domi puerilem decurrit etatem: cunctis mundi spretis oblectationibus christi se iugo subijciens documentis sanctis suum prebuit auditum. ps. Quare fremuerunt. ān. Pudore bono repletus dei famulus: sumptibus datis stupri nephas prohibuit. ps. Domine quid multipli. ℣s. Amauit eum dominus et ornauit eum. ℟. Stola glorie. Lectio .i.



Eatus nicolaus ex illustri prosapia ortus: ciuis fuit patare vrbis. Parentes vero eius cum ī primo flore iuuentutis hunc solum genuissent filium: inter suas preces (quas frequenter in domini templo fundebant) hūc solum superstitem nō tantum diuitiarum quantum et morum flagitabant heredem. Quorum igitur vota deus ex alto prospiciens: haud petitioni eorum defuit. Nam cum matris adhuc lacte nutriretur, cepit bino ī hebdomada die (quarta scilicet et sexta feria) semel bibere mammas, et hac vice contentus tota die sic permanebat. ℟. Confessor dei Nicolaus nobilis progenie sed nobilior moribus. Ab ipso puerili euo secutus dominum: meruit diuina reuelatione ad summum prouehi sacerdotium. ℣. Erat enim valde compatiens, et super afflictos pia gestans viscera. Ab ipso puerili euo secutus dominum: meruit diuina reuelatione ad summū prouehi sacerdotium. Lectio secunda.

Uerilibus igitur annis transactis: cepit bone indolis adolescens esse. Et non sicut illa etas assolet lasciuiam complexus est mundi, sed nunc parentum comitatus vestigia, nunc solus ecclesiarum terebat limina. Et quod ibi de scripturis patulo, aduertebat auditu: non immemor armariolo condebat pectoris. ℟. Operibus sanctis Nicolaus humili-

ter insistens. Reuelatione diuina proue-
ctus est ad summum sacerdotij gradum.
V. Uoce quippe de celo lapsa cuidam insi-
nuatur presuli dignum episcopatu Nico-
laum. Reuelatione diuina prouectus est
ad summum sacerdotij gradum. Lec. iij.
Postquã autem beatus Nicolaus
vtroque parente orbatus est: sepius
illud euangelicum ante sue mentis
ducebat oculos. Nisi quis renun-
ciauerit omnibus que possidet, non
potest meus esse discipulus. Talia
eo cogitante, accidit vt quidam con
uicaneus eius ad tantam deuenis-
set inopiam, quod tres filias quas
habebat fornicari constituit, vt ea-
rum saltem commercio infelicem a-
3 geret vitam. R. Quadam die tempesta-
te seuissima quassati naute ceperunt san-
ctum vocare Nicolaum. Et statim cessa-
uit tempestas. V. Mox illis clamantibus
apparuit quidam dicens illis, ecce assum:
quia vocastis me. Et statim cessauit. Glo-
ria patri et filio: et spiritui sancto. Et sta-
tim cessa. ¶ In secundo nocturno.
An. Auro virginum incestus, auro patris
earum inopiam, auro prorsus vtrorunque
detestabilem infamiam dei seruus ademit
Nicolaus. Ps. Cum inuocarem. Aña.
Innocenter puerilia iura transcendens:
euangelice institutionis discipulus effe-
ctus est. Ps. Uerba mea auribꝰ percipe
domine. An. Gloriam mundi spreuit cum
suis oblectationibus: et ideo meruit pro-
uehi ad summum sacerdotij gradum. Ps.
Domine dominus noster. Uersus. Iu-
stum deduxit dominus. Lectio quarta.
Quod vt vir sctũs cõperit: cõ-
doluit miserrimo hoĩ. Nota-
taque cuiusdã noctis hora: sumens
non modicum aurum ligansque in
panno, perrexit ad domum viri.
Quam vndique circunspiciens, per
fenestram que competens videbatur
clam intro proiecit, clamque recessit.
Mane itaque facto, cum surrexisset
homo aurumque illud inuenisset,
gaudio gauisus est magno, et gra-
tias reddidit omnipotẽti deo. Tũc
tradidit filias suas maritis, quas
prostituere voluerat fornicatoribꝰ.
Tu autem domine miserere nostri.
R. Audiens christi confessor trium iuue-
num innocẽtum necem: precucurrit quam 4
tocyus ad locum quo fuerãt plectendi. Et
liberauit eos. Vꝰ. Statimque solutos a
vinculis vsque ad pretorium consulis se-
cum adduxit. Et liberauit eos. Lectio. v.
His itaque actis, myrrhea metro-
polis orbata est suo antistite. Cu-
ius obitum non mediocriter adia
centium parrochiarum cõdolentes
episcopi et etiam viri religiosi, con
uenerunt in vnum cum clericis, vt
domino annuente prouiderent illi
ecclesie secundum sanctorum scita
canonum idoneum presulem. Con
cione itaque facta intererat quidam
pontifex magne auctoritatis, ad cu
ius nutum aliorum pẽdebat senten
tia. Hic ergo per omnia sequens a-
postolorum vestigia, cunctos ieiu
niis et deuotissimis precibus horta
tus est insistere, quatenus ille qui
Mathiã induxit supplere numerum
apostolicum, quem vellet nunc fun-
gi tanto sacerdotio, dignaretur pan
dere. Tu autem domine miserere
nostri. Deo gratias. R. Qui cum au 5
dissent sancti Nicolai nomen, statim expã
dunt manus vtrasque ad celum. Saluato
ris laudantes clementiam. Uersus. Cla
ra quippe voce coram hominibus dignum
referebant illum dei famulum. Saluatoris
laudantes clementiam. Lectio sexta.
Quibus orãtibus: vocem de celo

audiuit predictus pontifex dicentem sibi: ut quem primum hora matutina ante portas ecclesie inueniret, antistitem consecraret: adiungens quod Nicolaus vocaretur. His ergo secundum reuelationem diuinam peractis: pontificali cathedra sublimatur. Qui adepto episcopatu eandem morum grauitatem quam prius, eandemque sectabatur humilitatem. Sic etiam cepit dilectus dei Nicolaus coruscare miraculis: ut nō tantum sui sed etiam alieni quibuslibet oppressi angustiis, inuocato nomine eius statim sentirent leuamē.

6 ℟. Beatus Nicolaus iam triumpho potitus nouit seruis famulis prebere celestia commoda: qui toto corde poscunt eius largitionem. Illi nimirum tota nos deuotione. Oportet committere. Ursus. Ut apud christum eius patrociniis adiuuemur semper. Illi nimirum tota. Gloria patri et fi. Oportet commit. ¶ In tertio noctur. An. Pontifices almi diuina reuelatione letificati Nicolaum presulē deuotissime consecrauerunt. Ps. Domine quis habitabit. An. Sanctus quidem triticum quod a nautis postulauerat: acceptum et sagacitate distribuere et augere precibus impetrauit. Ps. Domine in virtute tua. An. Muneribus datis neci sunt iuuenes innocentes addicti: quibus domini seruus fuit vite presidium festinanter. Ps. Domini est terra et plenitudo. Ursus. Iustus ut palma florebit. Lectio septima.

Quadam vero die cū quidam naute subita maris tempestate periclitarentur: ceperunt clamare. Nicolae famule dei si vera sunt que de te audiuimus, nunc succurre nobis: ut erepti ab hoc periculo deo et tibi gratias agamus. Talia referentibus apparuit quidam dicens eis. Ecce assum: vocastis enim me. Et cepit eos adiuuare in nauis armamētis: Nec multo post omnis pelagi cecidit fragor: omnisque cessauit tempestas. ℟. Summe 7
dei confessor Nicolae te venerantes protege. Nāque credimus tuis precibus nos posse saluari. Ursus. Qui tres pueros morti addictos illesos abire fecisti: tuis laudibus instantem conserua plebem. Nanque credimus tuis precibus. Lectio octaua.

Quodam etiam tempore lyciam prouinciam cum perniciosa fames oppressisset: naues triticeis onuste mercibus in littore adriatici portus adesse nūciantur. Quo mox adueniens Nicolaus: nautis inquit. Uos rogaturus accessi: ut huic populo fame laborāti aliquātulum ex isto frumento impertiri studeatis. Promitto enim vobis in domini mei virtute cum seruio: quod nullā inde minorationem habebitis apud regis vestri exactorem. Tandem interuētu presulis cōuicti: de singulis puppibus enumerauere centū modios. Tanta igitur dei largitate auctum est frumentum illud: quod illis sufficeret ad victum, et nautis ad plenam mensuram quam susceperant. Tu autem domine miserere nostri. Hoc ℟. incipiatur ab uno clerico de superiori gradu: loco nec habitu mutato. ℟. Seruus dei nicolaus auri pon- 8
do trium virginum redemit pudorem. Earumque patris impudicam remenso auro fugauit inopiam. Omnes cantent versum qui volunt in statione puerorum. Ursus. Affluens ita misericordie visceribus: metallo duplicato propulsanti earū infamiam. Earumque. Lectio nona.

Cum igitur his beneficiis et virtutibus multisque aliis btissimus flore

ret nicolaus: decidit in egritudinē
qua ex hac instabili luce subtractus
est. Cernēs itaq; mortem sibi adesse
presentem: inclinato capite signo
crucis se armauit. Eucharistiā per-
cepit, astantibus benedixit, oscula
pacis dedit: & tricesimum psalmum
incepit, dicens. In te domine spera
ui non confundar in eternum: vsq;
in manus tuas domine commendo
spiritum meum. Et cū hec dixisset,
tradidit preciosam animam suam
in manus sanctorum angelorū qui
9 ei apparuerunt. ℞. Ex eius tūba mar
morea sacrum resudat oleum: quo liniti
sanantur ceci. Surdis auditus redditur,
et debilis quisque sospes regreditur. ℣.
Cateruatim ruunt populi cernere cupien
tes que per eum fiunt mirabilia. Surdis
auditus redditur, et debilis quisque.
Non dicatur vlterius sed statim in
cipiatur prosa. Sospitati dedit egros
olei perfusio. Chorus respondeat can
tum prose super literā O. post vnū
quenque. ℣. interim sedens. ℣. Ni
colaus naufragantum affuit presidio. ℣.
Reuelauit a defunctis defunctum in vi-
nio. ℣. Baptizatur auri visc iudeus indi-
cio. ℣. O quam probat sanctum dei farris
augmentatio. ℣. Uas in mari mersum pa
tri redditur cum filio. ℣. Ergo laudes ni-
colao concinat hec concio. ℣. Nam qui
corde poscit illum propulsa to vitio: Sos-
pes regreditur. Gloria patri. Et debilis.
Deinde reincipiatur. ℞. Ex eius tum
ba. ℣. Ora pro nobis beate Nicolae. ℞.
Ut digni efficiamur. In laudibus. ān.
1 Beatus Nicolaus adhuc puerulus mul
to ieiunio macerabat corpus. ps. Domi
2 nus regnauit. ān. Ecclesie sancte fre-
quentans limina, sacra pectori condebat
mandata. ps. Jubilate deo omnis ter
3 ra. ān. Juste & pie viuendo ad honorem

sacerdotii meruit promoueri diuinitus.
ps. Deus deus meus. ān. Amicus dei 4
Nicolaus pontificali decoratus infula o-
mnibus se amabilem exhibuit. ps. Bene
dicite omnia. ān. O per omnia laudabi 5
lem virum: cuius meritis ab omni clade li
berantur qui ex toto corde querunt illum.
ps. Laudate dominum de celis. cp.
Ecce sacerdos. Hy. Jesu redēptor.
℣. Justus germina. ān. Copiose charita-
tis Nicolae pontifex, qui cum deo gloria-
ris in celi palacio: condescende supplica-
mus ad te suspirantibus: & exutos graui
carne pertrahas ad superos. ps. Bene-
dictus. Or. Deus qui beatum Ni-
colaum. Memoria de sancto An-
drea: cū hac ā. Un9 ex duobus. nisi fe
stum sancti Nicolai in sabba. conti
ge. tunc enim dicatur hic ad memo.
de apostolo ān. Uiduo viuens. Cū ve
ro fest. sancti Nicolai a do. reserua-
tū fuerit die lune celebrādū, tunc di
citur ad memo. de apostolo hec ān.
Concede nobis. Si vero hoc fest. san-
cti andree apostoli i. v. fer. ante ad
uē. dñi euenerit: tūc dicatur hic ad
memo. eiusdem. ān. Unus ex duobus.
Mēo. de aduen. & de sancta maria.
Ad. j. ā. Beatus Nicolaus. ps. De9
in nomine. ā. Te iure. ps. Quicunq;.
Ad. iij. ā. Ecclesie sancte. ps. Legem
pone mihi dñe. Cp. Ecce sacerdos.
℞. & ℣. de cōi vnius confesso. & pon
tifi. dicūtur ad oēs ho. Ad. vj. ān.
Juste & sancte. ps. Defecit. cp. Benedi-
ctionem. Ad. ix. ān. O per omnia.
Cp. Cognouit eū. Ad scdas ves. ān.
Beatus Nicolaus. psal. fer. cp. Ecce sa
cerdos. Hy. Jesu redemptor. ℣.
Justus germinabit. ān. O christi pietas
omni prosequēda laude: qui sui famuli ni-
colai merita longe lateq; declarat, nam ex
tumba eius oleū manat, cūctosq; langui-

vos sanat. ps. Magnificat. Or. Deus qui beatum Nicolaum. Memoria de sancto Andrea. an. Ambulans iesus. V. Dilexit andream dominus. Oro.

Protegat nos dne sepius bti Andree apostoli tui repetita solennitas: vt cuius patrocinia pia deuotione recolimus, perpetuã defensionem sentiamus. Per dnm. Meo. de aduen. et de sancta maria.

¶ In octauis scti andree apostoli. Ad Matuti. Inuitato. Dilexit Andream dominus. ps. Venite. Quando vero hoc predic. inuita. cũ antiphonis sequentibus in. vi. fer. ante aduentum dñi dicitur: tunc inuitato. Adoremus. cum antiphonis de die et duobus R. de secundo noc. et cũ nono R. qd sit tertiũ hac die dicatur.

¶ Nota tñ q qñ oct. sancti andree in sab. cõtig. fiet tunc ibi plenũ seruitium de sctã maria: et de octauis tantum meoria cũ mis. in capitulo.

¶ Et sciedũ est q per totũ annum solet dici inuita dup. infra octa. et etiam in oc. que fiunt sine regimine cho. quãdo de octa. fit seruitiũ. Hy. Andrea pie. Vs. Annue christe. añe etiam de noc. prime diei in quacũq fer. festum apsi contige. Hac die dr iste V. In omnem terram; Lectio. i.



Aximilla vero quedã potẽtissima matrona in speluca posita, statim vt agnouit apostolum Andream perrexisse ad dominum, accessit ad crucem. Et suorum solatio cum omni reuerentia deposuit corpus, et condidit aromatibus: et ibi eum sepeliuit vbi se sepeliendum constituerat. Egeas vero iratus disponebat accusationẽ publicã cõtra maximillam et populum, ad cesarem destinare. R. Dum perambularet. Lec. ij. 1

Cum autem hec ordinaret egeas: priusquam domum veniret in medio foro ciuitatis in conspectu omnium a diabolo vexatus expirauit. Nunciatum vero est fratri eius: cui nomen erat stratocles. Tunc stratocles misit seruos suos: dicẽs eis. Ite: et inter biothanatos sepelite eum. R. Mox vt. Lectio tertia. 2

Stratocles vero frater egee de facultatibus eius nihil quesiuit: dicens. Non mihi permittat dominus meus iesus christus cui credidi: vt ego de bonis fratris mei aliquid contingam, ne polluat me crimẽ eius qui apostolum domini ausus fuit pro amore pecunie occidere. Tantus ergo timor inuasit vniuersos: vt nullus remaneret qui nõ crederet saluatori nostro deo, qui vult omnes saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Ipsi gloria in secula seculorum amen. R. Vir iste. Vs. Dilexit andream dominus. 3

¶ In laudibus hec sola. an. Salue crux preciosa. ps. Dominus regnauit decorem. Capitulum. Corde creditur. Hy. Exultet celum lau. V. Annunciauerunt. an. Concede nobis. psal. Benedictus. Oratio. Protegat. Memoria de aduen. et de sancta maria: et postea de omnibus sanctis. Si dies dominicus fue. vel si fes. s. Nicolai a do. reseruatum hac die celebretur: vel si in sabba. contige. oc. tunc tantum memoria de octa. fiet ad primas vesperas et ad matuti. cum mis. in cap. Ad primam et ad alias horas fiat sicut in crastino sancti andree notatum est.



In conceptione beate marie vir-
1 ginis. Ad .j. vesp. añ. Dei genitrix vir
go semper maria intercede pro nobis de-
2 precamur. ps. Laudate pue. añ. Beata
progenies vnde christus natus est: quoniã
gloriosa est virgo que celi regẽ genuit. ps.
3 Laudate do. oẽs gẽ. ã. Sancta maria
virgo intercede pro toto mundo qr genui-
sti regem orbis. ps. Lauda anima. ã.
4 Sub tuã protectionẽ confugimus vbi in-
firmi acceperũt virtutẽ: et propter hoc tibi
psallimus dei genitrix virgo. ps. Lauda
5 te do. qm̃ bon⁹ est. añ. Btã dei genitrix
maria virgo perpetua, templũ dñi, sacra-
riũ spũs scti: sola sine exẽplo placuisti do
mino iesu christo: ora pro pplo, interueni
pro clero, intercede pro deuoto femineo se
xu. ps. Lauda hierusalem. Capłm.
Eccl. 24. c. Ego quasi vitis fructificaui
suauitatem odoris: et flores
mei fructus honoris et ho-
nestatis. R. Stirps. hy⁹. Aue
maris stel. V. Sctã dei genitrix
virgo. ã. Cõceptio tua dei geni-
trix ꝟgo gaudiũ annũciauit vni
uerso mundo ex te eñi ort⁹ est sol
iustitie xp̃s de⁹ nr̃: q̃ soluẽs male
dictionẽ dedit bñdictionẽ: et con
fundẽs mortẽ donauit nobis vi-
tam sempiternã. ps. Mag. or.
Supplicationẽ seruo
rũ tuorũ de⁹ misera-
tor exaudi: vt q̃ in ꝯceptiõe
dei genitricis et ꝟginis con
gregamur, ei⁹ intercessioni-
bus a te de istãtib⁹ piculis
eruamur. Per eũdẽ. Mẽo.
de aduẽ. Cõpl. vo aduẽ. nõ
mutat nisi q in fine hymni
Saluator. or. Gl̃ia tibi do.
Ad matu. Inui. Corde et voce
simul xp̃m regẽ veneremur. Vir
ginis et matris iubiletur nobi-
lis ꝯceptus. ps. Venite. Hy⁹. Quẽ ter
ra. In .j. noc. ã. Hodie ꝯcepta est bea
ta virgo maria ex progenie dauid: p quã
salus mũdi credentibus apparuit. ps. Do
mine dñs nr̃. añ. Beatissime virginis
marie ꝯceptionẽ deuotissime celebremus:
vt ipsa pro nobis itercedat ad dñm iesum
xp̃m. ps. Celi enar. añ. Quando ꝯcepta
est virgo sacratissima tũc illuminatus est
mundus: stirps beata, radix sancta, et be
nedctus fructus eius. ps. Domini est
terra. V⁹. Sancta dei genitrix. Lect. j.
Inter oẽs sctõs mẽoria btissi-
me virginis marie eo frequẽ-
tius agitur atq3 festiuius: quo ma-
iorẽ gratiã apud deũ creditur inue
nisse. Unde post alia quedã ipsi⁹ an
tiquora solẽnia, nõ fuit ꝯtenta deuo-
tio fideliũ: quin ꝯceptiõis supne so
lenne superadderet hodiernum. R.

1 Hodie concepta est beata virgo maria ex
progenie dauid: per quam salus mūdi cre
dentibus apparuit. Cuius vita gloriosa
lucem dedit seculo. V. Beatissime virginis
marie conceptionem deuotissime celebre-
mus. Cuius vita gloriosa. Lectio scda.
Hac itaque die peculiariter in
ecclesia recitandus videretur
esse liber ille qui de conceptu ei9 at-
que vita scriptus īueniebatur, si nō
iudicassent eum patres inter apo-
crypha numerandum. At quoniam
magnis ac sapientibus viris ita vi
sum est: nos alia q̄dam sed nō alie-
na legentes, ecclesiasticum morem
2 debitis officiis exequamur. R. Bea
tissime virginis marie conceptionem de-
uotissime celebremus. Ut ipsa pro nobis
intercedat ad dominum iesum christum.
V. Cum iocunditate cōceptionē beate ma
rie celebremus. Ut ipsa. Lectio tertia.
Beata igitur domini mater et
perpetua virgo maria: priusquam
conciperetur, oraculis enun-
ciata est: et designata miraculis.
Concepta vero ex progenie Dauid
diuinitus ordinata: priuilegio vir-
tutum insignis enituit. Saluato-
rem edidit: a quo glorificata in celo
nunquā terrigenis patrocinari de-
3 sistit. R. Stirps iesse virgam produxit,
virgaque florem. Et super hunc florem,
Requiescit spiritus almus. V. Virgo dei
genitrix virga est: flos filius eius. Et su-
per. Gloria patri et filio. Requiescit spi.
In .ij. noc. ā. Hodie concepta est bea-
tā virgo maria ex semine abrahe: letātur
archangeli, exultant omnes sancti: et con
gaudet omnis mundus. ps. Eructa. ā.
Dignum nanque est vt ei cum summa de-
uotione famulemur, per quam nobis vir-
ginitatis insignia pullularunt. ps. Deus
noster refugium. ān. Benedicta et ve-
nerabilis es sancta maria virgo dei geni-
trix: cuius cōceptionē celebremus vt inter-
cessio ipsius sit pro nobis ad dominum.
ps. Fūdamēta. V. Post par. Lec. iiij.
Propositionem itaque sequa-
tur ordine suo narratio. Iā-
que referamus vnum de pretaxatis
oraculis: ac deinde paucis expedia-
mus. Dixit eternus ad veterem:
deus ad serpentem. Inimicitias po
nam inter te et mulierem: et semen
tuum et semen eius. Ipsa conteret
caput tuum. R. Cōceptio gloriose vir-
ginis marie ex semine abrahe, concepta de 4
tribu iuda, clara ex stirpe dauid. Cuius vi
ta inclyta cunctas illustrat ecclesias. V.
Cum iocunditate conceptionem beate ma
rie celebremus. Cuius vita. Lectio. v.
Quid autem est fratres in hoc
loco serpentis caput cōtere-
re: nisi principalem suggestionem
diaboli (id est concupiscentiam) re-
sistendo superare. Si ergo quera-
tur quenam mulier huiusmodi vi-
ctoriam operata sit: profecto non re-
peritur in linea generationis huma
ne, donec perueniatur ad illam (de
qua nunc agimus) sanctarum san-
ctam. R. Conceptio tua dei genitrix vir- 5
go gaudium annunciauit vniuerso mun-
do. Ex te enim ortus est sol iustitie christus
deus noster: qui soluens maledictionē de-
dit benedictionem: et confundens mortem
donauit nobis vitam sempiternam. V.
Felix nanque es que sola genitricis digni-
tatem obtinuisti et virginalē pudicitiam
non amisisti. Ex te enim. Lectio sexta.
Si vero interrogetur in quo
serpētis caput hec beata vir
go cōtriuerit: nimirū in eo q virgi-
nitatē simul et humilitatē sacrifica-
uit deo. Virginitate nāque seruata:
probatur extinxisse cōcupiscentiam

carnis:humilitate(que facit paupe-
rem spiritu)concupiscentiam men-
tis. Sicque principali suggestione
diaboli victa: vitiosum eius caput
virtutis pede contriuit. Nec tamen
hoc loco sed eo q̄ maxime triumpha
uit:quo de sua mūdissima carne cor
porata dei sapientia vicit vsqꝫqua-
que malitiam. Attingens a fine vs-
que ad finem fortiter:ac disponens
omnia suauiter. ℟. Ad nutū dn̄i nostrū
6 ditātis honorē. Sicut spina rosam genuit
iudea mariā. ℣. Ut vitiū virtus operiret,
gratia culpam. Sicut. Gloria pa. Sicut.
¶ In.iij.noc.ā. Conceptio est hodie san
cte marie virginis:cuius pulchritudinem
respexit deus ꝛ visitauit humilitatē suā.
ps. Cantate domino.j.ān. Ista est spe
ciosa electa a domino:cuius conceptionem
celebremus vt ipsa pro nobis intercedat
ad dominum deum nostrū. ps. Dominꝰ
regnauit exultet.ā. Felix namqꝫ es bea
ta virgo maria, que ꝛ genitricis dignita-
tem obtinuisti et virginalem pudicitiam
non amisisti. ps. Cantate domino.ij.
℣sus. Speciosa fa. ¶ Initium sancti
euangelij secundum Mattheum.
Cap. Liber gn̄ationis iesu xp̄i filij
1.A. dauid filij abraham. Et reł.
Omelia vene. bede pbr̄i. Lectio. vij.
Prefationem totius operis premi
sit de quo dicturꝰ erat:id est de chri-
sto. Per quem ascendit ad dauid:cui
dictum est. De fructu ventris tui po
nam super sedem tuam. Et a dauid
vsque ad Abraham: cui promissum
est. In semine tuo benedicentur om
nes gentes terre. Ad quem fuit prin
7 cipium promissionis. ℟. Beata proge
nies vnde christus natus est:o quam glo-
riosa est virgo. Que celi regem genuit. ℣.
Felix certe et omni laude dignissima sacra
virgo maria. Que celi. Lectio octaua.

Ideo posuit eum euangelista
principium narrationis sue, ꝛ
per singulas genealogias descendit
ad christum: vt i eo (id est in christo
series generationis terminaretur.
Ideo in christo initium libri incipie
batur: quia ille est principium salu-
tis nostre, et finis id est perfectio e-
terne beatitudinis. Tu autem. ℟.
Corde et animo christo canamus gloriam. 8
In hac sacra solennitate precelse genitri-
cis dei marie. ℣. Omnes in vnum congre
gati collaudemus dominum iesum chri-
stum. In hac sacra solen. Lectio nona.
Nam et moyses librū creatio-
nis celi et terre se scripsisse te
statur: in quo perituri hominis ori-
ginem texuerat. Mattheus librum
generatiōis Jesu christi se esse scri-
pturum promisit: in quo salus gene
ris humani ostenderetur, que in no-
mine iesu sonat: quia iesus saluator
interpretatur. ℟. Solem iustitie regem 9
paritura supremum: Stella maria maris.
Hodie processit ad ꝯceptum. ℣sꝰ. Cernere
diuinum lumen gaudete fideles. Stella.
Gloria patri. Hodie ꝓcessit. repetat ℟.
Solem. Non dicatur Te deum. neqꝫ
ad missam. Gloria in excelsis deo.
nec Ite missa est. ℣sus. Ora pro nobis
sancta dei genitrix. In laudibus. Añā
Conceptio est hodie scīe marie virginis: 1
cuius vita inclyta cūctas illustrat ecclias.
ps. Dn̄s reg. ān. Cōceptio gloriose vir 2
ginis marie ex semine abrahe, concepta de
tribu iuda, clara ex stirpe dauid. ps. Iu-
bilate. ān. Regali ex progenie maria ꝯce 3
pta refulget: cuius precibus nos adiuuari
mente ꝛ spiritu deuotissime poscimus. ps
Deꝰ deus. ān. Corde ꝛ animo christo ca- 4
namus gloriā hac in sacra solennitate pre
celse genitricis dei marie. ps. Bn̄d. ān.
Cum iocunditate ꝯceptionem beate marie 5

celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum. Ps. Lauda te dominū. Cap. Ego quasi. Hy. O gloriosa femi. V. Elegit eam. An. Conceptionem hodiernam perpetue virginis genitricis dei marie solēniter celebremus: qua celsitudo throni processit alleluia. Ps. Benedictus. Oratio. Supplicationem seruorum. Memo. de aduentu. ¶ Ad. i. an. Conceptio est hodie. P. Deus in noie. An. Gratias. Ps. Quicunque. Cp. Regi seculorum. R. Iesu christe. V. Qui de virgine. ¶ Ad. iij. an. Conceptio gloriose. Ps. Legem pone michi. Cpm. Ego quasi. R. Sancta dei genitrix. V. Post partum. ¶ Ad Sextam. an. Regali. Ps. Defecit. Capitulum.

Eccl. 24. c Transite ad me om̄es qui concupiscitis me, et a generatiōibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et fauum. R. Post partum. V. Speciosa. ¶ Ad Nonam. an. Cum iocunditate. Ps. Mirabilia. Cap.

Vbi supra. Qui audit me non confundetur: et qui operātur in me non peccabūt: et qui elucidant me vitam eternam habebunt. R. Speciosa. V. Elegit. Ad secūdas vespe. an. Conceptio est hodie. Psal. Dixit dominus. Cōfitebor. Beatus vir. De profundis. Memento. Cp. Ego quasi vitis. R. Solem iustitie. Hy. Aue maris stella. V. Elegit eam. An. Gloriose virginis marie conceptum dignissimum recolemus: cuius dominus humilitatem respiciens angelo narrante concepit redemptorē mundi alleluia. Ps. Magnificat. Oratio. Supplicationem seruorum. Mēo. de aduentu. Completo. vt supra. Si hoc festum in dn̄ica euenit. differatur in crastinum. nisi festum loci fuerit. ¶ Sancte Lucie virginis et martyris. Ad vespe. an. Lucia virgo venerabilis syracusanorum nobilissima cum matre euticia ad sepulchrum beate agathe venerandum conuenerat. psal. fer. Capm. Domine deus meus. R. Grata facta est. Hy. Virginis proles. V. Diffusa est gratia. An. In tua patientia possedisti animam tuā lucia sponsa christi: odisti que in mundo sunt et coruscas cum angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Ps. Magn. Oratio. Exaudi nos de[us] salutaris noster. Require in communi vnius virginis. Memoria de aduentu et de sancta maria. ¶ Ad matutinas. Inuitatorium. Agnum sponsum. Ps. Venite et cetera omnia de communi vnius virginis et martyris fiant vsque ad septimum R. Lectio pria.



Cum per vniuersam siciliā beate Agathe virginis fama crebresceret: et syracusanus populus per miliaria quinquaginta ad vrbem cathanensiū indesinēter pergeret, ad sepulchrum sancte virginis Agathe venerandum: contigit et luciam venerabilem virginem syracusanorum nobilissimam simul pergere festiuitatis gratia. Inuitāte eam matre sua euticia: que per annos quatuor fluxum sanguinis patiebatur: nulloque medicorum poterat medicamine liberari. Lectio secūda

Igitur cum processionis mysteria agerentur: hec euangelij lectio fuit qua fimbrie vestimēti domini tactu, mulierē a sanguinis fluxu legimus liberatā vel saluatam. Et dū hec lectio recitaretur: dixit sctā lucia matri sue. Si credis mater his que le-

guntur: crede agatham passam pro christi noīe hec meruisse: vt semper in presenti habeat eū pro cuius nomine passa est. Continge ergo sepulchrum virginis credens: et continuo liberaberis. Lectio tertia.

Igitur cum peractis oībus populus abscessisset: pstrauerūt se vtraqꝫ ante sepulchrū sancte virginis Agathe, mater ⁊ filia: ⁊ ceperunt lachrymis a domino flagitare suffragiū. Interea dū orationis prolixitas tēderetur: somnū lucia virgo arripuit. Et vidit tunc in somnis beatā Agatham in medio angelorum gemmis ornatam stantem, et dicentem. Soror mea lucia virgo dei deuota: quid a me petis quod ipsa potes prestare continuo? Nam et matri tue fides tua subuenit: et ecce saluata est. Et sicut per me ciuitas cathanensium sublimatur a christo: ita per te syracusana ciuitas decorabitur: quia iocundū christo in tua virginitate habitaculū preparasti. Lectio quarta.

Ethis auditis expergefacta surrexit tremens: ⁊ ait matri sue. Mater mea: ecce salua facta es. Per ipsam te deprecor que te saluauit suis pcibus: ne tu mihi aliquando sponsum noīes: nec te velis de corporis mei posteritate inqrere. Ab ea die cepit virgo sancta distrahere pdia: ⁊ ī necessitatibus pauperū erogare. L. v.

Quod cū ad sponsi notitiam peruenisset: proponit litem in iudicio paschasij consularis, dicens sponsam suam christianam esse: ⁊ cōtra leges augustorum viuere. Quam paschasius corripiens cepit ad sacrificia demonum cogere. Cui virgo ait. Ego per istos tres annos nulli alij sacrificaui nisi deo viuo. Paschasius dixit. Patrimonium tuum cum corruptoribus tuis expendisti: et ideo quasi meretrix loqueris. Lucia dixit. Patrimonium meum in tuto loco custodiui et illic constitui: corruptores autem, nec mentis mee nec corporis mei aliquādo suscepi. Tu autem domine. Lectio sexta.

Paschasius dixit. Cessabunt verba: cum perueneris ad tormenta. Lucia dixit. Verba dei cessare non possunt. Paschasi⁹ dixit. Tu ergo deus es? Lucia respondit. Ancilla dei sum: et ideo dixi verba dei quia ipse dixit. Non vos loqmini in conspectu iudicum, sed spiritus sanctus ipse loquitur in vobis. Paschasius dixit. In te ergo spiritus sanctus est. Lucia respondit. Apostolus dixit quod caste viuentes templum dei sunt: et spiritus sanctus habitat in eis. Paschasius dixit. Ego faciam te ad lupanar duci: vt cum fueris scortata, fugiat a te spiritus sanctus. Lectio septima.

Lucia dixit. Nunq̄ inquinabitur corpus: nisi ex ꝯsensu mentis. Tūc cōsularis multis respōsionibus virginis confutatus, iussit venire lenones, ⁊ tradidit eam illis dicens. Inuitate ad castitatē eius populum: et facite eam tam diu illudi, quam diu mihi mortua nuncietur. Accedentes vero simul multi ex officio, funibus in manibus eius et pedib⁹ positis, ceperunt oēs pariter trahere, et illa quasi mons immobilis pmanebat.

℟. Lucia virgo quid a me petis quod ipsa 7
poteris prestare continuo? nā et matri tue
fides tua subuenit: ⁊ ecce salua facta est.
Quia iocundum deo in tua virginitate ha
bitaculū preparasti. ℣. Et sicut p me ciui
tas cathanensium sublimatur a christo: ita

per te ciuitas syracusanorum decorabitur. Quia iocundum deo. Lectio octaua.

Iterum adducta sunt multa paria boum vt ab ipsis traheretur: et omnino moueri non potuit. Tunc paschasius ignem circa eam fecit copiosum incendi: et vt picem, resinam, et feruens oleum super eam iactaret. At illa in nomine iesu christi stetit immobilis: dicens. Ego rogaui dominum meum Jesum christum: vt ignis iste non dominetur mei. Tunc angustiante paschasio: non ferentes amici iniuriam eius, gladium in eius visceribus immergi fecerunt. Tu autem domine miserere nostri.
8 R. Rogaui dominum meum iesum christum vt ignis iste non dominetur mihi. Et impetraui a domino inducias martyrij mei. V. Ut credentibus timorem auferam passionis: non credentibus autem vocem insultationis. Et impetraui a domino inducias martyrij mei. Lectio nona.

Et confestim percussa quandiu voluit locuta est: annuncians ecclesie pacem datam. Interea ante oculos eius ferro vinctus ducebatur paschasius. Cucurrerunt enim relationes singulorum: quod paschasius omnem fuisset predatus prouinciam. Qui perductus est ad vrbem romam: ibique ab omni senatu romano auditus: capitalem accepit sententiam. Det autem martyr lucia virgo sacratissima de loco in quo percussa est gladio: penitus nec mota est, neque exiit spiritus eius: nisi prius venientibus sacerdotibus, et corporis et sanguinis Jesu Christi mysteria ei dantibus. Atque omnibus dicentibus amen: illa emisit spiritum.
9 R. Grata facta est a domino in certamine quia apud deum et apud homines glorificata est: in conspectu principum loquebatur sapientiam. Et dominus omnium dilexit eam. V. Erecta namque in virtutis culmine, tormenta derisit: premia calcauit. Et dominus. V. Ora pro nobis beata lucia. In laudibus. an.

Orante beata lucia apparuit ei sancta agatha: et consolabatur ancillam christi. ps. Dominus regnauit decorem. an. Lucia virgo quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tue. ps. Jubilate deo. an. Per te lucia virgo ciuitas syracusana decorabitur a domino iesu christo. ps. Deus deus meus. an. Benedico te pater domini mei iesu christi: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. ps. Benedicite omnia opera domini domino. an. Soror mea lucia virgo deo deuota, quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tue. ps. Laudate dominum de celis. Capitulum Domine deus meus. Hymnus. Jesu corona. V. Adducentur. an. Columna es immobilis lucia martyr christi quia omnis plebs te expectat vt accipias coronam regni alleluia. ps. Benedictus dominus deus israel. Or. Exaudi nos. memoria de aduen. et de sancta maria. ¶ Ad primam. an. Orante. ps. Deus in nomine tuo. ¶ Ad tertiam. an. Lucia virgo. ps. Legem pone mihi domine. capitulum R. et V. de communi vnius virginis et martyris ad omnes horas dicatur cum oratione de die. ¶ Ad Sextam. an. Per te lucia. ps. Defecit. ¶ Ad nonam. an. Soror. ps. Mirabilia. Ad secundas vespe. an. Orante. psalmi feriales. cap. vnius virginis et martyris. Hymnus. Jesu corona. Versus Adducentur. antiphona. Tanto pondere eam fixit spiritussanctus: vt virgo domini immobilis permaneret. ps Magnificat. Oratio. Exaudi nos. memoria de aduen. et de sancta maria.

¶ Sancti thome apostoli. Ad vesperas. an Estote fortes. psalmi fer. cp. Jam non estis. R Qui sunt isti. Hy.

O Thoma christi plustrator lateris, per illa sancta te rogamus vulnera: que mundi cuncta diluerunt crimina, nostros reatus terge tuis precibus. Annue christe.

V. In omnem terram exiuit sonus eorum. an. O Thoma didyme per christum quem meruisti tangere, te precibus rogamus altisonis succurre nobis miseris: ne damnemur cum impiis in aduentu iudicis. Psalmus Magnificat. Oratio.



Da nobis que sumus domine beati apostoli tui thome ita solennitatibus gloriari: vt eius semper et patrociniis sublevemur, et fidem congrua deuotione sectemur. Per dominum nrm.

Memoria de aduentu et de sctā maria. Si hoc festum in dominica contigerit differatur in crastinum nisi festum loci fuerit. Si vero in sexta feria vel in sabbato quatuor temporum hoc festum contigerit, nihil ad matutinas de ieiunio fiat nisi tantum memoria, sed post mis. de apostolo fiat hec missa de ieiu. vtraque ad principale altare: et tūc proprium ser. fest. ad matuti. et ad laud. illo anno oīno pretermittatur: pter orationem que dicetur ad memo. Ad mat. ix. lectio. fiat dup. fest. Lectio pria.



Beatum Thomam cum reliquis discipulis ad officium apostolatus electum, ipsumque a domino didymum (quod interpretatur geminus) vocitatum: fides euangelica narrat. Qui post dominice gloriam ascensionis: cum moraretur in hierusalem, diuina commonitione iussus est indiam aggredi: vt populis qui iacebant in tenebris lumen veritatis ostenderet. Lectio secunda.

Cum igitur ille quasi ionas a facie domini fugiens ire differret: nec impleret que sibi diuinitus precipiebantur (regio enim illa longinqua et grandis erat: incole quoque terre illius iniqui et ignorantes veritatem) apparuit ei dominus in visu noctis dicens. Ne timeas thoma descendere in indiam. Lectio tertia.

Ego enim vadam tecum et non derelinquam te: sed glorificabo te ibi, implebisque certamen bonum. Et confessurus eris me coram hominibus terre illius: et exinde assumam te cum gloria, et statuam te in regno meo cum fratribus tuis. Oportet te enim ibi multa pati pter me: vt cognoscant omnes te docēte, quia ego sum deus. Lectio quarta.

In diebus illis missus erat quidam abbanes nomine a rege indie: requirens artificem qui ei palatium posset edificare. Cui redituro in patriam coniunxit se thomas: et cum ipso descendit ad mare. Et ascendentes nauim in interiorem indiam euecti sunt Lectio quinta.

Cepit ergo predicare beatus thomas per totā indiam euangelizans dominum iesum christū: nec solum sermonibus, sed etiam operibus fidem barbaricis pectoribus inserebat. Inuenit igitur in india viros pariter et mulieres qui verbum susceperunt dei: quia sanabat infir-

mos eorum. Lectio sexta.
Audiens ergo misdeus rex signa que faciebat apostolus: iussit eũ adduci ad se, et dixit ei. Quis est deus tuus: et in cuius nomine hec facis? Qui respondit. Deus meus verus creator celi et terre est, et omnium que in eis sunt: qui solus coli debet non idola surda et muta. Lectõ. vij.
His ergo auditis: rex valde iratus iussit eum extensum torqueri, et cesum in carcerem detrudi. Interim migdonea vxor caristij cum nutrice sua et filio ibant ad carcerem: et data custodibus pecunia ad apostolum introibant: et verbum dei audiebant. Lectio octaua.
Cunque regi nũciatum esset quod vxor eius et filius conuersi essent ad dominum, vxorem suam in obscuro loco detrudi iussit: filiumque suum in carcere cum apostolo colligari Caristus vero vxorem suã cũ nutrice sua narcissa reclusit similiter ĩ cellula tenebrosa. Lectio nona.
Tunc iussit rex manibus apostoli ad tergum ligatis, ipsum coram se duci: cui ait. Quis est de⁹ tuus qui coniuges nostras per te separat a nobis? Dixit ei thomas. Tu cum sis rex: nunquid vis habere inquinata seruitia? Si ergo deum in seruis suis amare predico quod tu in seruis tuis diligis: vt quid culpor? Iratus igitur rex tradidit eum quatuor militibus: qui lanceis transuerberauerunt eum, et mortuus est. Cetera omnia ad matutinas et ad horas fiãt de communi vnius apostoli. Memoria fiat de aduentu quacũque feria hoc festum contigerit cum hac ãn. Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos dominus noster. nisi quãdo a dominica reseruetur die lune celebratur: tunc enim dicitur ad mẽo. de aduentu ãn. illius fer. scilicet ãn. Dicit dominus. et semper cum hoc ỽ⁹ Vox clamantis. et cum oratio. dominicali, et ãn. Nolite timere. in illo anno omnino pretermittatur. Tamen si in sexta feria vel in sabbato quatuor temporum hoc festum euene. tunc oratio de ieiunio dicetur cum predic. ãn. Nolite timere. Ad secũdas vesperas. ℟. Cives apostolorum. ãn. O thoma didyme. ps. Magnificat. Oro: Da nobis. Cetera oĩa de communi vnius apostoli: memoria de aduẽtu et de sancta maria. vt supra.
¶ De sancto siluestro ⁊ de aliis sanctis vsque ad festum sancti vvlstani require omnia sicut supra post natalem domini prenotatum est. Si tempus prolixum fuerit inter domi. in qua incipienda est historia Domine ne in ira. et. lxx. festum sancti vvlstani in eadem dominica in qua contige. celebretur: et memo. fiat de do. ad vtrasque vesperas ⁊ ad matuti. et ad mis. que precedet memoriã beate marie. Eodem modo fiat de ceteris sanctis. Si festum sancti vvlstani, vel sanctorum Fabiani et Sebastiani, vel sancte agnetis in dominica lxx. euene. fest. differatur vsque in crastinum sancti vincentij. Si vero in die sancti vincẽtij, aut sancti pauli do. lxx. contigerit fest. differatur in crastinum. Si aliquod predictorum fest. in sabba. proximo ante lxx. euene. vespere in ipso sabbato de lxx. erunt: et solen. memoria de festo. Similiter fiat in. lx. vel in. l. Si vero festum a do. differatur in. ij. fer. vel in eadem feria contige. vespe. in do. de fest. erunt: ⁊ solennis memoria de

do. Idem modus seruetur in omnibus fest. ix. lec. vsque ad passionē domini: ita tamen quod in omnibus fest. duplicibus ipso tempore contingen. erunt prime et secunde vespe. de fest. Propterea fes. purificatiōis beate marie virginis non differatur.

¶ Sancti vvlstani episcopi et confessoris ix. lectio. Et licet hic sequantur. vj. lectio. de proprietate sancti: tamen secundum vsum Sar. omnia fiant de commune cum hac oratione sequen̄. Oratio.

Spiritū nob[is] dn̄e tue charitatis infunde: vt intercedente beato vvlstano confessore tuo atque pontifice, tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem spiritussancti deus. Lectio .j.



Regnante illustri anglorū rege edvvardo sedit vvigornie vvithegus pōtifex: apud quē vvlstanus prime ui floris indolem agens, singulis gradibus creuit in clero. Donatus tandē honore sacerdotij in tēpore suo vitā celibē duxit a puero. Et in fructu centesimo deū per desiderium querere, per cogitationem inuenire, per gustum tangere salubriter satagebat. Lectio seda

Adolescebat in viro germen omne virtutum. Prerogatiua sanctitatis sic enituit: vt optimates anglorum eius amicitiam et auidissime optarent, et constantissime tenerent. Jugis in orationibus: in genuflexioni bus creber: plumā et nullum lectum omnino habere, sopori raro indulgere, sed surripere. Lectio tertia.

Super gradus ante altare capite posito se humi exponere, vel etiā codice aliquo vertici submisso: tenuem consueuit inuitare soporem. Tribus in hebdomada diebus omnis cibi abstinens, perpetuo linguam cohibebat silentio, ne vllo saltem laberetur verbo. Lectio quarta.

Tribus reliquis porros, caules vel coctos vel elixos, et panem cibarium comedebat: vt his magis contineret naturam quam gulam. Quid plura? Talem se subditis exhibuit: vt non deesset eis doctrina in verbo, nec vita in exemplo. Lectio quinta.

Quodam tempore cum super ecclesie tectum fabricam quandā construerent in qua dependerent campane: ad illam erigendam gradus scalarum aptarant quibus operantes insisterent: et pendulos in aere gressus firmarent. Jamq[ue] funibus subuecte stabant scale immēsa proceritate prominentes: artificesque in eis mutuo sibi structure necessaria ministrantes. Lectio sexta.

Quorum vnus cum ceteris prerumptius arduos meditaretur ascēsus: preceps ruit. Vvlstanus vero eminus stās et intuens qualiter ille per lignum inane deorsum volueretur: indoluit vehementer, signumq[ue] sancte crucis opposuit. Et casus q[ui] erat ab altitudine ad minus pedum quadraginta: non solum corpus ruentis non attriuit, sed nec etiam animum frigente sanguine (vt solet) hebetauit. Surrexit ergo incolumis: sue reputans temeritati quod cecidit, et vvlstani sanctitati quod euasit. Euangeliū. Homo quidam peregre. Cetera omnia de commune vnius confessoris et pontificis.

¶ Sanctorum Fabiani et Sebastiani marty. Ad vesperas. ā. Sancti per fidem psal. fer. cp. Iustorum anime. R. Erat namque in ser. Hyꝰ. Sanctorum meritis. V. Letamini in domino. ān. Elegit dominus virum de plebe: et claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus solennitatem sebastiani martyris, gaudiū sit in celo, et in terra pax hominibus bone voluntatis, alleluia alleluia. Psalmꝰ. Magnificat. Oratio.



Deus qui beatos martyres tuos fabianum et sebastianū virtute cōstantie in passiōe roborasti: ex eorū nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eiꝰ aduersa formidare. Per. Mēoria de sancto vulstano ā. Iste est. V. Iustus germina. Or. Spiritum nobis. Memoria de sancta maria. ¶ Ad matuti. Inuitato. Christum suppliciter regem regum veneremur. Qui donat sanctis pmia digna suis. ps. Venite. Hyꝰ. Sanctorum meri. ¶ In .j. noc. ān. Sebastianus mediolanensium partium ciuis, quem perfuderat deus gratia: ab omnibus amabatur. ps. Beatus vir. ā. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus. p. Quare fremuerunt. ān. Christo quotidie sedulum exhibebat officium, erat enim verus dei cultor. ps. In domino confido. Vsus. Letamini in domino et exul. Lectio prima.



Sebastianus vir christianissimꝰ mediolanēsium partium ciuis diocletiano et maximiano imperatoribus ita charus erat vt principatum ei prime cohortis traderent: et suo eum conspectui iuberent semper astare. Erat enim vir totius prudentie: in sermone verax, in iudicio iustus, in cōsilio prouidus, in commisso fidelis, in interuentu strenuus, in bonitate conspicuus, in vniuersa morum honestate preclarus. Tu autē.

R. Sebastianus dei cultor studiose cura- 1
bat sub absconso chlamyde sanctorum a-
nimos confortare. Spem promittēs et glo
riam consequi sempiternam. Vsꝰ. Christo
quotidie sedulum exhibebat officium: et
christianorum animos confortabat. Spem
promittens et gloriam. Lectio secunda

Christo igitur quotidie sedulum exhibebat officium: sed agebat quatenus hoc sacrilegis regibus esset occultum. Non passionis timore perterritus, nec patrimonij sui amore constrictus: sed vt christianorum animos (quos in tormentis videbat deficere) confortaret: et deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre. Tu autem domine.

R. Sebastianꝰ vir christianissimus quem 2
occultabat militaris habitus. Et chlamy-
dis sue obumbrabat aspectus. Vsꝰ. Quem
perfuderat deus gratia: ab omnibus ama-
batur. Et chlamydis. Lectio tertia.

Clarissimis itaque viris marcelliano et marco pro christi nomine in vinculis constitutis: quotidie solatium exhibebat. Et vt seculi blandimenta respuerent: et momentanea tormentorum genera non timerent, admonuit. Qui cum beati viri verbis acquiescerent: et verba carnificū animo perseueranti transirent: capitalem iussi sunt subire sentētiam. Tu autem domine miserere nostri.

R. Erat nanque in sermone verax, in iu- 3

dicio iustus, in consiliis prouidus, in boni-
tate conspicuus. In vniuersa morum ho-
nestate preclarus. V. In commisso quoque
fidelis, in interuentu strenuus. In vniuer
sa morum. Gloria patri. In vniuersa mo.
¶ In secundo noctur. an. Ad hoc tan
tum sub chlamyde christi militem tegebat
abscõditum: vt deo redderet animas quas
diabolus conabatur auferre. ps. Domi-
ne quis habita. an. Clarissimis quoti-
die viris marcelliano et marco suadebat
populi blandimenta respuere: et momen-
tanea tormentorum genera non timere.
ps. Conserua. an. Sebastianus vir chri-
stianissimus quẽ occultabat militaris ha-
bitus: et chlamydis sue obumbrabat aspe-
ctus. ps. Domini est terra et plenitu
do. V. Exultent iusti in conspectu dei.
R. Et delectentur. Lectio quarta.
Cunque beatus sebastianus ath-
letas dei inmenso certaminis pon-
dere fatigari vidisset: in medio co-
rum se obiiciẽs ait. O fortissimi mi-
lites christi, nolite per misera blan-
dimenta coronas deponere sempi-
ternas. Discat nunc per vos christi
militum fortitudo: fide potius ar-
mari quam ferro. Tu autem domi-
4 ne. R. Christo quotidie sedulũ exhibebat
officium. Et christianorum animos quos
in tormentis videbat deficere conforta-
bat. V. Erat nanque in sermone verax,
in iudicio iustus, in vniuersa morum ho-
nestate preclarus. Et christianorum ani-
mos quos in tormen. Lectio quinta.
His igitur duobus fratribus ad
celos per martyrii palmam trans-
missis: conuentus est sanctus seba
stianus coram diocletiano. Cui di-
xit diocletianus. Contra salutem
meam in deorum iniuriam hacte-
nus latuisti. Sebastianus respon-
dit. Pro salute tua semper christum
colui: et pro statu vrbis rome illum
qui in celis est adoraui. Tu autem.
R. Zoe vxor nicostrati dixit beato sebastia 5
no: beatus es tu et benedictus sermo oris
tui. Per iesum christum dominum nostrũ.
Vsus. Benedicti qui in omnibus que lo-
cutus es credunt. Per iesum. Lectio. vi.
Tunc iratus diocletianus iussit
eum duci in campum, et ligari quasi
signum ad sagittam: et iussit vt sa-
gittarii eum sagittarent. Tunc po-
suerũt eum milites in medium cam
pum: et hincinde eum repleuerunt
sagittis. Estimantes autem illum
mortuum: abierunt. Tu autem. R.
Egregie dei martyr sebastiane princeps 6
ac propagator sanctissimorum precepto-
rum ecce nomen tuum in libro vite cele-
stis ascriptum est. Et memoriale tuũ non
derelinquetur In secula. Vsus. Socius
enim factus es supernarum virtutũ: que
et in celis spiritum tuum susceperunt. Et
memoriale tuum. Gloria patri. In secula.
¶ In tertio nocturno. an. Vt vidit
beatus sebastianus athletas dei immenso
certaminis pondere fatigari dixit: o for-
tissimi milites christi, nolite per misera
blãdimenta coronas deponere sempiter-
nas. ps. Exultate iusti. an. Sebastia-
nus dixit marcelliano et marco: non vos
seducant blandimenta mulierum. Psal.
Benedicam dominum. an. Nolite ti-
mere, non separabuntur a vobis: sed va-
dunt in celum parare vobis sidereas man
siones. ps. Deus venerunt gentes. V.
Iustorum anime. Lectio septima.
Zacharii martyris relicta no-
7 mine hyrene: abiit nocte vt
corpus tolleret et sepeliret.
Et inueniens eum viuum: duxit in
domum suam. Ubi post paucos di-
es sanus factus: presentauit se dio-
cletiano. Cui ille. Tu ne es seba-

stianus quem dudum interfici iusse
ramus? Sanctus sebastianus ait.
Ad hoc me dominus iesus christus
resuscitare dignatus est, ut veniam
et contester vos iniusto iudicio per-
secutionem vestram in christi seruu
7 los ebullire. Tu autem domine. R.
Clarissimis viris marcelliano et marco
per singulos dies suadebat seculi blandi-
menta respuere. Et momentanea tormen-
torum genera non timere. V. Ut vidit bea
tus sebastianus athletas dei immenso cer
taminis pondere fatigari in medio eorum
se obiiciens suadebat seculi blandimenta
respuere. Et momentanea tormentorum
genera non timere. Lectio octaua.
Tunc iratus diocletianus iussit eum
in hippodromium palatij sui duci:
et tam diu fustibus cedi, donec spi-
ritum exhalaret. Tunc tulerunt cor-
pus eius nocte: et in cloacam maxi-
mam miserunt dicentes. Ne forte
christiani eum sibi martyrem faciant.
8 Tu autem domine mise. R. Beatus
es et bene tibi erit egregie martyr sebastia
ne. Quia cum sanctis gaudebis et cum an
gelis exultabis in eternum. Versus. Bea-
tus es christi martyr sebastiane: et benedi-
ctus sermo oris tui. Quia cum sanctis gau-
debis et cum angelis. Lectio nona.
Postea vero sanctus sebastianus
cuidam matrone lucina nomine ap
paruit dicens. In cloaca illa que est
iuxta cyrthrum: inuenies corpus
meum pendens in gumpho. Hoc dum
tu leuabis perduces ad cathacum-
bas: et sepelies me in initio cripte iu
xta vestigia apostolorum. Ipsa vero
iussa complens: cum omni diligen-
tia corpus eius sepeliuit. Tu autem
9 domine. R. Elegit dominus virum de
plebe: et claritatem visionis eterne dedit
illi: celebremus solennitatem sebastiani mar
tyris. Gaudium sit in celo. Et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Vs. Beatus
es et bene tibi erit egregie dei martyr se-
bastiane. Gaudium sit. Gloria patri et fi-
lio: et spiritui sancto. Et in terra pax ho-
minibus. Vs. Iusti autem in perpetuum
viuent. R. Et apud dominum est merces
eorum. ¶ In laudibus. Antiphona.
Sebastianus dei cultor studiose curabat 1
sub absconso chlamydis sanctorum ani-
mos confortare: spem promittens et glo-
riam consequi sempiternam. Ps. Domi-
nus regnauit. An. Si ego verus christi 2
seruus sum: et si vera sunt omnia que ex
ore meo hec mulier audiuit et credidit, ape
riat os eius qui aperuit os zacharie pro-
phete domini. Ps. Iubilate deo omnis
terra. An. Ad hanc vocem christi martyris 3
sebastiani ilico apertum est os uxoris ni-
costrati. Ps. Deus deus meus. An. Zoe 4
uxor nicostrati dixit beato sebastiano: bea-
tus es tu, et benedictus sermo oris tui. Ps.
Benedicite omnia opera domini do
mino. An. Sanctus sebastianus beato ni 9
costrato: saluator noster pro peccatoribus
exhibere dignatus est suam presentiam.
Ps. Laudate dominum de celis: lau
date eum. Capitulum. Iustorum a-
nime. Hymnus. Rex gloriose marty
rum. Versus. Mirabilis deus. An. Beatus
es et bene tibi erit egregie martyr sebastia
ne: quia cum sanctis gaudebis: et cum an-
gelis exultabis in eternum. Ps. Benedi-
ctus dominus deus israel. Oratio.
Deus qui beatos martyres. Memo
ria de sancta maria. ¶ Ad primam.
An. Sebastianus. Ps. Deus in nomine.
¶ Ad tertiam. An. Si ego. Ps. Legem
pone mihi. Capitula R. et V. de com
muni plurimorum martyrum ad o-
mnes horas dicantur cum oratione
predicta. ¶ Ad Sextam. An. Ad hanc
vocem. Ps. Defecit. ¶ Ad nonam. An.

Sanctus sebastianus. ps. Mirabilia.

¶ Sancte Agnetis virginis et martyris. Ad vesperas super psal. a. Hec est virgo. psal. fer. vi. Confitebor. R. Induit me. Hy. Virginis proles. V. Diffusa est. an. Beata agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: te deprecor venerande, colende, pater metuende: quia per sanctum filium tuum minas evasi sacrilegi tyranni: et carnis spurcitias immaculato calle transiui: et ecce venio ad te quem amaui, quem quesiui, quem semper optaui. ps. Magnificat. Oratio.



Omnipotens sempiterne deus, qui infirma mundi eligis vt fortia queque confundas: concede propitius, vt qui beate agnetis martyris tue solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et reg. Memoria de martyribus Fabiano et sebastiano. an. Egregie martyr Sebastiane, princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum: ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est: et memoriale tuum non derelinquetur in secula. V. Mirabilis deus. Oratio. Deus qui beatos martyres. Memoria de sancta Maria. ¶ Ad Matu. Inuitato. Agnum sponsum. ps. Venite. Hy. Virginis proles. ¶ In primo nocturno. an. Discede a me pabulum mortis: quia iam ab alio amatore preuenta sum. ps. Domine dominus noster. an. Annulo suo subarrhauit me dominus iesus christus: et tanquam sponsam decorauit me corona. ps. Celi enarrant. an. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. ps. Domini est terra et ple. Versus. Diffusa est gratia in labiis tuis. Lectio prima.



Seruus christi ambrosius virginibus sacris. Diem festum sacratissime virginis agnetis celebremus. Hinc psalmi resonent: inde concrepent lectiones. Hinc populorum turbe letentur: et inde subleuentur pauperes christi. Omnes ergo gratulentur in domino: et ad edificationem virginum qualiter sit passa beata agnes, ad memoriam reuocemus. R. Diem festum sacratissime virginis celebremus: qualiter passa sit beata agnes ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam inuenit: quia solum vite dilexit auctorem. V. Infantia quidem computabatur in annis: sed erat immensa senectus mentis. Tertiode. Lectio ii.

Tempore illo erat quedam virgo rome nobilibus orta natalibus: nomine agnes. Que certans contra principes et potestates tenebrarum, tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam inuenit: quia solum vite dilexit auctorem. Tu autem. R. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. V. Induit me dominus cyclade auro texta: et immensis monilibus ornauit me. Et circundedit me ver. Lectio tertia.

Infantia quidem computabatur in annis: sed erat immensa senectus

mentis. Corpore quidem iuuencu-
la: sed animo cana. Pulchra facie: sz
pulchrior fide. Que dum a scholis
reuertitur: a prefecti vrbis filio ada
matur. Cuius parentes cum eam re
quisissent ceperunt plura offerre, et
plurima promittere. Tu autem. ℟.
3 Induit me dominus vestimento salutis: et
indumento letitie circundedit me. Et tan-
quam sponsam decorauit me corona. ℣.
Tradidit auribus meis inestimabiles mar
garitas: et circundedit me vernantibus at
que coruscantibus gemmis. Et tanquam.
In .ij. noct. ān. Christus circundedit
me vernantibus atque coruscantibus gem
mis preciosis. ps. Eructauit. ā. Induit
me dominus cyclade auro texta: et immen
sis monilibus ornauit me. ps. Deus no
ster refugium. ān. Posuit signum in fa-
ciem meam vt nullum preter illum ama-
torem admittam. ps. Fundamenta. ℣.
Specie tua et pulchri. Lectio quarta.
Denique detulit iuuenis secū
preciosissima ornamenta: et
omnium lapidum preciosorum glo
riam. Et per seipsum et per amicos
notos et affines, cepit aurem virgi
nis appellare: domos, possessiones,
familias, atque omnes diuitias mū
di repromittere: si consensum suum
eiusqz coniugium non negaret. Tu
4 autem domine. ℟. Amo christum in cu
ius thalamum introiui: cuius mater virgo
est, cuius pater feminam nescit, cuius mihi
organa modulatis vocibus cātant. Quem
cum amauero casta sum, cū tetigero mun-
da sum, cum accepero virgo sum. ℣. Mel
et lac ex eius ore suscepi: et sanguis eius
ornauit genas meas. Quem cum amauero
casta sum, cum teti. Lectio quinta.
Ad hec beata agnes tale iuueni fer-
tur dedisse respōsum. Discede a me
fomes peccati, nutrimētum facino-
ris, pabulum mortis. Discede a me
quia iam ab alio amatore preuenta
sum, qui mihi satis meliora quā tu
obtulit ornamenta: et annulo fidei
sue subarrhauit me, lōge te nobilior
et genere et dignitate. Tu autē do.
℟. Mel et lac ex eius ore suscepi. Et san- 5
guis eius ornauit genas meas. ℣. Cuius
pulchritudinem sol et luna mirantur ipsi
soli seruo fidem. Et sanguis. Lectio. vj.
Audiens hec insanissimus iuuenis
amore capit ceco: et inter angustias
animi et corporis anhelo cruciatur
spiritu. Et inter hec lecto prosterni-
tur: et per alta suspiria amor medicis
aperitur. ℟. Ipsi sum desponsata cui an- 6
geli seruiunt cuius pulchritudinē sol et lu
na mirantur. Ipsi soli seruo fidem. Ipsi
me tota deuotione committo. ℣. Dexterā
meam et collum meum cinxit lapidibus pre-
ciosis, tradidit auribus meis iestimabiles
margaritas. Ipsi me. Gloria patri. Ipsi.
In .iij. noc. ān. Mel et lac ex eius ore
suscepi: et sanguis eius ornauit genas me-
as. ps. Cantate. ān. Cuius pulchritudi
nem sol et luna mirantur, ipsi soli seruo fi
dem. ps. Dominus regnauit exultet.
ān. Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota de-
uotione committo. ps. Cantate. ij. ℣.
Adiuuabit eam deus. Lectio septima.
Cumque interrogasset patres quis
esset sponsus de cuius se agnes
potestate gloriabatur: extitit quidā
ex parasitis qui diceret hanc christia
nam esse ab infantia: et magicis ar
tibus ita occupatam, vt dicat spon
sum suū christū esse. ℟. Iam corpus 7
eius corpori meo sociatum est: et sanguis
eius ornauit genas meas. Cuius mater vir
go est: cuius pater feminam nescit. ℣. Ipsi
sum desponsata cui angeli seruiunt: cuius
pulchritudinem sol et luna mirantur. Cu-
ius mater virgo. Lectio octaua.

Audiens autem hec pfectus letus efficitur: et misso apparitore cū grā di strepitu suis eam tribunalibus p̄cepit assisti. Et primum quidē blandis eam sermonibus secretius prouocat: deīde terroribus pulsat. Sed christi virgo nec blandimento seducitur, nec terrore concutitur, sed eodem vultu eodemque animo perseuerans, ⁊ terrentem similiter vt blā-
8 dientem animo deridebat. ℟. Omnipotens adorande, colende, tremende: benedico te. Quia per filium tuum vnigenitū euasi minas hominum impiorum: et spurcitias diaboli impolluto calle transiui. ℣. Te confiteor labiis: te corde, te totis visceribus concupisco. Quia per filium tuum vnigenitum euasi minas. Lectio nona.

Post hec paschasius vrbis rome prefectus iussit ignem copiosum accendi: ⁊ eam in medio iactari. Statimque in duas partes flamme sunt diuise: eamque in nullo penitus contingebat incendium. Tunc paschasius gladium in gutture virginis mergi precepit: atque de sanguinis sui rubore perfusam christus sibi martyrem ⁊ sponsam dedicauit. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corpus: ⁊ honorifice se-
9 pelierunt. ℟. Stat a dextris eius agnus niue candidior. Christus sibi sponsam et martyrem consecrauit. ℣. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerūt corpus eius: ⁊ posuerunt illud in monumento. Christus sibi sponsam. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Christus. ℣sus. Ora pro nobis beata agnes. ¶ In laud. ān.

Ingressa agnes turpitudinis locum: angelum domini preparatum inuenit. ps. Dominus regnauit. ān. Mecum enim habeo custodem corporis mei: angelum domini. ps. Jubilate deo omnis ter. ān.

Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt: cuius pulchritudinem sol ⁊ luna mirātur. ps. Deus deus meus. ān. Benedico te pater domini mei iesu christi: quia per filium tuum ignis extinct⁹ est a latere meo. ps. Benedicite. ān. Congaudete mecum et congratulamini: quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. ps. Laudate dominum. Capitulum. Confitebor. Hymnus. Jesu corona. ℣⁹. Adducentur. ān. Stans beata agnes in medio flamme expansis manibus orabat ad dominū: omnipotens adorande, colende, tremēde, bn̄dico te: ⁊ glorifico nomē tuū i eternū. ps. Benedictus. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Memoria de sancta Maria. ¶ Ad primam. ān. Ingressa agnes. ps. Deus in nomine.

¶ Ad tertiam. ān. Mecum enim. ps. Legem pone. capm. ℟. ⁊ ℣. de communi vnius virginis ⁊ martyris ad omnes horas dicantur. ¶ Ad sextā. ān. Ipsi sum. ps. Defecit. ¶ Ad nonā ān. Congaudete. Psalm⁹. Mirabilia.

¶ Sancti vincentij martyris. Ad vesperas super psal. ān. Iste sanctus. cp. Beatus vir qui suffert. ℟. Leuita vincentius. quod a duobus in superiori gradu cancetur. Hymn⁹. Martyr dei. ℣. Gloria ⁊ honore. ān. Sacram huius diei solennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus christi martyr vincēti⁹ tyrāno deuicto iīignē victorie palmā celo gaudēs intulit. ps. Mag. or.



Adesto domine supplicationibus nostris: vt q̄ ex iniq̄tate nostra reos nos esse cognoscimus, vbi vincentij marty

ris tui intercessiõe liberemur. Per.
Memoria de sancta Agnete. ã. Ecce
quod concupiui iam video, quod sperani
iam teneo: illi sum iuncta in celo, quem in
terris posita tota deuotione dilexi. V. Ad-
ducentur. Or. Omnipotẽs sempiterne
Deus. Memoria de sancta Maria.
Ad matutinas. Inuitatoriũ. Vin
centem mundum adoremus dominum. In
quo pressuras mundi martyr vincit vin-
centius. ps. Venite. hy. Martyr dei.
In .j. noc. ãn. Sanctus vincentius a
pueritia studiis litterarũ traditus: super-
na sibi prouidẽte clementia, gemina scien
tia efficacissime claruit. ps. Beatus vir.
ã. Sanctitate quoque insignis diaconij ar
ce suscepta: vices pontificis diligenter exe
quebatur. ps. Quare fremuerunt. ãn.
Valerius igitur eps & leuita vincẽtius spe
fruendi victoria diuinitus subnixi: in con
fessione deitatis alacriter cucurrerũt. ps.
Dñe quid. V. Gloria et hono. Lec. j.



Anctus Vincen-
ti9 a pueritia stu-
diis literarũ tra-
ditus: superna p-
uidẽte clementia
sibi eum prouide
bat vas electiõis
futurum: gemina scientia sub beato
valerio cesarauguste ciuitatis anti
stite efficacissime claruit. A quo etiã
sanctitate insignis diaconij arcem
1 suscepit. R. Sacram presentis diei solen
nitatem humili celebremus deuotione: qua
inuictus christi martyr vincentius tyran-
no deuicto. Insignem victorie palmam ce
lo gaudens intulit. V. Peracto passionis
sue venerando triumpho angelorum ceti-
bus comitatus. Insignem. Lectio scda.
Cum igitur apud cesaraugu-
stam ciuitatẽ dacianus qui-
dam sacrilegus causa seuiẽdi i chri-
stianos venisset: episcopos ac pres-
biteros ceterosque sacri ordinis mi
nistros, spiritu nequitie exagitatus
rapi precepit. Protinus ergo Vale
rius episcopus et Vincentius archi
diaconus, fidei soliditate et spe fru-
endi victoria subnixi: in confessione
deitatis alacriter cucurrerunt. Tã-
to feliciores se esse futuros creden-
tes: quanto acriora tyranni suppli-
cia pia longanimitate certassent e-
uincere. Unde certaminis ac pena-
rum dilatio: remunerationis ets vi-
debatur diminutio. R. Sanctus vin- 2
centius christi martyr prouidente superna
clementia: qui sibi eum prouidebat vas
electionis futurum. Gemina scientia effi-
cacissime claruit. V. Sanctitate quoque in
signis diaconij arce suscepta: vices ponti-
ficis diligenter exequebatur. Ge. Lec. iij.
Dacianus autem hoc videns:
sanctos dei (primo Valeriũ)
sub carcerali custodia, et famis mise
ria, ac catenarum stridore pertrahi
precepit. Cumque eos iam pene de-
fecisse crederet, educi e carcere iussit:
nolens eos ante tormenta vitam fi-
nire. Quibus proponebat quod nec
mortuis parceret: si deorũ suorum
culturam renuissent recipere. R. Le- 3
uita vincentius dixit beato valerio: si iu-
bes pater sancte, responsis indicem aggre
diar: iam tibi fili charissime diuini verbi
curam commiseram. Nunc quoque pro fi-
de qua astamus: responsa commito. V.
Tibi enim gemina scientia pollenti ac su-
perni amoris igne feruenti: celestis olim
doctrine ministerium delegaui. Nũc quoque
pro fide. Gloria. Nunc. In .ij. noc. ã.
Tanto namque feliciores se esse credebãt:
quãto ampliora tyranni supplicia pia lon
ganimitate certassent euincere. ps. Cum
inuocarem. ãn. Leuita vincentius dixit

beato valerio: si iubes pater sancte respon
sis iudicem aggrediar. ps. Verba mea
auribus. an. Jam tibi fili charissime di-
uini verbi curam commiseram, nunc quo-
que pro fide qua astamus responsa com-
mitto. Psalmus. Domine dominus
noster. V. Posuisti. Lectio quarta.
Quibus eductis: dacianus con
uersus ad episcopum, dixit.
Monemus te vt diis libamina per-
soluas: quatenus inferiores tuo ex-
emplo facilius persoluant. Cumque
episcopus reticeret: ait vincentius.
Si iubes pater sancte: responsis iu
dicem aggrediar. Cui episcopus ait.
Dudum tibi fili charissime diuini
verbi curam commiseram: nunc quo-
que pro fide qua astamus responsa
4 committo. Tu. R. Ecce iam in subli-
me agor et omnes principes tuos seculo al
tior tyranne despicio: nolo vt gloriam meam
minuas, nec damna inferas laudi. Para-
tus sum enim ad omnia tormenta pro sal-
uatoris nomine sustinenda. V. Insurge
ergo et toto malignitatis spiritu debacha
re: videbis me dei virtute plus posse dum
torqueor, quam possis ipse qui torques.
Paratus sum enim. Lectio quinta.
Tunc beatus vincentius con
uersus ad dacianum: dixit.
Nepharium apud christianorum pru
dentiam esse cognosce, deitatis cul-
tum abnegando blasphemare. Et ne
te longius pertraham, profitemur
nos christiane religionis esse culto-
res: et vnius ac veri dei permanen-
tis in secula famulos et testes. Mi-
nas tuas et supplicia non metuen-
tes: sed potius mortem pro veritate
libentissime amplectentes. Tu aut.
5 R. Assumptus ex equuleo leuita vincen-
tius atque ad patibulum raptus: torto-
res suos pene preueniens Moras carni-
ficum arguendo, ad penam alacriter pro-
perabat. V. Intrepidus itaque dei athleta
candentis ferri machinam vltro conscen-
debat. Moras carnificum. Lectio sexta.
Dacianus hoc audiens: ait.
Amouete hinc episcopum istum
Justum est enim eum subire exilium:
quia imperiale contempsit edictum.
Grauioribus autem hunc rebellem
qui in contumeliam publicam venit: ex-
hibete tormentis. Animositati eius
eius video inferenda supplicia esse
maiora. Applicate ergo vincentium
ad equuleum: membris distendite: et
toto corpore dissipate. Hanc penam
ante ipsa tormenta sustineat. Tu. R.
Christi miles gloriosus leuita vincentius: 6
vt tribunal sponte rogum conscendit in-
trepidus. Cuius salis crepitantis per corpus
minutie Sparsim ibant, atque prune verna-
bantur sanguine. V. Inter hec manet immo
tus ille dei famulus, orans christum in sublime
erectis luminibus. Cuius. Gloria. Spar.
In .iij. noc. a. Beatus vincentius cu-
ius iam mens conscia erat corone, dixit da-
ciano: hactenus a te habitus sermo de ne-
ganda fide perorauit. ps. In domino confido.
an. Nepharium tamen apud christianorum prudentiam
esse cognosce: deitatis cultum abnegando blas-
phemare. ps. Domine quis habitabit. a.
Profitemur enim christiane religionis nos
esse cultores: ac vnius veri dei permanen-
tis in secula famulos et testes. ps. Domine in
virtute. V. Justus vt palma. Lec. vij.
Inter hec dacianus presens dixit.
Quid dicis o vincenti: vel vbi
conspicis tuum iam miserabile corpus?
At ille presentia dei roboratus: alacri
vultu respondit. Hoc est quod semper
optaui: hoc est quod votis omnibus
exquisiui. Nemo mihi amicitior: ne
mo familiarior vnquam fuit. Tu solus
maxime votis meis concordas. R.

7 Beatus athleta vincentius horrendo clau
sus ergastulo carceris: psalmū deo & hym
num, angelorum frequentia roboratus le-
tus dicebat. Quorum vallatus caterna ve
nerādo fouebatur obsequio: & mulcebatur
alloquio. ℣. Dantur ergo laudes deo altis
simo: & resonante organo angelice vocis
modulata suauitas procul diffunditur.
Quorum vallatus. Lectio octaua.

Tunc truculentus minister profer
ri lectum cū ferratis iusserat costis:
& addita super carbonum congerie,
exurendum dei martyrem applicari.
Intrepidus itaque dei athleta: can-
dentis ferri machinam vltro cōscen
dit. Sanctus ergo dei torquetur, fla
gellatur, exuritur: & distensis mem-
bris crescit ad penam. Et inter hec
manet dei seruus imotus: & erectis
in celum luminibus dominum pre-
8 cabatur. ℟. Agnosce o vincenti inuictis
sime: pro cuius nomine fideliter decertasti
Ipse tibi coronam preparatam seruat in
celis: qui te fecit victorem in penis. ℣sus
Esto igitur iā securus de premio, quia mox
deposito onere carnis: nostro eris adden-
dus collegio. Ipse tibi coronam. Lec. ix.

Videns itaqz dacianus ꝙ eum su-
perare non posset, iussit eum in le-
cto molliori reponi: vt mēbra penis
attrita refoueat, et iterum nouis &
exquisitis suppliciis inouatus ipse
subdatur. Uerum daciano inaniter
tractante de supplicio: christus cle-
menter disposuit de premio. Dela-
tus nanque martyr dei ad lectulum:
mox preciosam resolutus in mor-
9 tem, celo spiritum reddidit. ℟. Pre-
ciosus martyr vincentius iussu tyranni ad
lectum defertur: nouis denuo suppliciis
subdendus. Mox ergo christi testis inui-
ctus in stratu mollitie repositus: precio-
sam in mortem resolutus reddidit celo
spiritum. ℣. Daciano frustra cogitante de
supplicio benignus deus pie disponit de
premio. Mox ergo. Gloria patri. Mox. ℣.
Ora pro nobis. ¶ In laudibus. Aña.
Assumptus ex equuleo leuita vicētius, 1
atque ad patibulum raptus: moras carni-
ficū arguendo ad penam alacriter ppera-
bat. Ps. Dominus regnauit decorē.
Añ. Intrepidus itaque cādentis ferri ma 2
chinam vltro conscendens, ac manēs im-
motus: erectis in celum luminibus domi
num precabatur. Ps. Jubilate deo omīs
terra. Añ. Hinc horrendo carceris clausus 3
ergastulo, dei athleta angelorum veneran
do fouebatur obsequio: & mulcebatur allo
quio. Ps. Deus deus meus. Añ. Agno- 4
sce o vincenti inuictissime, quia p cuius no-
mine fideliter decertasti ipse tibi coronam
pparatam seruat in celestibus. Ps. Benedi
cite omnia opa dñi domino. Añ. Dant 5
ergo laudes deo altissimo, & resonante or-
gano angelice vocis modulata suauitas p
cul diffunditur. Ps. Laudate dominū.
Cp. de cōmuni vnius marty. Hy.

Christi miles gloriosus leuita
vincentius: vt tribunal spōte
rogum conscendit itrepidus: cuius
salis crepitantis p corpus minutie.
Sparsim ibant, atqz prune verna-
bantur sanguine: iter hec manet im-
motus ille dei famulus: orans chri-
stum in sublime erectis luminibus.
Gloria & honor. ℣. Iustus ger. Añ. Egre
gius martyr dei vincētius diris tormētor
suppliciis pro xpo alacriter supatis: ac fe
licis pugne agone ɔstanter expleto, tādem
preciosam resolutus in mortē, celo triūphās
spiritū reddidit. Ps. Benedictus. Or.
Adesto dñe. Memoria de sancta ma-
ria. ¶ Ad primā. Añ. Assumptus ex. Ps.
Deus ī noīe. ¶ Ad. iij. Añ. Intrepidus.
Ps. Legē po. Cp. ℟. et ℣. de cōi vnius
marty. ad oēs ho. dñi cum oratione

predic. ¶ Ad sextam ān. Hinc horrē-
dã. ps. Defecit. ¶ Ad nonã. ān. Dan
tur ergo. ps. Mirabilia. Ad secūdas
vesperas. ān. Assumptus. psalmi fer.
cap. de communi vnius marty. hyꝰ.
Christi miles. V. Iustus germina. ān.
Beatus Vincentius applicatis tormen-
tis alacri vultu dei presentia roboratus
dixit: hoc est quod semper optaui et votis
omnibꝰ exquisiui. ps. Magnificat. or.
Adesto domine. Mēo. de s. Maria.
¶ In conuersione sancti pauli. Ad
vesperas. super psal. ān. Lux de celo
circunfulsit saulum: et cadens in terram
audiuit vocem dicentem sibi, saule, saule
quid me persequeris? qui dixit, quisnam
es domine? ego sum iesꝰ nazarenus quem
tu persequeris: durum est tibi contra sti-
mulum calcitrare. psalmi fer. Capm.
Actu. ix. A. Saulus adhuc spirās mina-
rum et cedis i discipulos do
mini: cum iter faceret cōtigit vt ap-
propinquaret damasco: et subito cir-
cunfulsit eum lux de celo. R. Sancte
8 Paule. V. Vt digni efficiamur. Hymnꝰ.
Doctor egregie Paule mo-
res instrue: et mente polum
nos transferre satage: donec perfe-
ctum largiatur plenius, euacuato
quod ex parte gerimus. Annue
christe. Vꝰ. In omnem terram. ān. Ele-
git dominus virum de plebe: et clarita-
tem visionis eterne dedit illi: celebremus
conuersionem sancti Pauli apostoli.
ps. Magnificat. Oratio.
Deus qui vniuersum mun-
dum beati Pauli apostoli
tui predicatione docuisti: da nobis
quesumus vt qui eius hodie con-
uersionem colimus, per eius ad te
exēpla gradiamur. Per dominum
nostrum iesum christum filiū tuū.
Memoria de sancto preiecto mar-
tyre. antiphona. Hic est vere martyr.
V. Gloria et honore coronasti eum. Orō.
Martyris tui preiecti nos que-
sumus domine interuentio
gloriosa commendet: vt quod no-
stris meritis non valemus, eius
precibus consequamur. Per Chri-
stum dominum. Memoria de san-
cta maria. Si hoc festum in aliqua
dominica ante. lxx. contige. totum
seruitium fiat de festo et fiat memo
ria i primis de sancto preiecto mar
ty. deinde de dominica: et postea de
sancta Maria. ¶ Ad Matutinas.
Inuitatorium. Laudemus iesum chri-
stum. In conuersione Pauli apostoli. ps.
Venite. Hymnus. Doctor egregie
Paule. Annue christe. ¶ In primo
nocturno. ān. Saulus adhuc spirās mi-
narum et cedis in discipulos domini, a-
biit ad principem sacerdotum: et petiit il
lum vt vbicunque inueniret huius vie vi
ros, vinctos perduceret hierusalem. ps.
Celi enarrant gloriam dei. Finito
psal. statim incipiatur versus. Pa-
ternarum a cantore: et percantetur a
choro antequam ichoetur antipho
na post psal. quod per totū annum
obseruetur in versibus antiphona-
rum cantan. ad matuti. vel ad lau-
des. V. Paternarum traditionum am-
plius emulator existens. ān. Ibat igitur
saulus furia inuectus: dirumque toto pe-
ctore virus efflabat: et sanctorum sangui-
nem sine intermissione sitiebat. ps. Be-
nedicam. V. Per totam iudeam insania
ferebatur: vt christi membra laniaret in
terris. ān. Et subito circunfulsit eum lux
de celo: et cecidit in terram: nihilque vide-
bat. ps. Eructauit cor meum. V̄sus.
Audiuit autem vocem dicentem sibi: sau-
le, saule, quid me persequeris. V. In om-
nem terram exiuit sonus eorū. Lectio. i.


Aulus adhuc spirās minaruz et cedis in discipl'os domini. Presens lectio actuū apostolorū pnūciat fratres charissimi: quomodo apostol9 Paulus (cuius singularem hodie festiuitatem colimus) seuissimus psecutor christi ecclesiarum, predicator et doctor fact9 est christianorū. R.
1 Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini, Abiit ad pricipem sacerdotum: et petiit illum vt vbicunque inueniret huius vie viros, vinctos perduceret hierusalem. Versus. Ibat igitur saulus furia inuectus: dirumque toto pectore virus efflabat. Abiit ad pricipem sacerdotum: et petiit. Lectio secunda.
Christus enim occidit in eo seuitiam: et reuiuiscere fecit in eo mansuetudinem veram. Impleta est in eo prophetia beati patriarche Ja-
1 cob: qui cū benediceret filiū suum Beniamin ait. Beniamin lupus rapax, mane comedet predā: et vespe-
2 re diuidet spolia. R. Ibat igitur Saulus furia inuectus: dirumque toto pectore virus efflabat. Et sanctorum sanguinē sine intermissione sitiebat. V. Per totā iudeā insania ferebatur vt christi membra laniaret in terris. Et sanctorum sanguinem sine intermis. Lectio tertia.
Qui enim nunc Paulus post conuersionem dictus est: antea cum in impietate persisteret, saulus vocabatur. Quia enim cōmutauit opera: commutauit et nomen. Erat de tribu bēiamin: eratque lupus mane: id est pri9 persecutor christianorum: vespere (id est postea) per christi gratiam commutatus. Diuisit spolia: id est mirifice euangelica sacramenta communicauit. R. A chri- 3
sto de celo vocatus et i terram prostratus, ex persecutore effectus est vas electionis: et plus omnibus laborans multolatius inter omnes verbi gratiam seminauit. Atque doctrinam euangelicā. Sua predicatione compleuit. V. Inter apostolos vocatione nouissimus, predicatiōe primus: nomen christi multarū manifestauit gentiū populis. Atque doctrinā euange. Gloria patri et filio. Sua predicatione com.
In secundo noc. an. Saule saule qd me persequeris? quis es domine? ego sum iesus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulū calcitrare. ps. Oēs gentes. V. Circunfulsit eū lux de celo et audiuit vocem dicentem sibi. an. Saulus autem tremens ac stupens dixit ad iesum: domine quid me vis facere, ait autem dominus ad eum: surge et ingredere ciuitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere. ps. Exaudi deus deprecationem. V. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti. an. A christo de celo vocatus et i terrā prostratus: ex persecutore effect9 est vas electionis. p. Exaudi deus orationem. V. Prostratus est seuissimus persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator. V9. Constitues eos principes super omnem. Lectio quarta
Audiamus eum mane comedentem predā. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: petiit et accepit epistolas a pricipibus sacerdotum in damascum (vbi iā magna pars fidelium erat) vt quoscunqz inueniret huius vie viros ac mulieres in christū credentes: vinctos pduceret

4 in hierusalē ad martyriū. R. Vade anania et quere saulum quia vas electionis est mihi. Ut portet nomen meū coram gentibus et regibus et filiis israel. V. Ego enī ostendā illi quanta oporteat eū p nomine meo pati. Ut portet. Lectio .v.

Et dum iter faceret: cōtigit vt appropinquaret Damasco. Et subito circunfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi. Saule saule: quid me persequeris? Et ille. Quis es tu domine? Et dominus ad eum. Ego sum iesus nazarenus: quem tu persequeris in fidelibus. Sed surge et ingredere ciuitatem: et tibi dicetur quid te oporteat facere. Tu autem.

5 R. Ingressus paulus i synagogas: Predicabat iesum iudeis: affirmans quia hic est christus. V. Stupebant autem omnes qui eum audiebant. Predicabat. Lec. vj.

Ananias quidam discipulus domini erat damasci: cui dixit dominus. Surge et vade in vicū qui dicitur rectus: et quere saulum et accede ad eum: et signa eū charactere meo. Multa enim patietur p noīe meo. Venit ergo ananias et baptizauit saulum impium: et fecit nobis paulum predicatorem pium. Baptizauit lupum: et fecit agnum. Posteaq̄ cepimus eum habere predicatorē: quem habuimus ante persecutorē.

6 Tu. R. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus. Qui et meruit thronū duodecimū possidere. V. A christo de celo vocatus et in terrā prostratus: ex persecutore effectus est vas electionis. Qui et meruit. Gloria patri. Qui et meruit. ¶ In .iij. nocturno. ān. Viri autē qui comitabantur cū eo stabāt stupefacti: audientes quidē vocē: sed nemi nē videntes. ps. Confitebimur. ān. Saulus autem cadens in terram apertisque oculis nihil videbat. ān. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt damascum: et erat tribus diebus non videns et non manducauit neque bibit. ps. Dominus regnauit exultet. ān. Surrexit autem saulus de terra: apertisque oculis nihil videbat. ān. Vade anania et quere saulū, ecce enim orat, quia vas electionis est mihi: vt portet nomen meū coram gentibus et regibus et filiis israel. ps. Dominus regnauit irascantur. V. Dixit autem dominus in visu ananie. V. Nimis honorati sunt amici tui deus.

¶ Euangeliū Secūdū Mattheū.

In illo tempore. Dixit simon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus oīa: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua. Cap. 19. D

Omel. bti hieronymi pbri. Lec. vij.

Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues nō fuerat, cibos manu et arte querebat: et tamen loquitur confidenter. Ecce nos reliquimus omnia. Omnia enim reliquit: qui voluntatem habendi deseruit. Sed quia non sufficit tantū relinquere: iungit quod perfectū est. Et secuti sumus te. Tu autem domine. R. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: predicator veritatis in vniuerso mundo. Per quē oēs gentes cognouerunt gratiā dei. V. Intercede pro nobis ad eū qui te elegit. Per quem oēs gentes cognouerunt. Lectio octaua. 7

Fecimus quod iussisti: quid ergo dabis nobis premij? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis q vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. R. Scte pau 8

le apostole predicator veritatis et doctor
gentium. Intercede pro nobis ad deũ qui
te elegit. ℣. Ut digni efficiamur gr̃a dei.
Intercede pro nobis ad deum. Lect. ix.
Non dixit, qui reliquistis omnia:
hoc enim et Socrates fecit philoso
phus: et multi alij qui diuitias con-
tempserunt. Sed, qui secuti estis
me: quod proprie apostolorum est
atque credentium. In regeneratio-
ne cum sederit filius hominis in se-
de maiestatis sue: quando ex mor-
tuis de corruptione resurgent in-
corrupti: sedebitis & vos i solijs iu-
dicantiũ, condemnantes duodecim
tribus israel: quia vobis credenti-
bus illi credere noluerũt. Et omnis
qui reliquerit domum, vel fratres,
vel sorores, aut patrem, aut matrẽ,
aut vxorem, aut filios, aut agros
propter nomen meum: centuplum
accipiet et vitam eternam posside-
9 bit. ℟. Celebremus conuersionẽ sancti
pauli apostoli. Quia hodie ex persecutore
effectus est vas electionis. ℣. Gaudẽt an-
geli & exultent archangeli: & collaudãt in
celis filium dei. Quia hodie. Gloria pri.
Quia ho. ℣. Dedisti hereditatem. ℟. Ti-
mentibus nomen tuũ. In laudibus ã.
1 Saulus qui & paulus: magnus predi-
cator a deo confortatus conualescebat et
confundebat iudeos. ps. Dominus re-
gnauit. ℣. Ostendens quia hic est chri-
2 stus filius dei viui. ã. Saule frater, domi-
nus misit me iesus qui apparuit tibi i via
qua veniebas: vt videas et implearis spiri
tu sancto. ps. Jubilate. ℣. Et abiit ana
nias: & introiuit in domum: & imponens
3 ei manũ dixit. ã. Sub manu cõtinuo ana-
nie ceciderunt squame ab oculis eius: et
surgens baptizatus est: & accipiẽs cibum
confortatus est. ps. Deus de⁹ meus.
℣. Fuit autẽ cũ discipulis qui erãt dama-
sci per dies aliquot. ãn. Prostratus est se- 4
uissimus persecutor: sed erectus est fide-
lissimus predicator: quos domine verbis
edocet de te, meritis ducat ad te. ps. Be-
nedicite. ℣. Inter apostolos vocatione
nouissimus: predicatione primus. ãn. In 5
gressus paulus in synagas predicabat iu
deis iesum: affirmans quia hic est christ⁹.
ps. Laudate. ℣. Stupebant autem om
nes qui eũ audiebant. Cp. Saulus ad
huc. Hy⁹. Exultet ce. ℣. Annunciaue-
runt. ãn. Celebremus conuersionẽ sancti
pauli apostoli: quia hodie ex persecutore
effectus est vas electionis: ideo gaudent
angeli atq; letantur archangeli & collau-
dant in celis filium dei. ps. Bñd⁹. Or.
Deus qui vni. Mẽo. de sancto pre-
iecto mar. ã. Nisi gra. ℣. Iust⁹ ger or.
Martyris tui. Memoria de sancta
Maria. ¶ Ad. j. ãn. Saulus qui. ps.
Deus in nomĩe. Et dicantur ãe su-
per hos. absq; v. ãn. Te iure. ps. Qui
cunq;. ¶ Ad. iij. ãn. Saule frater. ps.
Legem pone. Cp. Saulus adhuc.
℟. & ℣. de cõmuni apl̃orum ad oẽs
ho. dr̃r cũ or. huius diei. ¶ Ad. vj.
ãn. Sub ma. p. Defecit. Capitulum.
Uade anania et quere saulũ Actu.
quoniam vas electionis mi ix. C.
hi est iste: vt portet nomẽ meum co-
ram gentibus et regibus et filiis
israel. ¶ Ad. ix. ãtiphona. Ingress⁹.
Psalmus. Mirabilia. Capitulum.
Et abiit ananias et introiuit Ubi
in domũ: et imponens ei ma- supra.
num dixit: saule frater, dominus
misit me iesus qui apparuit tibi in
via qua veniebas, vt videas & im-
plearis spiritu sancto. ¶ Ad vespe-
ras. antiphona. Saulus qui psalmus
Dixit dominus. et ceteri psalmi de
apostolis. cp. Saulus adhuc. Hy⁹.
Exultet celum. ℣. Annunciauerũt. ãn.

Cum autem cõplacuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: et vocauit per gratiã suã vt reuelaret in me filiũ suũ in gentibus: cõtinuo nõ acquieui carni et sanguini: sed abij ad antecessores meos apostolos. ps. Magnĩ. or. Deus q̃ vniuer.

¶ Sancti Juliani episcopi et confessoris tres lectiones fiant. Cpm. Ecce sacerdos magnus. Oratio.

Deus qui ecclesie tue beatũ Julianum mirabilem tribuisti doctorem, concede propitius vt hunc apud te pium semper mereamur habere intercessorem. Per do.

¶ Ad matu. Inuita. dup. Lectio .j.

Beatus iulianus romana generositate clarissim⁹: lingua facũdus, iustitia insignis: merito fidei percelebris. Prim⁹ apostolus cenomanice vrbis est a deo destinatus. Lectio secunda.

Hic igitur vir dei cum ad vrbem hanc accessisset intrepidus: et nouitas sancte predicationis multis incredulis verteretur in scandalum: nonnullis habebatur ĩ derisum, sed miraculorum potẽtia reddebat attonitos, quos ad audiendam veritatis viam veternus et innatus error effecerat fastidiosos. Lectio tertia.

Per manus vero reuerẽdi põtificis tantas operabatur xps virtutes: vt verbo demones effugaret, leprosos mũdaret: cũctisq; languẽtibus opẽ crucis medicamine largiretur.

Cetera omnia de cõmuni vni⁹ confessoris et pontificis. Si hoc festũ in die dñica cõtigerit, nihil inde fiat nisi tãtum memo. siue ante. lxx. euenerit siue nõ. Si quauis alia feria infra. lxx. hoc festum euenerit fiant matu. cum noctur. et inuita. simplici. et hoc in oĩbus festis. iij. lec. q̃ infra. lxx. extra sab. eueñ. obseruetur.

¶ Sctẽ agnetis scdõ. Ad vesperas añe et psal. fer. Cap Dñe de⁹ meus. Hy⁹. Uirginis proles. totus hy⁹. dicatur. Vꝰ. Diffusa est gratia. ãn. Beata agnes. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solennitate letificas, da vt quam veneramur officio, etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dñm.

Mẽo. de sctã maria. et de oĩb⁹ sctis. Si hoc fest. in sab. contig. nihil fiat de fes. nisi tm̃ mẽo. Si vero in aliqua do. ante. lxx. eue. tũc fiãt mẽo. lc. de virgine. Si autẽ in do. lxx. vel. lx. vel. l. hoc fes. eue. tũc fiat tm̃ de Vgine mẽo. tã ad primas ves. et ad matuti. q̃ ad missam. Idem mod⁹ seruetur in oĩbus festis. iij. lec. ab hac die vsq; ad quartam feriam in capite ieiunij. ¶ Ad matuti. de sancta Agnete inui. dup. hymn⁹ añe psal. et Vs⁹ sicut in alio festo dñr. Tñ si infra. lxx. hoc festum cõtigerit, tunc erit inuita. simplex, scz Regem virginum. ps. Uenite exulte. Hy⁹. Uirginis proles. totus hymnus dicatur. añe et psalmi de noctur. illius ferie. Vs⁹. Diffusa est gratia. Lectio prima.

Christi virgines solã virginẽ matrem luminum subsequantur. Huius pedissequa Agnes beatissima magnũ de se pudicitie excitauit exẽplũ, cum virginitatem pretulit vite: omnẽq; a se amorem

terrenū propter amorē celestem expellens, tropheum crucis christi arripuit. ℟. Diem festum. Lectio secūda.

Hec namqꝫ virgo pudica tam contra libidines q̄ etiam vniuersa supplicia potius fide armata q̄ ferro: fortiter dimicat ⁊ vincit. Aspicit deniqꝫ blandientem, et renuit minantem iudicē: nescit aliquid amare qđ transit. ℟. Omipotēs adorande. L. iij.

Non autem de elegantia corporis humani placere studebat: quia de feditate anime domino displicere timebat. Discite virgines christi normam puellaris exempli: et oblata sub specie pietatis numuscula virorum tota intentione respuite, et quasi rabidi canis morsus eū omni gaudio recusate. ℟. Stat a dextris. ℣. Specie tua. In lau. hec sola ā. Ingressa agnes. ps. Dominus regn̄. Cp. Domine deus meus hy. ⁊ ℣. de cōmuni vnius virginis ⁊ mar. ā. Congaudete. ps. Benedictus. Require hanc ān. in alio festo: que est. v. ān. super laud. Oratio. Deus qui nos. Mēo. de s. maria ⁊ de oib⁹ sanctis.

¶ Ad. i. ān. Ingressa agnes. ps. Deus in nomine. ¶ Ad tertiam ⁊ ad alias horas omnia fiant sicut in alio fes. cū oratione huius diei, preter cp̄m.

¶ Sancte batildis regine. cp̄. Qui gloriat. Cetera oia de cōi vnius virginis non mar. cum ista Oratione.

Beate batildis natalitia veneranda domine quesumus ecclesia tua deuota suscipiat: et fiat magne glorificationis amore deuotior: et tante fidei proficiat exēplo. Per dominum. ¶ Ad matu. inuit. simpl. iij. lectio. de communi vnius virginis non mart. cum or. supradic. sed. iij. ℟. erit. Regnum mundi.

¶ Sancte Brigide vgi. non mar. Cp. Qui gloriatur. iij. lec. Oratio.

Sancte Brigide virginis tue domine quesumus precatio tibi grata nos adiuuet: et tuam nobis indulgentiam poscere non desistat. Per dominum. Lectio prima



Sancta itaqꝫ brigida quaz deus presciuit ad suā imaginem: ⁊ predestinauit de bona ac prudētissima prosapia scotica orta: patreqꝫ duphoco, ⁊ matre broca genita: a pueritia sua bonarū rerū studiis inoleuit. Electa enim a deo puella morib⁹ sobrietatis ac pudicitie plena, ī meliora semp crescebat. Le. ij.

Trāsmissa a matre vt de lacte vaccarū sicut alie femine butyrum congregaret, totum pauperibus erogauit. Et cū cetere fructum vaccarum collectū reddidissent: ipsa flamma dei accensa ad dominū se cōuertit. Deus autem pro sua virgine butyrum restituit affluenter. Lectio. iij.

Deniqꝫ cū parētes ei⁹ eā despōsare volebant, ipsa castitatem elegit: ⁊ corā sanctissimo epo votum emittens fundamentū ligneū quo altare fulciebatur manu tetigit: quod lignum ī commemoratione pristine virtutis vsqꝫ ad presens tempus viride ac si non esset excisum ⁊ decorticatū: sed in radicib⁹ fixū virescit. et lāguidos curat vsqꝫ in hodiernū diem. Cetera de cōi vni⁹ virg. nō mar.

¶ In purificatione btē marie vgi. Ad. i. ves. ān. O admirabile. ps. Dixit dominus. ān. Quando natus. ps. Confitebor. ān. Rubum quem. ps. Beatus

vir. an. Germinauit. ps. De profundis. an. Magnum hereditatis mysteriu: templum dei factus est vterus nesciens viru: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes gentes venient dicentes: gloria tibi domine. ps. Memento. Capitulum

Mal. 3. A. Ecce ego mitto agelu meum qui pparabit via ante faciem mea: et statim veniet ad teplum sanctu suu dnator dns que vos queritis: et angelus testamenti que vos vultis. R. Videt e miraculu matris dni: cocepit virgo virilis ignara cosortij. Stas onerata nobili onere maria. Et matre se leta cognoscit q se nescit vxorem. V. Hec speciosum forma pre filiis hominum castis concepit visceribus: et benedicta in eternum deum nobis protulit et hominem. Stans. Gloria patri. Et. Hymnus.

Quod chorus vatu venerandus olim, spiritu sancto cecinit repletus: in dei factum genitrice constat esse maria.

Hec deum celi dnumq3 terre virgo concepit peperitq3 virgo: atque post partum meruit manere inuiolata.

Quem senex iustus simeon in vlnis, in domo sumpsit domini, gauisus: ob quod optatum meruit videre lumine christum.

Tu libes votis petimus pcantu, regis eterni genitrix faueto, claraq3 celsi renitens olympi regna petisti.

Sit deo nostro decus et potestas, sit salus perpes, sit honor perennis: qui summa celi residet in arce trinus et vnus. Amen. V. Responsum accepit simeon a spiritu sancto. R. No visurum se mortem nisi prius videret christum domini. an. Homo erat in hierusalem cui nome simeon: iste homo iustus et timoratus expectabat redeptione israel: et spus sanctus erat in eo. ps. Magnificat. Or.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cu nostre carnis substatia in templo est presentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem dnm.

Ad cpl. a. Virgo vbo cocepit, vgo permansit, virgo peperit rege omniu regum ps. Cum inuo. Cp. Tu in no. Hy. Saluator mundi. V. Custodi nos. A. Glorificamus te dei genitrix: quia ex te natus est christus: salua omes qui te glorificant. ps. Nuc dimittis. Hec a. dicatur sup psal. Nuc dimit. in oibus festis et per oc. bte marie et in comeo. eiusde per totu annu nisi in adue. do. et in annu. et etia in tpe pasc. Ad mat. Inuita. Ecce venit ad teplu sanctu suu dnator dns. Gaude et letare sion occurres deo tuo. ps. Venite. Hy. Quem ter.

In. j. noc. an. Specialis virgo inter agmina virgnum gaude munere magnifico: que sola regem regum ferre maria digna fuisti casta intra viscera: quo minoratus paululum ab angelis est deitate q patri consimilis. ps. Dne dominus no. an. Celi regina maria te iure fatemur: ex cuius thalamo processit iustitie sol. ps. Celi enar. an. Virgo creatoris celoru mater et orbis: innocuis manibus mudo quoque corde beato rite dei pinguem meruisti scandere montem. ps. Domini est ter. V. Sancta dei genitrix. Lectio prima.



Exultent vgines qz vgo maria peperit xpm. Nil in ea qd vouit putet exterminatu: ma sit vgo post ptu. Exultet vidue: ifantem christu vidua anna cognouit. Exultent coiugate: nasciturum

chꝛistum elizabeth nupta ꝓpheta
uit. Nullus gradꝰ ꝑtermissus est:
de quo nõ haberet testimonium sa-
1 lus omnium. Tu. ℟. Adoꝛna thala-
mum tuũ sion et suscipe regem chꝛistum.
Quem virgo concepit, virgo peperit, vir
go post partum quem genuit adoꝛauit. ℣.
Accipiens simeon puerum in manibus,
gratias agens benedixit dominũ. Quem
virgo concepit, virgo. Lectio secunda.
Nunquid enim sole virgines ad re-
gnum celoꝛum perueniunt? Perue
niunt ⁊ vidue. Sancta anna a vir-
ginitate sua vixerat cum viro suo
septem annis. Quo defuncto vsque
ad senilem etatem peruenerat: et in
senectute sancta expectabat infan-
tiam saluatoꝛis, vt paruum videret
annosa, paruum cognosceret anicu
la, intrantem in mũdũ saluatoꝛem
videret itura. ℟. Postq̃ impleti sunt
2 dies purgationis eius secundum legem
moysi, tulerunt iesum in hierusalem: vt si
sterent eum domino: sicut scriptum est in
lege domini. Quia omne masculinũ ada-
periens vuluam sanctum domino voca-
bitur. ℣. Obtulerunt pꝛo eo domino par
turturum aut duos pullos columbarum.
Quia omne masculinum. Lectio. iij.
In masculino sexu fratres tria ip
sa genera commendata sunt. Ipse
chꝛistus puer natus est. Exultent
pueri continentiam vouentes pue-
ro. Ipse vero integritatem pueritie
consecrauit: qui sue matri fecundi-
tatem attulit, virginitatem non ab-
stulit. Simeon vero ille senex diu
vixerat: cuius etas comparatur an
ne, et audierat respõsum quod non
esset visurus moꝛtem, nisi videret
3 chꝛistum domini. ℟. Obtulerunt pꝛo
eo domino par turturum aut duos pul-
los columbarum. Sicut scriptum est in le
ge domini. ℣. Postq̃ ĩpleti sunt dies pur
gatiõis marie, tulerunt iesum in hierusa
lem vt sisterẽt eũ dño. Sicut scriptũ est.
In. ij. noc. an. Gratia celestis repara-
trix totius oꝛbis diffusa est labiis virgo
maria tuis: ꝓpterea regũ rex te benedi
xit in euum: et facit a dextris casta sedere
suis: aurea quã fuluo vestis circũdata lũ-
bo ambit ⁊ exoꝛnat, riteque condecoꝛat. ps.
Eructauit. an. Sanctificans dñs tem-
plũ chꝛistus sibi dignũ virgine matre sa-
lus descendit ab arce poloꝛum: cuncte cui
gentes terre simul omnia regna gaude dei
genitrix dicunt et kyꝛia chere. ps. Deus
noster refugium. an. Aula maria dei:
casti titulusq̃ pudoꝛis, poꝛta sion rutilis
semper fundata saphiris: que sola ex cun
ctis placuisti casta tonanti suscipe seruo-
rum miserans pia vota tuoꝛũ. ps. Fun-
damenta. ℣. Post partum. Lec. iiij.
Intelligite fratres quale desi
derium habebant antiq̃ san-
cti videre chꝛistum. Sciebãt illum
esse venturũ: ⁊ omnes qui pie viue-
bant, quotidie in oꝛationibus suis
dicebant. O si me hic inueniat ista
natiuitas. O si qđ credo in dei scri-
pturis, videam oculis meis. ℟. Si- 4
meon iustus ⁊ timoꝛatus expectabat redẽ
ptionem israel. Et spũs sanctus erat in
eo. ℣. Responsum accepit simeon a spiri-
tu sancto non visurũ se moꝛtẽ nisi videret
chꝛistum domini. Et spiri. Lectio quinta.
Et vt noueritis fratres quantum
desiderium habebant sancti q̃ noue
rant de scripturis virginem paritu
ram: sicut audistis cum esaias pꝛo
pheta legeretur. Ecce virgo conci-
piet ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur no
men eius emanuel. Emanuel quid
sit euãgelista nobis aperuit dicẽs,
quod ĩterpꝛetatur nobiscum deus.
℟. Responsum accepit simeon a spiritu 5

sancto nõ visurum se mortem nisi videret christum domini: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuũ domine. ℣. Cum inducerent puerum iesum parentes eius vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in vlnas suas et dixit. Nunc dimittis seruũ tuũ in pace. Lectio sexta.

Non tibi ergo sit quecunqȝ infidelis aĩa mirum, et non videatur impossibile vt virgo pareret, virgoque pariẽs pmaneret. Intellige natum dñm: et non mireris virginis partum. Ut ergo noueritis antiquos sãctos ⁊ iustos optasse videre quod concessum est huic seni simeoni, ipse dñs noster iesus christus ad discipulos loquẽs ait. Multi iusti ⁊ prophete voluerunt videre que vos videtis, et nõ viderunt: ⁊ audire que vos auditis, et non audierunt. ℟.

6 Uidete miraculũ. vt s̃. ad. j. v s̃. ℣. Uirgo concepit ⁊ virgo peperit: ⁊ post partũ virgo permãsit. Que. Gloria pa. Que.

In. iij. noc. ã. Psallite cãtantes dño noua cantica xp̃o: oĩs ⁊ illius nomen benedicito tellus: mũdo virginea quẽ florẽ protulit aluus. ℣. Cantate. j. ã. Exultet tellus, letẽtur ⁊ insule xp̃o regnante dauidico germie: quẽ virgo sacra puritatis gremio prolatum mundo edidit castissima maria: cuius celebrans solennia plebs veneratur vbiqȝ fidelium. ps. Dñs regñ. exultet. ãn. Aue o throtocos virgo maria que trinam mũdi regentẽ machinam filium protulisti: hinc rite exaltata supra sydera laudaris per secula. ps. Cantate. ij. ℣. Speciosa facta. Scdm Lucã.

Cap. 2. D. IN illo tempore. Postq̃ impleti sunt dies purgationis marie secũdum legem moysi: tulerunt iesum in hierusalem vt sisterẽt eum dño sicut scriptum est in lege dñi: quia omne masculinum adaperiẽs vuluã sctũ dño vocabitur. Et reli. Omelia venera. bede pbri. Lec. vij.

Solennitatem nobis hodierne celebritatis: quam quadragesimo dominice natiuitatis die debitis veneramur officiis: maxime eiusdem domini ac saluatoris nostri simul ⁊ intemerate genitricis eius humilitate dedicatam sacra euangelij lectio designat. Exponens eos qui nihil legi debebant implendis legalibus per oĩa se subdidisse decretis: sicut modo cum legeret audiuimus. Postq̃ impleti sunt dies purgationis videlicet matris illius secundum legem Moysi: tulerunt illum in hierusalem vt sisterent eum dño, sicut scriptum est in lege dñi: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum dño vocabitur. ℟.

Cum inducerent puerum iesum parentes 7
eius accepit eum simeon in vlnas suas: ⁊ benedixit deum ⁊ dixit. Nũc dimittis domine seruum tuum in pace. ℣. Suscipiẽs simeon puerũ in manibus suis exclamauit dicens. Nunc dimittis. Lectio. viij.

Precepit nanqȝ lex vt mulier que suscepto semine peperisset filium: immunda esset septem diebus: ⁊ in octaua circunciderettur ĩfantulus, nomenqȝ ei aptarent. Et vt darent hostiam solennem secundum quod dictum est in lege dñi par turturũ, aut duos pullos columbarum. Hec autem hostia pauperum erat. ℟.

Suscipiens iesum in vlnas suas simeon 8
exclamauit ⁊ dixit. Tu es vere lumen ad illuminationem gentium et gloriam plebis tue israel. ℣. Simeon in manibus infirmitatem accepit: sed maiestatem fetus agnouit, et dixit. Tu es vere. Lectio. ix.

Precepit quippe dominus in lege
ut qui possent agnum pro filio vel
filia, simul et turturem siue colum-
bam offerrent. Qui vero non suffi-
cerent ad offerendum agnũ: duos tñ
turtures vel duos colũbe pullos of-
ferrent. Ergo dominus noster per
omnia memor nostre salutis: nõ so-
lum homo fieri cum deus esset: sed
etiam cum diues esset, pauper fieri
dignatus est pro nobis: ut nos sua
paupertate simul et humanitate di-
uitiarũ et diuinitatis sue retribue-
9 ret esse participes. ℟. Gaude maria
virgo: cunctas hereses sola interemisti: q
gabrielis archangeli dictis credidisti. Dũ
virgo deum et hominem genuisti. Et post
partum virgo inuiolata permansisti. ℣.
Gabrielem archangelum scimus diuini-
tus te esse affatum: vterum tuum de spiri
tu sancto credimus impregnatum: erube
scat iudeus infelix qui dicit christum ex io
seph semine esse natum. Dum virgo. Glo
ria patri. Et post partum. ℣. Responsum
accepit simeon a spiritu sancto. ℟. Non
visurum se mortem nisi videret christum
domini. ¶ In laudibus. Antiphona
Simeon iustus et timoratus expecta-
bat redemptionem israel: et spiritus san-
ctus erat in eo. ps. Dominus regnat.
añ. Responsum accepit simeon a spũ san-
cto non visurum se mortem nisi videret
dominum. ps. Jubilate. añ. Accipiens
simeon puerũ in manibus, gratias agens
benedixit dominum. ps. Deus deus meus.
añ. Nunc dimittis domine seruum tuum
in pace: quia viderunt oculi mei salutare
tuum. ps. Benedicite. añ. Viderũt ocu
li mei salutare tuum: quod parasti ante fa
ciem omnium populorum. ps. Laudate.
Cap. Ecce ego mitto. Hymnus. O glorio
sa femina. ℣. Suscepimus deus miseri-
cordiam tuam. ℟. In medio templi tui.

añ. Senex puerum portabat: puer autem
senem regebat: quẽ virgo peperit, et post
partum virgo permansit: ipsum quem ge
nuit adorauit. ps. Benedictus. Oro.
Omnipotens sempiterne deus.
¶ Ad primã. añ. Simeon iustus. ps.
Deus in nomine. añ. Gratias tibi. ps.
Quicunque. ¶ Ad iij. ã. Responsum.
ps. Legem pone. Capitulum. Ecce ego
mitto. ℟. Sancta dei genitrix virgo
semper maria. ℣. Intercede pro nobis ad
dominum deum nostrum. Virgo semper.
Gloria patri. Sancta. ℣. Post partum.
Oratio Omnipotens sempiterne.
¶ Ad vj. ãn. Accipiens. ps. Defecit. cap. Mala
Ipse enim quasi ignis con- chie. 3
flans et quasi herba fullonũ: A.
et sedebit conflans et emundans ar-
gentum et purgabit filios leui. ℟.
Post partum virgo. ℣. Speciosa facta.
Oratio. Omnipotens sempiterne
deus. ¶ Ad nonã. añ. Viderunt ocu-
li. ps. Mirabilia. Capitulum.
Et conflabit ea quasi aurum Ibidem
et quasi argentum: et erunt
domino offerentes sacrificia in iu-
stitia. ℟. Speciosa facta es. ℣. Elegit
eam. Oratio Omnipotens sempiter
ne deus. ¶ Ad secundas vespe. añ.
Simeon. psalmi sicut ad primas ve-
speras. Cap. Ecce ego mitto. Hoc mo
do dicatur ℟. Gaude gaude gaude ma
ria. Chorus prosequatur ℟. ℣. Ga-
brielem. Chorus Dum virgo deum et ho
minem genuisti. Et post partum virgo.
Non dicatur vlterius: sed statim i-
cipiatur prosa Inuiolata. Choro in-
terim sedente et cantũ prose respon
dente super hanc literam A post v-
numquemque versum. Prosa.
Inuiolata integra et casta es maria.
Que es effecta fulgida celi porta
O mater alma christi charissima.

Suscipe laudum pia preconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora.
Que nunc flagitant deuota vorque et corda.
Tu da per precata dulcisona.
Nobis perpetua frui vita.
O benigna: que sola inuiolata permansisti.
Gloria pa. Et post par. Deide cātetur pro hymno. Quod chorus. sequētia. Letabundus. Et hoc quando hoc festū in .lxx. euenerit, aliter nō. Tn si hoc festum infra .lxx. euene. dicatur hymnus. Quod chorus. Et dicitur in fine huius sequentie Amen.

Letabundus exultet fidelis chorus: alleluia.
Regem regum, intacte profudit chorus: res miranda.
Angelus consilij natus est de virgine: sol de stella.
Sol occasum nesciens, stella semper rutilans: semper clara.
Sicut sydus radium, profert virgo filium: pari forma.
Neqz sydus radio, neque mater filio: fit corrupta.
Cedrus alta libani, conformatur hyssopo: valle nostra.
Uerbum ens altissimi, corporari passum est: carne sumpta.
Esaias cecinit, synagoga meminit: nunquam tamen desinit esse ceca.
Si non suis vatibus, credat vel gentilibus: sibyllinis versibus hec predicta.
Infelix propera.
Crede vel vetera.
Cur damnaberis gens misera?
Quem docet littera
Natum considera.
Ipsum genuit puerpera. Amen.

℣. Suscepimus deus. an. Cum inducerent puerum iesum parētes eius, accepit eum simeon in vlnas suas, et benedixit deum dicens: nūc dimittis domine seruū tuum in pace. ps. Magnificat. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Nulla fiat mēo. de sancto blasio episcopo in audientia nec sub silētio: licet ad has ves. facienda fuerit solēnis memo. de do. lxx. lx. vel. l. Si do. lxx. hac die contige. totū fiat serui. de festo sine Alla. et Te deū. et fiat solēnis mēo. de do. ad vtrasqz ves. et ad matuti. et ad mis. et hy. de. lxx. per hebdō. cantetur: scz in. ij. v. et. vj. fer. et nihil fiat de sctis preter memo. ad ves. et ad mat. de sancta maria que precedat mēo. de sancto spiritu. Similiter fiat si hoc festum in do. lx. contige. Si vero in dnica. l. hoc festum euenerit, histo. dominice. similiter per hebdō. dicat: videlicet in. ij. et. vj. feria et sab. et tunc nihil fiat de sancto blasio epo, nisi tantū memo ad matu. de sancta maria, que precedet mēo. de sancto spiritu. Si do hoc festū in proximo sab. ante. lxx. eue. scde ves. de festo erunt: et solen. memo. de do. lxx. sed sine. Alleluia.

¶ Sancti Blasij epi et martyris. Capm. Omnis pontifex. Oratio.

Beatus martyr tuus blasius dne nobis misericordie tue imploret auxilium: vt cuius festa celebramus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrū.

¶ Ad matuti. tres lec. Inui. dup. si hoc festum ante. lxx. euenerit. Lec. j.

Beatus blasius toto tēpore vite sue mitis degebat purus, inocēs, deū colēs, verax, māsuetus: ab omni opere prauo se abstinēs. Audiētes igitur irreprehensibilē eius vitā hi qui in sebasta cappadocie ciuitate fide-

les existebant: elegerunt illum sibi in episcopum. Ipse vero pergẽs ad montem qui vocatur argei: habitauit ibi in quadam spelunca: ⁊ currebant ad eum agrestes fere. Lectõ. ij.

Et si forte cõtigisset eas quocũqꝫ dolore teneri quedã ex eis tãquam intelligentes: ad eũdem sanctũ currebant in spelũcam, et anteꝗ̃ imponeret manus benedicens eis, nõ recedebãt ab eo. In illis itaqꝫ diebus iussit agricolaus preses congregari agrestes feras. Egredientes autẽ ferarum comprehensores, inuenerũt sanctũ virũ in spelunca orãtẽ, et hoc nunciauerunt agricolao: qui iussit eũ sibi presentari. Lectio. iij.

Presentatoqꝫ dixit preses. Blasi, sacrifica diis vel vis perire. Quõ cũ renuisset, in ligno suspẽsus est. Depositusqꝫ de ligno, capite trũcari iubetur. Tunc sctũs Blasius orauit, dicẽs. Deꝰ exaudi me seruũ tuũ: vt si ꝗs pcidẽs adorauerit te mẽoriã habens mei, si spina vel os in gutture eiꝰ fuerit, vel si in infirmitates, tribulationẽ vel periculũ inciderit: suscipe peto petitionem eius. Dixit dñs. Omnem petitionem tuam adimplebo. Quo facto, mox spiculator caput eius cũ duobus puerulis amputauit. Cetera de cõi vniꝰ mar. et põti. cum oratione diei. et ceteris.

¶ Sancte agathe virginis et martyris super psalmos ãn. Hec est virgo prudens, psalmi feriales. Capitulum Confitebor tibi. ℟. Beata agatha. Hyꝰ. Virginis proles. ℣. Diffusa. ã. Agatha virgo sacra nobili orta genere: gloriosam propter christum pertulit passionem. ps. Magnificat. Oratio.

Deus ꝗ inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriã martyrij contulisti, cõcede ꝓpitius vt qui beate agathe martyris tue natalicia colimus: p eius ad te exẽpla gradiamur. Per.

¶ Ad mata. Inuita. Christum venerantes deum adoremus regem regũ. Qui in celis agathe palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. hyꝰ. Virginis proles. ¶ In. j. noctur. ã. Beata Agatha quintiano interrogãti respõdit: ingenua sum ⁊ spectabilis genere vt oĩs parẽtela mea testatur. ps. Dñe dñs noster. ãn. Ancilla christi sum, ideo me ostendo seruilem personam. ps. Celi enarrant. ãn. Sũma ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur. ps Dñi est ter. ℣. Diffusa est. ℟. Propterea. Lectio. j.



Quintianus proconsul sicilie audiens sancte agathe opinionem, fecit eã a suis apparitoribus coartari. Deditqꝫ eã cuidã matrone noĩe affrodosia: ꝗ̃ habebat nouem filias turpissimas sicut fuerat ⁊ mr̃ earũ. Hoc autem fecit ꝑ triginta dies: vt blãdiẽdo mutarẽt animũ eius. ℟. Agatha letissime ⁊ gl'ianter ibat ad carcerẽ. Et quasi ad epulas inuitata agonem suũ dño precibus cõmendabat. ℣. Nobilissimis orta natalibus ab ignobili gaudẽs trahebatur ad carcerẽ. Et. Lec. ij.

Modo igitur ꝓmittendo leta: modo ingerendo aspera putabant se posse mentem sanctam a bono ꝓposito reuocare. Quibꝰ agatha dixit. Mens mea in xp̃o solidata est ⁊ in xp̃o fundata: ventis verborꝫ vestrorꝫ cadere non potest. ℟.

Dum ingrederetur beata agatha in car-
cerē, dixit ad iudicē. Impie, crudelis & di-
re tyranne, non es confusus amputare in
femina quod ipse in matre suxisti? V. Ego
enim habeo mammillas meas integras
intus in anima mea: quas ab infantia do
mino misericorditer cōsecraui. Im. L. iij.
Videns hoc afrodosia dixit
ad quintianum. Facilius
possunt saxa molliri, et ferrū in plū
bum conuerti: quam mens huius puel
le ab intentione christiana reuoca-
ri. Iratus quītianus iussit eam ad
secretarium suum adduci: qui dixit
ei. Cuius conditionis es? Que ait.
Non solum ingenua sum, sed & spe
ctabilis genere: vt omnis parentela
3 mea testatur. R. Beata agatha igressa
carcerē: expandit manus suas ad deū, et
dixit: domine qui me fecisti vincere tormē-
ta carnificum, Iube me domine ad tuam
misericordiā peruenire. V. Domine qui
me creasti & tulisti a me amorē huius secu
li: qui corpus meum a pollutione libera-
sti. Iube me domine. Gloria patri. Iube
me domine. ¶ In secundo noctur. ā.
Agatha sancta dixit: si feras mihi ꝓmit-
tas: audito christi nomine mansuescunt.
ps. Eructauit cor meum. ān. Si ignē
adhibeas, rorem mihi salutificum de celo
angeli ministrabunt. ps. Deus noster
refugium. ān. Si plagas et verbera in-
gesseris mihi: habeo intra me spiritū san-
ctum per quem vniuersa tua tormenta de-
spiciam. ps. Fundamenta. V. Specie
tua et pulchritudine tua. Lectio. iiij.
Quintianus ait. Si ingenua
es: quomodo te seruilē perso
nam ostendis? Que ait. Summa
ingenuitas ista est: in qua seruitus
christi comprobatur. Quintianus
ait. Unum tibi elige: aut diuersas
penas quasi stulta incurre: aut sa-
piens deos adora. R. Quis es tu qui 4
venisti ad me curare vulnera mea? ego
sum apostolus christi, nihil in me dubites
filia. Ipse me misit ad te: quem dilexisti
mēte & puro corde. V. Nā & ego apostolus
eius sum, & noui medicinā. Ipse. Lec. v.
Sancta virgo respondit. Ni
si diligenter perfeceris cor-
pus meum a carnificibus attrecta-
ri: non potest anima mea in paradi
sum introire cum palma martyrii.
Tunc procōsul iussit mammillam
eius diu tortam abscindi. Que ait.
Impie, crudelis, et dire tyranne:
non es confusus hoc amputare in
femina: quod ipse in matre suxisti?
R. Medicinam carnalē corpori meo nun 5
quā exhibui: sed habeo dominū meū iesum
christū Qui solo sermone restaurat vniuer
sa. V. Et ipse me misit ad te: nam et ego
apostolus eius sum. Qui. Lectio sexta.
Iratus quītianus iussit eam
in carcerem iterum recludi.
Media nocte venit ad eam quidam
senex: qui se medicum asserebat, di
cens. Noui quia mammilla tua sa-
nitatem recipere poterit. Cui vir-
go. Medicinā carnalem nunquam
corpori meo exhibui: et turpe est vt
quod diu ab ineunte etate conserua
ui, nunc perdam. R. Vidisti domine 6
et spectasti agonē meū quomodo pugna-
ui in stadio: sed quia nolui obedire man-
datis principū: Iussa sum in mammillis
torqueri. V. Propter veritatē & mānsuetu-
dinē & iustitiā. Iussa. Gloria patri. Iussa.
¶ In. iij. noc. ā. Nisi diligēter perfece-
ris corp9 meū a carnificib9 attrectari: non
potest aīa mea in paradisum domini cum
palma introire martyrij. p. Cātate. j. ā.
Vidisti domine agonē meū quomodo pu-
gnaui in stadio: sed q2 nolui obedire man-
datis principū, iussa sum in māmillis tor

queri. ps. Dñs regna. exul. Propter
fidē castitatis iussa sum suspendi in equu
leo: adiuua me domine deus meus in tor-
tura mamillarū mearū. p. Cātate. ij. V.
Adiuuabit. Sine expositione. L. vij.

Dixit illi senior. Quare non
permittis vt curem te? Que
dixit. Quia habeo saluatorē meū
iesum christum: qui solo sermone re
staurat oīa. Ad quam senior. Et
ego apostolus eius sum: in nomine
eius scias te esse sanandam. Et his
dictis, euanuit senior. Virgo deo
gratias agens: post quatuor dies
adducta diis sacrificare iubet. Que
7 ait. Christo sacrifico: quem inuoca
re nō cesso. R. Ipse me coronauit qui
per apostolum petrum in custodia me con
fortauit: pro eo quod iussa sum suspēdi in
equuleo propter fidem castitatis. Adiuua
me dñe deus meus in tortura mamillarū
mearū. V. Vidisti dñe agonē meū quomo
do pugnaui in stadio, sed quia nolui obe-
dire mandatis principū: iussa sum in mā-
millis torqueri. Adiuua me. Lec. viij.

Quintianus iratus: fecit san
ctam virginem nudam super
viuos carbones volutari. Et subito
commoto loco pars parietis cecidit
et tota ciuitas terre motu agitata
est. Quo viso: iudex seditionem po
puli commoti verens: iussit eam in
carcerem recipi. Ipse autem per po
8 sternam secretarij fugit. R. Ego aūt
adiuta a domino: perseuerabo in cōfessio-
ne eius. Qui me saluā fecit, et consolatus
est me. V. Gratias tibi ago domine iesu
christe: qui misisti ad me apostolum tuum.
Qui me saluam fecit. Lectio nona.

Sancta virgo dei in carcerē
iterum ingressa: gratias deo
agens, corā multis cum ingenti vo
ce spiritum exhalauit. Ad cuius se-
pulturam venit puer quem seque-
bantur plusquā centū pueri ornati:
ponens ad caput eius tabulam sic
scriptam. Mentem sanctam: spon-
taneam: honorem deo: et patrie libe-
rationem. Cuius breuicule sensus
hic est. Hec virgo mentem sanctam
habuit: spontaneam se obtulit: ho-
norem deo exhibuit: et patrie libe-
rationem promeruit. Post annum
mons etheneus incēdium eructauit:
et sicut fluuius torrens, ignis ciui-
tati properauit. Sed velo sepulchri
virginis opposito, diuinitus stetit
ignis: meritis virginis gloriose.
R. Gaudeamus oēs in dño diem festum 9
celebrātes: sub honore agathe martyris.
De cuius passione gaudent angeli. Et gra
tulantur laudantes filium dei. V. Imma
culatus dñs immaculatam sibi famulam
(etiā in hoc fragili corpore positā) miseri
corditer consecrauit. De cuius passione.
Gloria. Et gra. Vs. Ora pro nobis beata
agatha. R. Ut digni. In laud. ān.
Quis es tu q̄ venisti ad me curare vul- 1
nera mea? ego sum apostolus christi, nihil
in me dubites filia. ps. Dñs regnauit.
ān. Medicinā carnalē corpori meo nunq̄ 2
exhibui: sed habeo dominū iesum christū
qui solo sermone restaurat vniuersa. ps.
Jubilate deo. ān. Gratias tibi ago do- 3
mine quia memor es mei, et misisti ad me
apostolum tuū curare vulnera mea. ps.
Deus deus meus. ān. Benedico te pa 4
ter domini mei iesu christi: quia per apo
stolū tuū mamillā meā pectori meo resti-
tuisti. ps. Benedicite omnia. ān. Qui 5
me dignatus est ab omi plaga curare: et
mamillā meā meo pectori restituere ipsū
inuoco deū viuū. ps. Laudate dominū
de celis. Cp. Confitebor. Hy. Jesu
corona. V. Adducentur. ā. Paganorum
multitudo fugiēs ad sepulchrū virginis,

tulerunt velū eius contra ignē: vt cōpꝛobaret dominus quod a periculis incendij meritis agathe martyꝛis sue eos liberaret. p̄. Bn̄⁹. oꝛ. De⁹ q̄ iter. ¶ Ad. j. ā. Quis es tu. p̄. De⁹ i no. ā. Te iure. p̄. Quicūqꝫ. Ad. iij. ā. Medicinā. ps. Legē po. cp. R. & v. vni⁹ ꝟg. & mr. dn̄r. ¶ Ad. vj. ā. Gratias ago. ps. Defecit. ¶ Ad. ix. ān. Qui me dignatus est. ps. Mirabilia. ¶ Ad vesp. psalmi fer. ā. Quis es tu. cp. vt s. Hy⁹. Jesu coꝛo. v. Adducētur. ān. Agatha letissime & glorianter ibat ad carcerē, & quasi ad epulas inuitata, agonē suū dn̄o p̄cib⁹ ꝯmēdabat. ps. Magnificatoꝛ. Deus q̄ iter ce.

¶ Sanctoꝛum Vedasti et Amandi epoꝛum et confes. iij. lec. Oꝛatio.

Adesto dn̄e populo tuo cum sctōꝛū cōfessoꝛū tuoꝛū atqꝫ pontificū vedasti & amandi tibi patrocinio supplicāti: vt qd̄ ꝓpꝛia fiducia nō p̄sumit, intercessoꝛum tibi placētiū meritis consequatur. Per. Ad matu. inuitato. simp. Lectio. j.



Amand⁹ igitur sanctissimus in aquitanie partibus editus: multa loca oꝛatōis causa plustrās, et iterū a roma secundo rediens: tandē ascensa naui ad centūcellensem: peruenit. Quadā igitur nocte dū solus (vt illi mos erat) oꝛaret: diabolus vnū de famulis ei⁹ trahebat ad mare: vt eum demergeret. At ille clamabat. Chꝛiste adiuua me. Cui diabolus. Qualis chꝛistus? Quo nō respōdēte: ait sanctus amād⁹. Dic illi fili: chꝛistus filius dei viui crucifixus. Et statim euanuit inimicus. Le. ij.

Hic igitur cū multos cōuertisset ad fidem, in fines remeauit frācoꝝ. Ibiqꝫ cum fratribus suis cenobiū construxit, & mulierem diu cecam visui restituens, eam fide instruxit. Multisque clarus virtutibus, i domino obdoꝛmiuit. Lectio tertia.

Sanctus vir dei vedastus cū francie regem ludouicum post insperatam ab alemannis victoꝛiam, fidei doctrina baptizasset, a sancto remigio episcopus oꝛdinatus est. Missusqꝫ attrebate ciuitati verbum dei pꝛedicare, mox in introitu ciuitatis cecum & claudum curauit. Rexit dei sacerdos ecclesiam chꝛisti (diuīa auxiliante gratia) annis circiter quadꝛaginta, & tandem plenus virtutibus obdoꝛmiuit in domino. Cetera de communi plurimoꝝ confessoꝝ.

¶ Sancte Scholastice ꝟginis non martyꝛis. Cp. Qui gloꝛiatur. Oꝛ.

Deus q̄ beate scholastice virginis tue animā (ad ostēdendā innocētie viā, in colūbe specie celū penetrare fecisti, ꝯcede nobis ipsi⁹ meritis ita inocēter viuere, vt ad eadē gaudia mereamur peruenire. Per. ¶ Ad matu. inui. simp. Lec. j.



Soꝛoꝛ beati benedicti Scolastica noīe: deo dicata semel ꝑ annū ad eū venire consueuerat: ad quā vir dei nō longe extra ianuā in possessionē monasterij descēdebat. Quadā ꝟo die ex more vēit: atqꝫ ad eā frat̄ ei⁹ cū discipl'is descēdit: multisqꝫ de celesti vite gaudiis collocut⁹, ait scholastica. Rogo

te:ne me ista nocte deseras. Cui ait. Extra cellā manere nō possum. L.ij.
Cunqȝ illa verba fratris negātis audisset:super mensam deum rogatura caput declinauit. Cum vero caput de mensa leuaret: tanta coruscationis et tonitrui virtus,tantaqȝ inūdatio pluuie erupit:vt extra loci limē pedē mouere nō posset. Qui dixit. Quid fecisti soror? Cui illa. Rogaui te: et noluisti audire me. Rogaui dn̄m meum:et audiuit me. Nūc ergo si potes,egredere:et me dimissa ad monasteriū recede. L.iij.
Post triduum benedictus in cella sua cōsistens:vidit animā eiusdem sororis sue de corpore egressam, in colūbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens eius obitū fratribus pronūciauit: atqȝ in sepulchro qd sibi ipi parauerat eā sepeliri fecit. Ut quorū mēs in deo vna fuit:eorum quoqȝ corpora nec sepultura separaret. Cetera de cōi vnius virginis nō martyris.
Sancti Valentini martyris.cp. Iste sanctus tres lec. fiant. Oratio
Presta quesumus omnipotēs deus vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per dn̄m. Ad matu. Inuita. simplex. Lectō.j.



Audiēs quidam scholasticus nomine craton:famam beati Valentini terranicēsis ciuitatis, plurimos misit ad eum nobiles viros amicos suos:q̄ illū rogarent vt ad vrbem Romā venire dignaretur. Quem cum venientem hospitio recepisset craton: rogauit vt filium eius sanaret. Lectio secunda.
Valentinus ait. Crede dei filium verū deū esse iesum christū:et in oībus renūcia simulachris:et videbis sanū filiū tuū. Cū ergo post lōgam fidei disputationē cū vxore sua credere pmisisset:valētin9 facta oratione filiū ei9 ei sanū restituit. Le.iij.
Tūc cratō cū vxore et tota familia sua baptizat9 est. Indignati senatores Valentinū virgis cesum: diis sacrificare iusserūt. Qui cū iussa iplere negasset:medio noctis silētio decollatus est. Ceta de cōi vni9 mr.
Scte Juliane Vg. et mar. iij. lec. Cp. Domine deus meus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis vt fortia queqȝ cōfundas, da nobis i festiuitate btē Juliane martyris tue cōgrua deuotione gaudere, vt et potentiam tuam in eius passione laudemus, et puisum nobis pcipiam9 auxiliū. Per. Ad matu. inuitato. duplex si ante. lxx. eueū. Lectio prima.



Tempore illo erat quidā senator nomine eleuticius, qui misit ad beatā Julianam sibi desponsatam, volens nuptiarū implere solennitatem. Cui illa. Si adoraueris patrē et filiū et spiritum sanctū,te accipiā in maritū. Quod si nolueris,quere tibi aliam vxorē. Pater virginis hoc audiens, tradidit eam eidem cruciandam. Lec.ij.
Ipse vo iussit eā et nuptiis et deorū culturis renūciantē, per sex horas p capillos suspendi. Jussit etiā

es conflari: et nudam a capite vsqz ad talos perfundi. Quam cum ei incendium minime nocuisset: iussit in carcerem recipi. Ubi cum diabolus ei in figura angelica appareret: ipsa quis esset agnoscēs, eum et omnem dolum suum confiteri fecit: et in loco stercoris de carcere proiecit.

Lectio tertia.

Cum virgo sancta in pretorium venisset, facies eius gloriosa quasi ignis fulgebat. Ad quā prefectus. Quis te tantas incantationes facere docuit? Cui virgo. Christus me docuit patrem et filium et spiritum sanctum colere. Iratus prefectus: iussit rotam ferream venire et illam superponi. Angelus autem domini descendit et comminuit argumenta, et vincula eius sunt soluta. Prefectus hoc videns, iussit eam gladio puniri. Itaqz cum peruenisset ad locū vbi decollari iussa est: cum patientia tradidit animam domino deo. Cetera de communi vnius virginis et martyris.

¶ In cathedra sancti petri apostoli. Ad vesperas super psalmos feriales. antiphona. Solue iubente deo terrarum petre catenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis. Psalmi feriales. Capitulum.

i. Pe. i. A



Etrus apostolus iesu christi, electis aduenis dispersionis ponti, galatie, cappadocie, asie et bithynie: secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu christi: gratia vobis et pax multiplicetur. R. Quodcunqz ligaueris super terram. Hymnus.

Iam bone pastor petre clemēs accipe vota precātum: et peccati vincula resolue tibi potestate tradita: qua cunctis celum verbo claudis, aperis.

Annue christe seculorum domine. Versus. Tu es petrus. Rn. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Añ. Tu es pastor ouium, princeps apostolorū: tibi tradite sunt claues regni celorum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atqz soluendi pōtificium tradidisti: concede ppitius, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas. Si hoc festum in quadragesima euenerit, fiat solennis memoria de ieiunio ad vtrasqz vesperas et ad matutinas. ¶ Ad matutinas Inuitatorium. Pastori summo iubilemus corde iocundo. Qui claues petro celorum contulit almo. ps. Uenite exul. Hymnus. Iam bone pastor petre. Versus. Annue christe. ¶ In primo nocturno aña. Pontificalis apex veneratur iure cathedre: quam primum meritis petrus conscendit herilis. ps. Beatus vir. aña. Hic superexcelse positus fundamina petre moribus exornat: humilis quos vita reportat. ps. Quare fremuerunt gentes. aña. Antiochena polis diuini lumine solis irradiata sacrū decus hoc colit, omnis et orbis. ps. Domine quid multiplicati. Versus Amauit eum dominus. Lectio prima.


Nstitutio festiuitatis hodierne a senioribus nostris cathedre nomē accepit: ideo qđ primus apostolus petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalem sedis illius colit: quam apostolus pro eius salute suscepit, dicēte ei domino. Tu es petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℟. Euge serue. Cetera ℟ia de communi histo. vnius cōfessoris et pontificis, excepto. ix. ℟. quod erit Quodcunq; ligaueris. Lectio secunda.

Huius autem solennitatis religio sic ecclesijs introducta est. Cū enim pertransiret apostolus, disseminās verbum vite, et fundamentū iaciēs ecclesie, cū appropiquaret antiochiā, cepit per nicenā et aqleā tota ciuitas audire q petrus adueniret. Lec. iij.

Omnis autem populus antiochie ciuitatis occurrit ei nudis pedibus penitentiam agens, eo q cōtra predicationem eius cū simone mago consensissent. Obtulerūtq; ei a demonijs fatigatorū et diuersis languoribus vexatorū, multitudinem copiosam. ¶ In. ij. nocturno. aña. Diuius amore deus seruorum terge reatus: vt tibi q placuit placidos nos reddere possit. ps. Cū inuo. aña. Pāde tuis celos quos seruas magne sacerdos, ne tibi cōmissos inuadat pestifer agnos. ps. Uerba. aña. Sydera scansurus terrisq; hec dona daturus, quos sibi delegit tibi christus petre subegit. ps. Domine dñs noster. ℣. Iustū deduxit dominus. Lectio quarta

Uidēs autem petrus q peniterent de delicto commisso: ascēdit in eminentiorē locū vbi sedem sibi parauerat, iubēs omnem multitudinem languentium ante se poni. Dixitq; eis. Nolite credere q per me poteritis sanari: sed per eū q de celo descēdens ostendit credentibus sibi verā corporis ac anime medicinā. Lec. v.

Testē ergo habeat vox vestra omnem hāc plebē: qr ex toto corde creditis in dñm iesum christū: vt sciāt etiam per nos seipsos ab ipso posse saluari. Cūq; infiniti confiterentur hūc esse verū deū quē petrus annūciabat, tantā spiritus sanctus gratie sue virtutem ostendit: vt omnes languentes pro sua salute recepta simul cum ceteris omnibus deum celi glorificarent. Lectio sexta.

Tunc infra septem dies plus q decem milia credētiū, baptizati sunt: et theophilus qui erat sublimior in ciuitate, domū suā in ecclesiā consecrari fecit. In qua petro aplo cōstituta est ab omni populo cathedra, ad gloriā trinitatis. ¶ In. iij. noc. añ. Qui regni claues et curam gestat ouilis, presule quoq; pio vite renouat origo. ps. Domine quis habit. añ. Hic celi terreq; petro cōmisit habenas: vt reseret claus is, et soluat vincla ligatis. ps. Domine in virtute. aña. Primus vocatione, maximus dignitate, apostolici culminis sedens petrus clauiger assecutus est, q christo ardenter obsequēs toto cum corde secutus est. ps. Dñi est terra. ℣. Iustus vt palma. ¶ Secundū Mattheum.

In illo tēpore. Uenit iesus in partes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio. vij. Cap. xvi. C

Non autem quasi nesciēs, senten-

tiam de se vel ex discipulorum vel ex-
traneorum cordibus dominus in-
quirit: sed ideo discipulos quid de
se sentiant inquirit, vt cōfessionem
recte fidei illorum digna mercede
remuneret. Nam sicut interroga-
tis generaliter omnibus petrus re-
spondit vnus p omnibus, ita quod
petro dominus respondit, in petro
omnibus respondit. Lectio octaua.
Ideo quid alij de se sentiāt inqui-
rit: vt expositis primo sentētijs er-
rantium: discipuli probarentur ve-
ritatem sue confessionis non de opi
nione vulgata, sed de ipso percepis-
se dñice reuelationis arcano. Quē
(inquit) dicunt homines esse filium
hominis. Lectio nona.
Pulchre homines appellat eos q
de filio hominis tantum loqui no-
uerant, qui diuinitatis eius arcana
nesciebant. Nam qui diuinitatis
eius mysteria capere norunt, meri-
to supra homines esse dicūtur. Re-
spondens simon petrus, dixit. Tu
es christus filius dei viui. Deū vi-
uum appellat, ad distinctionem vi-
delicet falsorum deorum, quos va-
rio delusa errore gentilitas, vel de
mortuis sibi hominibus instituit,
vel maiore dementia de insensibili
materia quos adoraret, creauit. De
quibus canitur in psalmo. Simu-
lachra gentium argētum & aurum:
9 opera manuū hominum. R. Quod-
cunque ligaueris super terram, erit liga-
tum et in celis. Et quodcunque solueris
super terram, Erit solutum et in celis. V.
Tu es (inquit petrus) christus filius dei
viui: respondens dominus ait: et ego dico
tibi quia tu es petrus, & super hanc petrā
edificabo ecclesiam meam, Et quodcunq.
Gloria patri, Erit solutum. V. Exaltent
eum in ecclesia plebis. Rm. Et in ca-
thedra seniorum laudent eum. ¶ In lau
dibus. aña Ecce sacerdos. ps. Domi-
nus regnauit decorem. et cetere an-
tiphone que sequuntur. Capitulum.
Petrus apostolus. Hymnus. Jesu
redemptor. Vsus. Justus germinabit.
ān. Quodcunque ligaueris super terram
erit ligatum et in celis: et quodcunque sol
ueris super terram erit solutum et in ce-
lis, dicit dominus simoni petro. Psal.
Benedictus. Oratio Deus qui bea
to petro. ¶ Ad primam ān. Ecce sa-
cerdos. ps. Deus in nomine. aña Ne-
iure. ps. Quicunque. ¶ Ad tertiam
ān Non est inuentus. ps. Legem po-
ne. Capitulum Petrus apostolus.
R. et V. de communi vnius confes-
soris et pontificis ad omnes horas
dicuntur: similiter et antiphone cū
oratione de die. ¶ Ad sextam aña.
Fidelis seruus. ps. Defecit. Capitulū
Benedictionem. ¶ Ad nonam ān.
Serue bone. ps Mirabilia. Capitu-
lum Cognouit eū dominus. ¶ Ad
secundas vesperas antiphona Ecce
sacerdos. Psalmi feriales. Capitu-
lum. Petrus apostolus. Hymnus
Jesu redemptor. Vsus. Justus germi
nabit. aña Iste est. ps. Magnificat.
Oratio vt supra.
¶ Sācti mathie apostoli, ad vespe-
ras ān. Estote fortes. ps feriales. et fi-
niatur in hoc festo tantū sic regnum
eternum dicit dominus. Cpm. Jam nō
estis. R. Qui sunt isti. Hymnus.
Mathia iuste duodeno solio
residēs sorte, nos a cunctis
nexibus solue peccati: vere lucis gau
dijs, quo perfruamur tuis sanctis
precibus. Annue christe. V. In om-
nem terrā exiuit sonus. ān. Beati eritis.
ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus, vt eius interuentione, tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum. Si hoc festum ante .xl. euenerit, dicitur complet. sicut in festo sancte trinitatis. Si infra quadragesimã, cõple. non mutetur. Ad matut. ix. lec. duplex fest. Lectio prima.



Dum preclara beati mathie apostoli festiuitas p anni cursus reuolutionẽ se representat: magnũ gaudium nobis multiplicat. Hodie (iuxta vocẽ psalmiste) in pace factus est locus eius, et habitatio eius in sion: qr carnis ergastulo solutus susceptus est in celũ. Lec. ij.

Deniq; (vt apostolorũ actuũ edocent scripta) postq̃ iudas suis scelestibus penã condignã se suspendendo suscepit: ne apostoli in vndenarij iperfectiõe velut decalogi transgressores remanerent: barsabam et mathiam eligentes in medio statuerũt, atq; fusa ad deum prece sortes super eos dederunt. Lectio tertia.

Legimus in veteri testamento ionam prophetã (cũ mallet fugere q̃ niniue subuersionem predicare: ob maxime tẽpestatis periculũ) sortis agitatiõe deprehẽsum. Quod licet diuina dispensatione speremus cõtigisse: nõ tamẽ trahi debet in exemplum, quod a viris gentilibus constat esse peractum. Lectio quarta.

Hec idcirco dilectissimi pfretre dignũ duximus, ne simpliciores quoq; exẽplo apostolorũ ac pphetarũ putent deũ hoc in tẽpore sortibus cõsulendũ. Mathias dei paruulus interpretatur. Dei paruulus intelligitur, humilis et quietus. Lectio quinta.

In eo impletum est quod dictũ est de iuda per prophetam dauid, Fiat habitatio eius deserta, et episcopatum eius accipiat alter. Quem iste sanctus accipiens obediendo: decorauit euangelizando. Lectio sexta.

Hodierne festiuitatis diẽ in huius sancti veneratione debita cum laude celebremus: vt precibus eius et meritis apud deũ iuuemur, q̃ in sanctis suis mirabilia operatur regnans per oia secula. Secundũ Mattheum.

In illo tpe. Respondẽs iesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre: qr abscondisti hec a sapiẽtibus et prudẽtibus, et reuelasti ea paruulis. Et reliqua. Homelia beati augustini epi. Lectio. vij. Cap. xi. D

Confessio non semper est vox peccatoris. Confitemur enim siue laudantes deum, siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraq; confessio. Qui confitetur viuit: et si peccator cõfitetur, vtriq; a morte reuixit. Confiteor tibi pater, quia abscõdisti hec a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Lectio octaua.

Qui sunt paruuli? Humiles. Qui sunt sapientes et prudentes? Superbi, irridentes, arrogantes, falso grandes. Dic te stultum, et sapiens eris. Sed dic et intus dic: quia sic est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere: prorsus quod ad teipsum ptinet quod a natura tua tenebrosus es. Lectio nona.

Quid est enim aliud esse stultũ, nisi esse tenebrosum in corde? Ita pr: qr sic fuit placitũ ante te. His ho vbis exẽpla humilitatis accipimus, ne te

mere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorumve repulsione presumamus. Cetera de communi vnius apostoli. Si vero hoc festum in quarta feria in capite ieiunij euenerit, festū differatur in crastinum licet festum loci fuerit. Cum autem bissextus fuerit, festum beati Mathie apostoli, fiat quarta die a cathedra sancti petri. F litera bis numerata. Si hoc fes. in sabbato proximo post diem cinerum contige. ibi celebretur: et secunde vespere de isto festo erunt, et solennis memoria de dominica, completorium vero quadragesime non mutetur.

¶ Sancti dauidis episcopi ⁊ confessoris nouem lectiones fiant omnia de communi vnius confessoris et pontificis secūdum picam Sar. quamuis hic sequatur seruitium de proprio sancti dauid. ¶ Sācti dauidis episcopi et confessoris. Ad vesperas ān. Iustum deduxit dominus. Psalmi feriales. Cpm. Ecce sacerdos. R. Miles christi. Hymnus. Iste confessor. V. Amauit eum dominus. ān. Gloriose presul dauid suscipe seruorū vota tuorū, et intercede pro nobis ad dominum. ps. Magnificat. Oratio.



Deus q̄ beatum confessorem tuū, atq; pontificem, angelo nunciante triginta annis ante quā nasceretur predixisti: tribue nobis quesumus vt cuius festiuitatē colimus, eius intercessione ad eterna gaudia perueniamus. Per dominū. Ad matutinas ix. lectiones fiant. Lectio prima.

Beatus patritius natiōe britān9, romanis disciplīnis erudit9: ⁊ virtutū meritis insignitus. Cum in italie partib9 vir diuturnam moram trahēs in natale britannie solum reuersus fuisset, domesticam postmodū petens prouinciam angularem repedauit terram: perlustransq; rosmam vallem intrauit. Lectio secunda.

Cui angelus apparēs dixit. Hāc tibi sedē o patrici nō prouidit deus, immo vni nondum nato, sed triginta annis posthac nascituro. Sic ergo vallis rosma dimittit beato dauid nondū nato, sicut fuerat ab angelo nunciatum. Lectio tertia.

Beatus vero dauid nōdum natus sed i vtero materno cōclusus: egregius predicator futurus diuinitus est ostēsus. Cum enim quidam magister noīe gildas populū predicando informaret: ⁊ mater beati dauid pregnans ecclesiam intraret: gildas subito obmutuit, et vltra predicare non presumpsit. Lectio quarta.

Interrogatus autē a populo cur interrupta predicatione obmutuerat, respondit. Ego communi loquela vos alloqui potui: predicare autem non valui. Quia mulier que iā rogata exiuit ecclesiam, ad demonstrandam sue prolis excellentiam: dum vobis verbum dei ꝓponerem monita celitus superuenit. Lect. v.

Cum autem cōpleretur dies natiuitatis eius scdm q angelus predi

xerat: beatꝰ dauid ingenuis ortus natalibus, leretice prouincie principis filius fuit. Ipso igitur nato et in lucem emisso: diuina miracula minime defuerunt. Lectio sexta.

Nam cum baptizaretur ab elbueo menenensi episcopo redeunte de hybernia, ac tunc applicante in portu qui dicitur gleys: ad ipsius baptizandi ministerium fons limpidissime aque emanauit: qui nūꝙ antea visus fuit. Lectio septima.

Vir quidam grandeuus, cecus a pueritia, defectum habens in naso qui eius faciem non modicū deturpabat: puerum de fonte leuauerat. Quem cum adhuc in sinu suo teneret, intelligens infantis sanctitatē: accepit aquam in qua ter immersus fuerat, et aspersit ex ea faciē suam tribus vicibus, et statim lumen oculorum ⁊ faciei integritatem mirabiliter est adeptus. Lectio octaua.

Puer autem crescebat plenus spiritu sancto: litterarumqꝫ addictus studijs super omnes coetaneos per spicacis ingenij velocitate proficiebat. Adeo nanque gratia perfusus erat: vt condiscipuli eius niueam columbam cum rostro aureo tanquā eum docentem se vidisse multotiēs testarentur. Lectio nona.

Crebrescentibus igitur in eo meritis, vir sanctus ad sacros gradatim ordines prouectus, tandem pōtificali dignitate est sublimatus. Sanctus vero dauid cum esset annorum fere centum quadragintaseptem: participato corpore et sanguine domini more christiano, animā sanctissimā suo reddidit creatori. Cetera omnia de communi vnius confessoris et pontificis.

In fest. sancti cedde epi ⁊ confes. ix. lec. fiant, omnia de cōmuni scdm picā Sar. tamen scdm vsum Lichfeld. Ad primas vesp. ān. Germanorum quatuor vnus est beatus cedda, quorum quilibet erat consecratus. ps. Laudate pueri. ān. Summo sacerdotio duo consecrantur: presulatu simplici duo venerantur. ps. Laudate dñm omnes gen. ān. His incrat numerus euāgelistarum: per quos inde fieret horum opus sacrum. ps. Lauda anima mea dominum. ān. Omnes euāgelium christi predicarunt: et vepres a vineis eius extirparunt. ps. Laudate dominū quoniā. ān. Cedda tantum ceteris erat preferendus: dignitate meriti maior ꝯ censendus. ps. Lauda hierusalem dominum. Caplm. Ecce sacerdos. ℟. O pastor digne miseris concede benigne. Quod poscunt a te confessor cedda beate. ℣. Funde preces christo pro cetu iugiter isto. Quod. Gloria patri. Quod. Hyᵒ. Iste confessor. ℣ᵒ. Amauit eum. ān. Sis pro nobis sancte cedda patronus ad dominum: vt nos regat et perducat ad celi palatium: vbi tecum et cum sanctis simus in perpetuum. ps. Magnificat. Vel ān. Pastor vigil gregis ī medio sacri verbi munitur gladio: plantans mores expulso vitio quo presente grex est in gaudio: sed absente caret solatio, cui fauet vt pater filio. Oro.

Deus qui sanctorū tuorum meritis ecclesiam toto orbe diffusam decorasti: presta q̄sumus, vt omnes qui eorum implorant auxilium, petitionis sue salutarē consequantur effectum. Per dominum nostrū iesum christū filium tuum. Ad matutinas Inuitatorium. In qua vigent iugiter solennia Virgo mater iubilet ecclesia. ps. Venite. Hymnus. Iste confessor. In primo noctur-

no ān. Mundi calcans gloriam cedda: declinauit corporis lasciuiam, dum sese claustrauit. ps. Beatus vir. ān. Jugo se supposuit christi quem dilexit qui tenendam docuit viam quā direxit. ps. Quare fremuerunt. ān. Quem cum vite sanctitas vt lux se monstrauit: eborari ciuitas archipresulauit. ps. Domine quid multiplicati. V. Amauit eum. Lectio prima



Uia nimirū quorundam vita, et cōuersatio apud deū in celesti gloria eterna esse procuIdubio dignoscit ipsos, et apud terrenos memoriter retinere ac venerari, dignum atqz compēdiosum non putatiue existimem. Tu autē domine miserere nostri.

1 R. Hūc quē magnum reddit authoritas, ceddam paruum facit humilitas. Cui nunqꝫ deest benignitas. Vsus. Non attollit illum prosperitas, neqꝫ frangit queuis aduersitas. Cui nunqꝫ deest beni. Lectio secunda.

Temporibus igitur nordan hymbrorum regis, fratris et in regnum successoris illius christianissimi regis osvvaldi: vir dei cedda i lindisfarnensi insula in loco qui lestingay dicit: in monasterio sancte marie monachicam vitam iuxta sanctorum patrum institutionem ducebat. Tu autem domine miserere

2 nostri. R. Hic legati verbo paruerat: cedens sedi cui prefuerat, Claustrum petit ꝫ non remurmurat. Vsus. Sed indignum fore se dixerat tanta cura quam pretenuerat. Claustrum petit. Lectio tertia.

Huius nanqꝫ administrationis ecclesie a fratre suo cedda orietalium anglorū antistite dignissimo, ꝫ eiusdē monasterij rectore piissimo: ibi de mundo transeunte curam susceperat.

3 R. De quo deus ita disposuit mercionum quod inde prefuit Gregi, regens hunc sicut decuit. V. Orans nocte de die docuit: per quem christi nomen innotuit. Gregi. Gloria patri. Gregi. ¶ In secūdo nocturno. ān. Hostes agni sanguine suos tunc liniuit: crucis memor domini carnē dum puniuit. ps. Cum inuoc. ān. Pugnans cōtra vitia palmam acquisiuit: armis nudam ferreis carnē dum vestiuit. ps. Uerba mea. ān. Qui sic fontem frigidum orans introiuit, et non corpus calido balneo nutriuit. ps. Domine dominus noster. Vsus. Justum deduxit dominus. &c. Lectio quarta.

Uere siquidem quatuor germani fratres: cedda et sinibil et chelim ꝫ cedda. Et (quod raro inuenitur) omnes sacerdotes domini fuere p̄clari: et duo ex eis etiā summi sacerdotij gradu functi sūt. Tu autem domine miserere nostri. R. Legem christi qui sic tenuerat: ꝫ tenēdam fore docuerat. Uite finem scire meruerat. 4
V. Hinc quiete certus transierat: qui celesti regi seruierat. Uite finem. Lectio. v.

Erat aūt presbyter vocabulo cedda: frater reuerendissimi antistitis cedde cuius superius meminimus: et abbas monasterij illius quod vocatur lestingay. Rm. Postqꝫ cedde lux presens clauditur: laus ipsius a plebe ca- 5
nitur, Hostes vincēs hic non deuincitur. V. Uis vnguenti dum pixis frangitur, cunctis patet nec plus abscōditur. Hostes vincens hic non deuincitur. Lectio. vj.

Misitqꝫ rex cū eo presbyterū summo vocabulo eadheder: q̄ postea regnante efrido ecclesie presul factus est. Uerum illi cantiam peruenientes, īuenerūt archiepiscopū cuius deus dedit iā migrasse de seculo, ꝫ alium

pro eo constitutū fuisse pontificem.
6 Tu autem domine. R. Occurrentes
ad eum languidi mox curantur et epilen-
tici. Surdi, ceci & paralytici. Uersus. Clau
di, curui, leprosi, marcidi valent huius vir
tute medici. Surdi, ceci et paralytici. Glo
ria patri. Surdi, ceci et paralytici. In
tertio nocturno aña. Ab habenis mor
tui mortis excitantur: furiosi vinculis cō
fractis sanātur. Ps. Domine quis ha-
bitabit. añ. Et curatis languidis dum
congratulantur: suis a languoribus sta-
tim liberantur. Ps. Domine in virtu-
te tua. Aña. Aque mixte puluere tumbe
cum potantur: bibentes a variis morbis
expurgantur. Ps. Domini est terra et
plenitudo eius. Uersus. Iustus vt pal-
ma florebit. Euangelium secun-
dum Mattheum.
Cap. xxv C. In illo tēpore. Dixit iesus di
scipulis suis parabolā hanc.
Homo quidam peregre proficiscēs
vocauit seruos suos, et tradidit il-
lis bona sua. Et reliqua. Homelia
bti gregorij pape. Lectio septima.
Consecratus ergo in episcopum
cedda, maximam mox cepit eccle-
siastice veritati et castitati curā im-
pendere: humilitati, continentie, le-
ctioni operam dare: oppida, rura,
casas, castella propter euangelizan
dum: non equitando sed apostolo-
rum more pedibus incedendo per-
agrare. Tu autem domine. Rēm.
7 Hic in carne vincens angelice terram te-
rit conuersans celice: christi legem seruan
do practice. Plene quidem et non eclipti-
ce. Uersus. Unde deus eum mirifice collo-
cauit in orbis apice. Plene quidem et non
ecliptice. Lectio octaua.
Sed libet nos adhuc pauca de plu
ribus addere: de quibus experti su-
mus. De eius vita et conuersatio-
ne: tam ante episcopatus acceptio-
nem, quam in episcopatu. Tu autē
dñe. R. Cedde sancti contactu loculi: san 8
tur muti, clarescūt oculi, quib9 visi exul-
tant populi. Christi legis tabescunt emu-
li. Uersus. Fama transit in fines seculi: ꝙ
sic florent diuini seruuli. Christi legis ta-
bescunt emuli. Lectio nona.
Summi igitur pontificis et ma-
gni patroni beatissimi cedde meri-
tis et titulis: insignita merciorum
prouincia vsquequaq refulget. Cu
ius maior virtutum prerogatiua re
fertur, ꝙ literis comprehendi vel
ore referri queat. Tu autem domi-
ne. R. Pie pastor et pater ouium: mercio 9
rum gregis solatium: contra mundū, car-
nem, demonium, Adsit nobis per te reme
dium. Uersus. Ut finito cursu presentium,
capiamus eternum brauium. Adsit nobis
per. Gloria patri. Adsit nobis. V9. Ora p
nobis beate cedda. In laudibus ān.
Claustri clausus carcere cedda mona- 1
chatur: vt diuinis libere vacans his vta-
tur. Ps. Dominus regnauit. ān. Cu- 2
ius fama claruit ꝙ pontificatur: lucerna
que latuit ne plus abscondatur. Ps. Iu-
bilate deo. ān. Pastor pauit populum 3
pabulo doctrine, reddēs receptaculum re-
gule diuine. Ps. Deus deus meus. ā.
Presulis officium cedda sic impleuit: ꝙ 4
cuiusq vitium generis deleuit. Ps. Be-
nedicite omnia opera. ān. Deuiātes 5
moribus oues informauit: persistentes acti-
bus sacris excitauit. Ps. Laudate do-
minum de celis. Capitulum. Ecce sacer
dos. Hymnus. Iesu redemptor. V.
Iustus germinabit. ān. Presul pie sancte
cedda ora deum pro nobis, ne peccatis ag
grauati tradamur suppliciis: sed perfrua
mur in celo perennibus gaudiis Ps. Be
nedictus dominus deus israel. ān.
Pastor pie pro tuis ouibus ora christum

deuotis precibus: vt soluantur a lupi morsibus, et sint tecum in suis edibus. psal. Benedictus. Oratio. Deus qui sanctorum. vt supra. ¶ Ad secūdas vesperas ān. Clausri. psalmi feriales. Capm. Ecce sacerdos. R. Pie pastor. Hymnus. Jesu redemptor. V. Iustus germinabit. ān. Qui mores docuit purgādo vitia: talenta duplicans cepit duplicia de manu domini regnans in gloria: quo nos ascendere det christi gratia. ps. Magnificat. Oratio vt supra. ¶ Sanctarū perpetue et felicitatis virginum et mar. tres lect. fiant. Oratio.

Da nobis quesumus domine deus noster sanctarum perpetue et felicitatis martyrum tuarum palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare: humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum no. Ad matutinas Inuitatorium. Regem virginum. ps. Venite. Hy. Jesu corona virginum. Psalmi de noctur. vnius virginis. V. Adducentur regi. Lectio prima.



Facta itaque persecutione sub valerio et galieno imperatoribus: cōprehensi sunt satyrus et saturninus duo fratres: reuocatus et felicitas soror eius et perpetua: qui iussi sunt recludi in carcere. Pater perpetue audiens eam christianam irruit in eam volens eruere oculos eius: sed ex clamore confusus exiuit de carcere. Lectio secunda.

Post hec perpetua dixit commartyribus suis. Uidi in visu scalam angustam erectam ad celum: in cuius dextera et leua erant cultri ferrei: et sub ea iacebat draco. Et super eam ascendit satyrus ad nos, dicens. Ascendite mecum: nolite timere draconem. Uidi etiam in horto ameno senem sedentem, et oues mulgētem: qui et dedit nobis de fructu lactis. Quo audito gratias agentes deo: cognouerūt se ad palmam peruenire martyrij. Lectio tertia.

In die natalis cesaris satyrus et perpetua a leonibus sunt deuorati. Saturninus vero ab vrsis erutus: gladio est percussus. Reuocatusque et felicitas a leopardis martyriū impleuerunt. R. et cetera de cōmuni plurimarum virginum.



¶ Sācti gregorij pape et doctoris, duplex festū, nouem lectiones fiant. Caplm. Ecce sacerdos magnus. Oro.

Deus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: cōcede propitius vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dnm. Ubicunque hoc festum contig. sub regula fest. annunciationis beate marie, celebretur sicut ibidē subnotatū est: ita tamen quod si in sabbato proximo ante quadragesimā hoc festum euenerit ibidem celebretur. Et secūde vespere erunt de festo, et solēnis memoria de dominica. Completorium tamen tunc de quadragesima non mutatur: sed post primas vesperas

tunc dicatur cōple. sicut in fes. sancte trinitatis. Ad matut. Lectio. i.



Gregori⁹ papa inclytus in vrbe romana a patre gordiano, matre vero syluia edit⁹: de genere senatorum originē duxit. Qui non sine magno quodam presagio: tale sortitus est nomen. Gregorius nāqꝫ ex greco eloquio, in nostram linguam vigilator, siue vigilans sonat. Lectio. ii.

Reuera etenim vigilauit sibi: dū diuinis inherendo preceptis, laudabiliter vixit. Vigilauit et fidelibus populis: dum doctrine affluētis ingenio eis quo tramite celestia scanderent, patefecit. Lectio tertia.

Disciplinis vero liberalibus (hoc est grammatica, rhetorica, dialectica) ita a pueritia est instructus, vt null⁹ in vniuersitate putaretur esse similis. Hauriebatqꝫ iam tunc sitibundo doctrine fluēta pectore: que post cōgruēter mellito gutture eructaret. Hic etiā in annis adolescētie deo cepit deuotus existere. Lec. iiii.

Tandem patre orbatus cum liberam disponēdarum rerum suarum habuisset facultatem: mox omnia que habere poterat ad opus pietatis distribuit. Sex deniqꝫ monasteria in sicilia construēs: fratres christo illic seruientes congregauit, copioseqꝫ ditauit. Septimū vero intra vrbis romane muros instituit: in quo et ipse postmodum regulari tramite (multis sibi sociatis fratribus) sub abbatis imperio militauit. Lectio quinta.

Inerat ei deniqꝫ tanta abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in ieiunijs: vt infirmato stomacho vix consistere poterit. Cernens autem romanus pontifex virtutū gradibus gregorium alta conscendere: violenter eum a quiete monasterij sui abstraxit: leuitamqꝫ septimum ad suum adiutorium consecrauit. Lectio sexta.

Non multo post pro respōsis ecclesiasticis ad vrbem cōstantinopolim gregorius est directus. In qua nouam heresim de statu nostre resurrectionis ita attriuit: vt nullus exinde inuentus sit qui eius suscitator existeret. Post obitū pelagij pape, omnis clerus populusqꝫ romanus concorditer elegerunt gregorium pontificem. Cumqꝫ tanto honore se indignum clamans, consensum generalitatis vitare non posset: extra portas fugit triduo se occultans. Lectio septima.

Post orationes et ieiunia populi tertia nocte columna lucis super eū celitus emissa: querentibus votum optabile demonstrauit. Clamante quodam anachorita contiguo vrbi quia angelos descēdentes et ascendētes per dictam columnam super eum vidit, ibidem rectorem absconditum domus dei. Lectio octaua.

Mox dilectus dei inuenitur: et (licet inuitus) papa efficitur. Directe nanqꝫ in angliam misit seruos dei: inclytum augustinum ⁊ iohannem cum aliis, qui regem cantie cum ceteris infra breue tam predicatione, ꝙ miraculis conuertebant. Multa etiam miracula per hunc ostēdit di-

uina potentia. Lectio nona.

Quedã materfamilias de manu eius communicatura: cum oblationis sue portionem sibi dari cognouisset, subrisit. Cuius cordis errorem sanctus gregorius intelligens portionem retinuit, et super altare reposuit. Completisq; mysteriis: vt dominum populus deprecaret admonuit. Factaq; oratione, carnem digiti auricularis super altare cruẽtatam inuenit. Qua virtute cognita, et eadem portione in pristinã formam orando cõuersa, eandem mulierem cum reliquis plurimum in fide christi cõfirmauit. Qui postq̃ sedem apostolice ecclesie annis quatuordecim rexisset, plenus virtutibus migrauit ad dominum. Ad matut. cpm. Benedictionem. Cetera de cõi vnius confessoris et pontificis.

Sancti edvvardi regis et marty. ix. lec. Ad primas vesperas ãn. Iste sanctus. Cap. Beatus vir qui in sapientia. ℟. Beatus vir qui suf. Oro.

Deus eterni triumphator imperij, familiam tuam propitius respice martyriũ regis edvvardi celebrantem, et presta vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti, ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per dñm. Ad matu. Lectio prima.



Sanct9 edvvardus in regni solio sublimatus, a rege regũ domino in oĩ via iustitie et veritatis dirigebatur. Cui9 auxilio fretus: magno ingenio animi, et sũma humilitate in dies crescebat. Nã nouiter adepto honore: mox pristine probitati suarũ hec incrementa virtutum accumulauit. Lectio scda.

Iuuenũ videlicet et min9 sapiẽtiũ cõsilia postponere, dũstani archipsuls monita mẽte salubriter itẽdere, et scdm eius cõsiliũ et alior religiosor spectabiliũq; viror: oĩa sua iudicia in oĩb9 studuit exercere. Tũc erat in anglia pacis tranquillitas, magnaq; rerum opulentia. Lec. iij.

Sed toti9 bonitatis inimic9 diabolus nouercã ei9 noĩe alfrith: in odiũ ipsius cõcitauit. Que zelo inuidie succẽsa psumptuosa versutia cogitare cepit qualiter virũ dei a regno extirparet: vt fili9 eius etheldredus in regno substitueretur. Lectio. iiij.

Quibusdã igit cõsiliariis propositum suũ indicauit: orans et obtestans vt ei assensum pberent, et quo ordine id fieret cogitarẽt. Qui ptinus oẽs in necẽ regis mitissimi consenserunt: et quomodo id perficerẽt meditabãtur. Cõfirmato venerabili viro in regno, cum tribus annis et octo mensibus sceptro hereditario potiretur: quadam die venandi gratia in syluam accessit: iuxta villam que dicit vvarhan, q̃ admodũ grandis tunc habebatur. Lectio quinta.

Desiderans vero fratrẽ suũ videre: ad domũ nouerce que iuxta erat, assumptis paucis profectus est. Et ecce subito in medio vie spatio (hominibus suis ludentiũ more huc illucq; dispsis) rex absq; vllo comite pm ẽsit. Tũc rex doli ignar9: ad domũ nouerce sue neminẽ verẽs tẽdit. Quo cũ appropinquaret, nũciatũ est regine impiissime regẽ edvvardum illuc solũ aduenire. Lectio. vj.

Illa igitur ad explenda sue nequi

tie desideria adipiscisse tempus idoneum gaudēs, mox ei obuiam procedit: eumqꝫ blande et amicabiliter ad hospitium inuitat. Qui renuit: et fratrem suum se velle videre denunciat. Tunc impiissima regina potum afferri iussit: vt dum ille potum gustaret, ipsa quod cogitabat impleret. Interim vnus qui scelere maior erat ficta dilectione pacis ei osculum offerebat: vt omnem suspicionem auferens eum facilius suffocaret. Quod et factum est. Nam cum rex potum a pincerna suscepisset et ori suo apposuisset: is qͥ ei osculum intulerat, ex aduerso insiliens cultello: mox eius viscera trāsfixit. Sicqꝫ charus dei de equo cadens: spiritum exhalauit. Tres vltime lectiones de expositione euangelij Si quis venit. Cetera de communi vnius martyris. Si hoc festum vel sancti cuthberti vel sancti benedicti infra passionem domini euenit. reseruetur vsqꝫ ad trāslationem eorum, fiant ibi de eis nouem lect.

¶ Sancti cuthberti episcopi ⁊ confessoris nouem lect. fiant. Oratio.



Deus qui per inestimabile munus gratie tue sāctos tuos gloriosos facis esse: pͬsta quesumus vt interueniente beato cuthberto confessore tuo atqꝫ pontifice, mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per dominū. Lectio prima.



Bone indolis adolescēs cuthbertus, cum quadam die inter pueros luderet: quidam puer quasi triennis ei occurrit, ⁊ cū lachrymis sibi ait. O stetissime antistes cuthberte: nō decet te inter pueros ludere: quem dn̄s magistrū maioribus natu destinauit. Lectio. ij.

Audiens puer cuthbertus hec, rediens domū stabilior ex illo tempore cepit esse. Et relictis seculi reb⁹, monasterialem disciplinam subijt. Qui cum suscipiēdorum officio deseruiret: angelū domini suo (vt refertur) suscepit hospitio. Lectio. iij.

Quadam die dum iuuenem quendam domum ingredi coegisset: pedesqꝫ eius lauasset: et aquam lauandis manibus dedisset: panem ad vescendum deferre voluit: sed rediens hospitem non inuenit. Circunspiciēs autem vestigia eius quo ijsset: nulla penitus inuenit. Lectio. iiij.

Stupefactus igiť vidit supra mēsam tres panes calidos īsoliti candoris, ac mire suauitatis, et dixit. Cerno ꝙ angelus dei sit quē suscepi. Quo viso maiorē ex hoc virtutibus operam dedit. Lectio quinta.

Multis igiť virtutibus preditus: ad episcopat⁹ culmē (licet inuitus) assumpt⁹ est. Qui cū parochiā suā circuiret, et verbum dei predicaret: vxorē cuiusdā comitis, prima morti, a comite rogatus in nomine dn̄i aspersione aque benedicte, plene sanatā reddidit marito suo. Lect. vj.

Alio quoqꝫ tempore veniens quidam longe egritudinis acerbitate tabefactus, ad eum accessit. Dataqꝫ super eū benedictione repulit pestē: quam medicorum manus pigmentorum compositione nequiuerat.

Lectio. vij. cum expositione euāgel.

Ad quoddā etiā monasteriū veniens: dum circa meridianam quietem sitire se diceret, aquaꝫ eius palato vinū sapiebat. Fratres

ergo astantes et inde bibentes, mirabantur adinuicem: dicentes se nunquam melius vinum antea bibisse.

Lectio octaua.

Duobus annis in regimine episcopali transactis: sciens in spiritu vir domini cuthbertus appropinquare diē sui transitus, abiecit pondus cure pastoralis, atque ad dilectū eremitice conuersationis agonem quantocyus remeare curauit. Quatenus inolita sibi solicitudinis mundane spineta: liberior prisce cōpunctionis flāma consumeret. Lec. ix.

Cumque duos fere mēses in deserto quietis exultatione transisset: subita arreptus infirmitate, et tribus hebdomadis continuis eadem infirmitate decoctus (fratribus suis in dei seruitio cōfirmatis) exitū suum dominici corporis susceptione muniuit, et erectis in celum oculis spiritum exhalauit. Cetera de communi vnius confessoris et pontificis.

¶ Sancti benedicti abbatis nouē lectiones fiant. Oratio.



Omnipotēs sempiterne deus, qui hodierna die carnis eductū ergastulo beatissimum confessorem tuum benedictum sublenasti ad celū: concede quesumus hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorum veniam delictorum, vt qui exultātibus animis eius claritate cōgaudent: ipso apud te interueniente consocientur et meritis. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuum. Lectio .j.



Fuit vir vite venerabilis gratia benedictus et nomine: ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile. Etatē quippe moribus transiens: nulli animum voluptati dedit. Qui nobili genere de prouincia nursie ortus: relictis domibus et rebus proprijs literarumque studijs, sancte conuersationis habitum suscepit. Lectio secunda.

Quem sequens sua nutrix que ipsum ardentius amabat, ad purgandum triticum a vicina muliere capisterium petijt. Quod dum incaute super mensam post se reliquit, casu fractum est, ob quod vehemēter flebat. Lectio tertia.

Huius dolori compatiens benedictus, facta oratione illud integrum nutrici sue reddidit, eam consolando. Hic plus appetens mala mundi perpeti quam laudes, nutricem suam occulte fugiens, deserti loci secessum petijt. Quo cum pergeret, monachus quidam romanus eum suscepit: et quo tenderet inquisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset, et secretum tenuit, et sancte conuersationis habitū tradidit. Lectio .iiij.

Vir dei in arcto specu se tradidit: tribusque annis (excepto romano monacho) hominibus incognitus mansit. Cumque placuit deo vitam eius exemplo hominibus demonstrare: multi seculum relinquētes ad eius magisterium festinauerunt. Lec. v.

Defuncto igitur abbate monasterij, nō lōge a loco licet diu renuēns deuictus tamē precibus, abbas ibi

effectus est. Cumque fratres sui conspicerent sibi sub eo illicita non licere: inito consilio venenum vino miscuere. Quod ipso benedicente, statim vas vitreum confractum est. Cuius causam vir dei intelligens, ad locum dilecte solitudinis redijt.

Lectio sexta.

Cum vir dei in solitudine succresceret: multi servientes deo ibi ab eo sunt congregati, ita ut illic duodecim monasteria cum christi adiutorio cõstrueret. Hic etiam defunctum filium cuiusdam rustici iurantis quod non recederet donec filium suum resuscitaret: oratione facta vivũ reddidit patri suo. Et animã cuiusdam episcopi capuani in spera ignea de nocte orans ad fenestram, ab angelis in celum deferri conspexit.

Sine expositione. Lectio septima.

Ex his autẽ monasterijs que vir dei benedictus construxerat, tria in rupibus montis erãt sita: et valde fratribus erat laboriosum ab inferioribus aquã semper deferre. Quo viso vir dei ascendit in montem: et oratione facta tres petras ibi in signo posuit. Post hec mandavit fratribus ut eandem rupem ubi easdem petras invenirent, in modico cavarent. Quo facto, defluxit aqua ubertim usque in hodiernum diem.

Lectio octava.

Quidam eius monachus dum de quodam loco super ripam laci posito vepres abscinderet: ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit. Vir autem domini benedictus tulit manubriũ et misit in lacũ: moxque ferrum de profundo redijt, et in manubrium intravit.

Lectio nona.

Quadam die apparuit ei diabolus, dicens quod ad fratres suos pergeret. Quo audito misit fratribus suis mandans quod cautius agerent: quia diabolus ad eos veniret. Quo eis nunciato, paries cecidit, et monachum parvulum occidit. Quod sanctus audiens, orationi se dedit: et monachum incolumem suscitavit. His et alijs virtutibus plenus servus dei benedictus, in senectute sua migravit ad christum. Cetera de cõmuni unius confessoris et abbatis.



In annunciatione bte marie virginis Ad vesperas super psos fer. ã. Orietur sicut sol salvator mundi: et descendet in uterũ virginis, sicut imber super gramẽ. In tempore paschali finiatur cũ alla. Cap.

Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel: butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Esaie vii. B

R. Christi virgo. Hymnus.

Ave maris stella, dei mater alma: atque semper virgo, felix celi porta.

Sumens illud ave, gabrielis ore: funda nos in pace, mutans nomen eve.

Solve vincla reis, profer lumen cecis: mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Nostra te esse matrem, sumat per te precem: qui pro nobis natus, tulit esse tuus.
Virgo singularis, inter omnes mitis: nos culpis solutos, mites fac et castos.
Vitam presta purã, iter para tutum: vt videntes iesum, semper colletemur.
Sit laus deo patri, summo christo decus: spiritui sancto, trinus honor vnus. Amen. ℣. Rorate celi desup: ãn. Ingressus angelus ad mariam dixit, aue maria gratia plena, dominus tecum. Psalmus. Magnificat. Oratio.
Deus qui de beate marie virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis, vt qui vere eam dei genitricẽ credim⁹, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundẽ. Si hoc festũ in quadragesima cõtige. fiat tũc solennis memo. de ieiu. ad vtrasqꝫ vesp. ⁊ ad matu. Cõple. xl. nõ mutat, nisi qp in fine hym. dr̃ Gloria tibi dñe, q̃ natus. quando extra passionem dñi contig. ¶ Ad matu. Inuit. Aue gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. ps. Venite. Hymnus.
Quem terra, põtus, ethera, colunt, adorant, predicant: trinam regentem machinam, claustrũ marie baiulat.
Cui luna, sol ⁊ omnia, deseruiunt per tempora: perfusa celi gratia, gestant puelle viscera.
Beata mater munere, cui⁹ supernus artifex, mundum pugillo continens, ventris sub arca clausus est.
Beata celi nuncio, fecunda sancto spiritu: desideratus gẽtibus, cuius per aluum fusus est.
Gloria tibi dñe q̃ natus es de vir.
¶ In. i. noctur. ãn. Prophete predicauerunt nasci saluatorem de virgine maria. ps. Dñe dñs noster. ãn. Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, ⁊ germinet saluatorẽ. ps. Celi enar. ãn. Egredietur virga de radice iesse, et replebitur oĩs terra gloria dñi, ⁊ videbit omnis caro salutare dei. ps. Dñi est terra. ℣. Ex sion species decoris ei⁹. ℟. Deus noster manifeste veniet. Lectio. i.
Ingressus angelus ad mariã dixit. Aue gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu ĩ mulierib⁹. Que salutatio ꝗtum humane ꝯsuetudini in audita est, tãtũ ⁊ beate marie dignitati cõgrua. ℟. Ingressus angelus ad mariã ait. Aue maria gr̃a plena: dñs tecũ. ℣. Bñdicta tu in mulieribus, ⁊ bñdictus fructus ventris tui. Aue. Lectio secũda.
Vere etenim gratia erat plena, cui diuino munere collatum est: vt prima inter feminas gloriosissimũ deo virginitatis munus offerret. Unde iure angelico aspectu simul ⁊ affatu meruit perfrui: q̃ angelicã studuit imitari vitam. ℟. Suscipe verbũ virgo maria quod tibi a dño p angelũ trãsmissum est: cõcipies per aurẽ, deũ paries ⁊ hoĩem: Ut bñdicta dicaris inter oẽs mulieres. ℣. Paries quidẽ filiũ, sed virginitatis nõ patieris detrimẽtum: efficieris grauida, et eris mater semper intacta. Ut benedi. Lectio sexta.
Vere gratia erat plena: cui ipsum per quẽ gratia ⁊ veritas facta est, iesum christum generare donatum est. Et ideo vere dñs cũ illa erat: quã ⁊ pri⁹ nouo castitatis amore a terrenis ad celestia de-

siderāda sustulit: ⁊ postmodū(me-
diante humana natura)omni pleni
tudine diuinitatis consecrauit. ℟.
3 Maria vt audiuit, turbata est in sermone
angeli, Et cogitabat qualis esset ista sa-
lutatio. ℣. Quomodo fiet istud(ait maria)
quia virū nō cognosco? Et co. Gloria. Et.
¶ In .ij. noctur. ān. Ecce veniet deus
et homo de domo dauid sedere in throno
in eternū. ps. Eructauit. ān. Sup soliū
dauid ⁊ super regnū eius sedebit in eter-
nū. ps. Deus nr̄ refu. ān. Super te hie-
rusalē orietur dn̄s, ⁊ gloria eius in te vi-
debitur. ps. Fundamenta. ℣. Egredie
tur virga de radice iesse. ℟. Et flos de ra
dice eius ascendet. Lectio quarta.

Uoce benedicta inter mulie-
res: que sine exemplo mulie
bris cōditionis, cū decore virginita
tis gauisa est honore parētis, quod-
qȝ virginē matrē decebat, dei filium
procreauit. Que postq̄ more huma
ne fragilitatis et visione angelica,
et insolita est salutatione turbata:
mox idē āgelus eā repetito sermone
4 ne timeat hortat. ℟. Dixit angelus ad
mariā: ne timeas maria, Inuenisti gratiā
apud deū. ℣. Ecce cōcipies ⁊ paries filiū:
⁊ vocabis nomē eius iesum. Inue. Lec. v.

Quodqȝ maxime timorē pelle
re consueuit, quasi bene co-
gnitam ac domesticam proprio no
mine eā vocat. Et quare gratia ple
nam diceret, diligenter edocet. Ne
timeas(inquit)maria: iuenisti gra-
tiam apud deū. Ecce cōcipies i vte-
ro et paries filiū: ⁊ vocabis nomen
eius iesum Hic erit magnus, et fi-
5 lius altissimi vocabitur. ℟. Ecce cō-
cipies ⁊ paries filiū. Et vocabitur nomen
eius iesus. ℣. Hic erit magnus et filius al-
tissimi vocabitur: ⁊ dabit illi dn̄s deus se-
dem dauid patris eius. Et vo. Lec. vi.

Notandus solerter ordo ver-
borum: ⁊ tāto arctius est cor-
di inserendus, q̄to manifeste patet
quia in his tota redēptionis nostre
summa cōsistit. Nam manifestissi-
me dn̄m iesum(id est saluatorē no-
strum)et verum dei patris, et verū
hois matris filiū predicauit. Ecce
(inquit)cōcipies in vtero, et paries
filiū. Agnosce verū hunc hoiem ve-
ram de carne virginis assumpsisse
substantiā carnis. Hic erit magnus,
⁊ filius altissimi vocabitur. Confite-
re eundem etiam verū deum de deo
vero, et eterno patri filium esse sem
per coeternum. ℟. Dabit illi dn̄s deus 6
sedem dauid patris eius, Et regnabit in
domo iacob In eternū. ℣. Et regni eius
non erit finis. Et reg. Gloria. In eternū.
¶ In .iij. noc. ān. Benedicta tu in mu-
lieribus, ⁊ benedictus fructus vētris tui.
ps. Cātate. j. ān. Dabit ei dn̄s deus sedē
dauid pris eius, ⁊ regnabit in eternū. ps.
Dn̄s regnauit exul. ān. Beata es ma
ria q̄ credidisti: perficietur in te que dicta
sunt tibi a domino. ps. Cantate. ij. ℣.
Egrediet dominus de loco sancto suo. ℟.
Ueniet vt saluet populum suum a pecca-
tis eorum. ¶ Secundum Lucam.

In illo tēpore. Missus est an- Cap.
gelus gabriel a deo, in ciuita i. C
tem galilee, cui nomen nazareth: ad
virginē desponsatā viro cui nomen
erat ioseph, de domo dauid, ⁊ nomē
virginis maria. Et reliqua. Home-
lia venerabilis bede pbr̄i. Lec. vij.

Idcirco angeli priuatis nominibus
censentur: vt signetur per vocabu-
la etiam in operatione quid valeāt.
Neqȝ eñ in illa sancta ciuitate quā
de visione oipotētis dei plena scien
tia perficit: idcirco ppria noia sor-
tiuntur, ne eorū psone sine noibus

sciri non possint. Sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt: apud eos etiam nomina a ministeriis trahunt.
7 ℟. Quomodo fiet istud (respondit maria) quia virum non cognosco? angelus ad hec. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ℣. Ideo quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Spiritus. Lec. viij.

AD Mariam ergo virginem gabriel mittitur: qui dei fortitudo nominatur. Illū quippe veniebat nunciare: qui ad debellādas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur. Dominus fortis et potens: dominus potēs in prelio. Et rursum. Dominus virtutum ipse est rex glorie.
8 ℟. Dixit autem Maria ad angelum: ecce ancilla domini. Fiat mihi secundum verbum tuum. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te, cum respondisset angelus: ait maria. Fiat. Lectō. ix.

PEr dei fortitudinem ergo nunciandus erat: qui virtutum dominus et potens in prelio contra potestates aereas ad bella veniebat. Ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph, de domo dauid: et nomen virginis maria. Multas ob causas saluator nō de simplici virgine: sed de desponsata voluit nasci.
9 ℟. Christi virgo dilectissima virtutum operatrix opem fer miseris. Subueni domina clamantibus ad te iugiter. ℣. Quoniam peccatorum mole premimur, et non est qui adiuuet. Subueni domina. Gloria patri et filio. Subueni. ℣. Emitte agnum domine dominatorem terre. ℟. De petra deserti ad montem filie sion. ¶ In laudibus. ā.
1 Angelus domini nunciauit Marie: et cōcepit de spiritu sancto. psalmus. Dominus regnauit. ān. Ne timeas maria 2
inuenisti gratiam apud dominum: ecce concipies et paries filium. ps. Jubilate. ān. Quomodo fiet istud angele dei qa 3
virum in concipiendo non pertuli? audi maria virgo christi, spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ps. Deus deus meus. ā. Spiritus sanctus in te descendet maria, ne 4
timeas habens in vtero filium dei. ps. Benedicite omnia. ā. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbū tuum. 5
Psal. Laudate dominum de celis. Capitulum. Ecce virgo. Hymnus.

O Gloriosa femina, excelsa supra sydera: qui te creauit prouide, lactasti sacro vbere.

Quod eua tristis abstulit, tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles, celi fenestra facta es.

Tu regis alti ianua, et porta lucis fulgida: vitam datā per virginem, gentes redempte plaudite.

Gloria tibi domine. ℣. Elegit eam. ā. Missus est gabriel angelus ad mariam virginem desponsatam ioseph. ps. Benedictus. Oratio. Deus qui de beate. ¶ Ad primam. ān. Angelus domini. ps. Deus in nomine. ān. Gratias tibi. ps. Quicunque. ¶ Ad tertiam. ān. Ne timeas. ps. Legem pone. Cap. Ecce virgo. ℟. Diffusa est. Specie tua. Oratio vt supra. ¶ Ad sextam. ān. Quomodo fiet. ps. Defecit. Capitulū.

EGredietur virga de radice iesse: Esaie
et flos de radice eius ascēdet, 11. A
et requiescet super eum spiritus domini. ℟. Specie tua. ℣. Adiuuabit eam. ¶ Ad nonam. ā. Ecce ancilla domini. ps. Mirabilia testimonia. Capitm.

EGredietur dominus de loco vbi
sctō suo: veniet vt saluet po- supra
pulū suū. ℟. Adiuuabit eā. ℣. Elegit.

Ad secundas vesperas. añ. Angelus domini. ps. Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. De pfundis. Memento. Cap. Ecce virgo. R. Quomodo fiet. Hy. Aue maris stella. V. Elegit eam. ã. Uirgo dei genitrix ex qua lux oriri dignata est eterna, intēde supplicum tuorum preces seruorum: vt per tua sancta suffragia mereantur possidere regna celestia. ps. Magnificat. Oratio. vt s. Quādo hoc fes. in aliqua do. xl. contige. semper differatur vsque in crastinum: nisi fes. loci fuerit: tūc enim non debet differri nisi in do. passionis vel ramis palmarum contige. Si vero in aliquo sabba. xl. hoc festum euene. semper vltime vespere de sancta maria fient: et solen. memoria de sequenti do. nisi in sabba. passio. do. & etiā in sabbato palmarum, tunc enim dicuntur vespere de do. et solennis memo. de fes. Cū autem in secunda feria hoc festum annuncia. beate marie celebratur, semper in do. erunt vespe. de fes. & solen. memoria de do. Quando vero īfra passionem domini euene. semp fiat fes. cū Gloria patri. & neuma & R. Jesu christe & cū isto V. Qui de virgine. Tamen infra xl. comple. xl. non mutatur. Si vero in. iiij. fer. proxima ante pasc. contig. ibidem solenniter celebretur: vltime tamen vespe. non de fes. sed de fer. erunt, & solen. mēo. de fes. Similiter fiat si fes. scti ambrosij in predicta. iiij. fer. eue. sicut ibidem supra dictū est. Si vero in quinta fer. in cena domini: vel ī duobus diebus sequen. vel in hebdom. pasc. hoc fes. contige. diffe. vsqz post octa. pasc. vbi conuenientius in ipa hebdom. possit celebrari scilicet vbi possit habere suas vtrasqz ves. Similiter fiat de cete. fes. duplicib9 supradictis tēporibus ztingentibus.

¶ In pascha. tēpore hoc modo fiat seruitium. Ad vtrasque vespe. oīa fiant sicut prenotatum est: except o qp hic fiat solennis memo. de resurrectione: et R. et ã. tam ad vesperas quam ad matuti. cū Alleluia. finiantur. Completo. vero pascha. tēporis non mutatur nisi qp in fine hymni dicatur Gloria tibi domine qui natus. scilicet post V. Quesumus auctor omnium. Similiter fiat in fine omnium hymnorum eiusdem metri ad matu. & ad vespe. et ad alias horas huius diei. ¶ Ad mat. Inui. Aue maria. ps. Uenite. Hymn9. Quē terra. Tres prime antiphone cum suis psalmis dicantur et finiantur cum alleluia. V. Ex sion species. Euangelium secundum lucam. In illo tēpore. Missus est angelus. R. Ingressus angelus. R. Dixit autem. R. Christi virgo. ps. Te deum lauda. V. Emitte agnum. In laudibus omnia fiant vt supra. Memoria de resur. & finiantur omnes antiphone & R. cum alleluia. Capitulum et cetera vt supra dictum est. ¶ Sancti richardi episcopi et confessoris. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuā meritis beati richardi confessoris tui atque pontificis fecisti miraculis coruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessione ad eternā beatitudinis gloriam peruenire. Per dominum no. Cetera de communi vnius confessoris & pontificis cum. ix. lec. de cōmuni, si ante passionem euenerit. Si vero infra passionem contigerit: nihil fiat de festo. Cum autem in oct. pasche forte contig. differatur vsqz

in .iij. feriam sequentem: ⁊ fiant ibi tres lectiones cum regimine chori. Et ad secundas vesperas tunc de sancto ambrosio fiat solennis memoria de sancto richardo. oro vt s.

Sancti ambrosij epi ⁊ cfes. atqꝫ doctoris dupl. f. s. Ad vesperas. cp. Ecce sacerdos magnus. Oratio.



Eus qui populo tuo eterne salutis btm ambrosiũ ministrũ concessisti: psta qs vt quem doctorem vite habuimus in terris, itercessorem semp habere mereamur in celis. p. Ubicũqꝫ hoc fe. s. eue. sub regula festi annũciatio. b. mar. celebretur: sicut ibidem prenotatum est. Lect. j.



Mbrosi⁹ Rome natus, ⁊ disciplinis liberalibus decẽter erudit⁹: iuxta parẽtum suorum nobilitatem, ad regendum liguriam ⁊ emyliam prouincias, consulari dignitate est promotus. Eo tempore in vrbe mediolana mortuo auxencio arianorum episcopo, cũ de substituendo inter catholicos et arianos orta esset seditio: ambrosi⁹ adhuc catecuminus pro eisdem sedandis ibi aduenit. Lectio secunda.

Et dum plebem alloqueretur, subito vox infantis sonuit in populo ambrosium episcopum. Mox omnes incredibiliter vnanimi consensu: ambrosium sibi acclamant dari episcopum. Jussu ergo imperatoris (quamuis multum renitens et effugere laborans) ambrosius capitur, et baptizatur. Octaua vero die cum summa letitia cunctorum, episcopus est ordinatus. Qui statim oĩa q̃ i auro ⁊ argẽto habere potuit ecclie dei ⁊ paupibus tribuit. L. iij.

Erat autem venerabilis episcop⁹, multe abstinentie ac vigiliarũ, quotidiano ieiunio macerans corpus. Eratqꝫ pro pauperibus et captiuis nimiũ sollicitus: atqꝫ in orãdo assiduus: ⁊ in diuinis rebus implẽdis fortissimus. Eo tempore romam adiẽs quedã paralytica ad eũ se portari fecit: atqꝫ orãti ⁊ imponẽti sibi manus vestimenta attigit. Que cũ oscularetur: statim sanitate recepta ambulare cepit. Lectio quarta.

Tractãte quadam die sctõ ambrosio verbũ dei in ecclesia, quidã acerrimus arianorũ sectator angelum ad aures sancti episcopi tractantis vidit loquentem, quasi qui sibi indicaret quid populo nunciare deberet. Quo viso ad fidem catholicam se cõtulit: et quam expugnabat defendere cepit. Lectio quinta.

Cuiusdã clarissimi viri fili⁹ apud quẽ vir sctũs hospitabat in ciuitate florẽtina: subita ĩfirmitate defunctus est. Quem mater fide plena in lecto ei⁹ imponẽs: sperauit ipsi⁹ beati viri meritis a morte suscitatum iri. Qui fidẽ matris intelligẽs: orãdo promeruit vt viuũ matri redderet, quem mortuũ inuenit. Lect. vj.

Cum vir sctũs quadragesimũ tertiũ psalmũ tractaret, exceptore ei⁹ presente: subito in modũ scuti breuis ignis super caput eius resplenduit: atqꝫ in os ei⁹ visus est ĩgredi.

Postea vero facies eius tanquam nix incanduit. Ex quo quidem spiritus sancti gratiã in eum venisse: sine dubio cognosci potuit. Paschali solennitate appropinquante vir sanctus infirmitate captus, post orationem vidit christum ad se venientem: ꝛ parum ante lucẽ die sabbati pasche (sumpto christi sacramento) spiritum exhalauit. Tres vltime lectiones de expositione euãgelij. ¶ Secundum Mattheum.

Cap. 5. B. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Et reliqua. Omelia excerpta de diuer. tractatibus. Lect. vij.

Predixerat dominus discipulos suos pro sui nominis cõfessiõe persecutionem passuros. Et vt eos cõsolaretur: subiunxit dicens. Uos estis sal terre. Ac si diceret. Illi persequẽtur: sed nolite timere, quia sal terre vos eritis. Lectio octaua.

Per sal autem celestis sapientia designatur. Sal autem per aquam et ardorem solis et flatum venti, ex altera natura commutatur in alteram. Sicque apostoli et apostolici viri per aquã baptismatis et ardorem fidei et per flatum venti, id est donum spiritus sancti: ex terrena generatione in spiritualẽ sunt commutati. Lectio nona.

Salis natura hec est. Humores exiccat, fetorem aufert, vermes procreare non sinit. Ita et celestis sapientia carnalium delectationũ humores exiccat, male conuersationis fetorem aufert, libidinose cogitationis vermes procreare nõ sinit. Illum vermẽ extinguit de quo esaias ait. Uermis eorum non morietur: et ignis eorum nõ extinguetur. R. ꝛc. de cõmuni vnius confesso. ꝛ pontificis. In laud. Cp. Benedictionẽ. Post pasc. tamen dicitur in lau. cp. Ecce sacerdos. Ad secundas vesp. dicitur R. Sancte N. christi confessor. Quando vero post pas. hoc fest. contige. fiãt tres lectio. de sex propriis lec. sancti ambrosij: ꝛ legantur bine et bine. Similiter fiat de sctõ dunstano, aldelmo, augustino anglorũ apostolo: et consimilibus. Ad vesp. in paschali tempore R. Filie hierusalem. Cetera omnia de cõmuni vnius confessoris ꝛ ponti. pasch. tẽporis.

¶ Sctõr. tyburtij ꝛ valeriani martyrum sine regimine chori. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Tyburtij et Ualeriani, atque maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominũ nostrum iesum.

¶ Et notandum est ꝙ omnia fest. iij. lec. sine regimine chori ab octa. pasche vsque ad penteco. habent. Inuitatorium dup. Lectio prima.



Ualerianus atqꝫ tyburtius frater eius, cũ per predicationem btẽ cecilie credidissent ĩ dominum, ꝛ a papa vrbano baptizati fuissent: iussi sũt ab almachio pfecto aut sacrificare, aut capitalẽ subire sentẽtiã. Qui cũ sacrificare nollẽt: a maximo cornicularío ducti sũt ad locũ certaminis. R. ij.

¶ Cumqꝫ increpasset eos ꝙ ad mor-

tem quasi ad epulas ita leti festina-rent, dixit ei tyburtius. Nisi pro certo sciremus alteram vitam esse perpetuam, nūquā nos istam amittere gauderemus. Dixit ei maximus. Si possem apud me certum habere quod loqueris: optarē et ego istam vitam contemnere. Lectio tertia.

Valerianus dixit ei. In hora qua corpore exuemur, aperiet tibi dominus oculos tuos: et videbis cum quanta gloria vita illa suscipietur. Impetratoqz a carnificibus unius diei spacio, per predicationē eorum maximus cum omni domo sua, et ipsi carnifices ceciderunt: et a sancta cecilia baptizati sunt, et simul martyrio coronati. Cetera de communi plurimorum martyrum pasc. temporis. ¶ Sancti alphegi episcopi ⁊ marty. Cpm. Omnis pontifex. iij. lc. de cōi sine regimine cho. Or.

Deus qui beatum alphegum confessorem tuum sacerdotij dignitate et palma martyrij decorasti, concede propitius: ita nos apud te eius intercessionibus adiuvari, ut cum eo possimus in eterna felicitate letari. Per dn̄z. Cetera de cōmuni unius marty. et pontificis pasc. temporis, cum cp. ⁊ lec. unius marty. et pontificis alterius tpis.

¶ Sancti Georgij martyris tres lectiones cum regimine chori duplex festum. Capitulum. Iste sanctus pro lege. Oratio.

Deus qui nos beati Georgij martyris tui meritis et intercessione letificas, concede propitius ut qui eius bn̄ficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Lectio prima.



Sanctus et verus dei cultor georgi⁹ cappadocie regiōis oriūdus, cū videret multos deum blasphemātes, ⁊ cū daciano demones adorantes: spū sancto repletus in hanc vocē prorupit. Omnes dij gētium demonia, dn̄s autē celos fecit. Dacianus ait ei. Qua temeritatis audacia nobis iniuriā irrogans: deos nostros demonia vocas. Fatere tamen ex qua prouīcia huc aduenisti, vel quo nomine vociteris. Lctō. ij.

Sanct⁹ georgius dixit. Christianus et dei seruus sum. Georgius nuncupor, genere cappadocus: patrie mee comitatum gerens: Elegi vero temporali dignitate carere, et immortalis dei imperio deseruire. Dacianus ait ei. Erras georgi. Accede: et immola deo apollini. Beatus georgius respondit. Domino meo iesu christo exhibeo culturam regi omnium seculorum: non apollini auctori demoniorum. Lctō. iij.

Iratus dacianus iussit sctm̄ georgium in equuleo levari: et extēsum membratim ungulis lacerari. Deinde lateribus eius lampades ardentes applicari. Salē vero in vulnera aspergi: et cilicio plagas eius fricari. Plumboque bullienti georgium immitti, extractumqz per vicos ut reum fecit trahi. Cumqz traheretur ad locū supplicij, flexis genibus gratias egit deo: ⁊ sic capitalem pro christo subiit sententiam.

Cetera de cōmuni vnius martyris paschalis tēporis. Si hoc fes. in oct. pasc. contige. differatur in crasti. et in do. ij. vespere erunt de fes. et fiat solen. memoria de dominica, et de resurrectione. Similiter fiat tunc ad primas vesperas de sctō marco.

Sancti marci euāgel. iij. lec. duplex festū. Ad vtrasqȝ vespas et ad matutinas ⁊ ad terciā. Capitulum.

Eph. 4. B. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mēsuram donationis christi: propter quod dicit: ascendens christus in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Oratio.

Deus qui beatū marcū euangelistam tuū euangelice predicatiōis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere, et oratione defendi. Per dominū. Ad matutinas tres psalmi dicūtur de apostolis secundum ordinem noc. Lectio pria.



Beatus marcus euāgelista ab egypti partibus alexandriam proficiscens: mox vt ingressus est ciuitatem calciamētum eius disruptum est. Hoc ipse intelligēs ait. Vere iter meum expeditū est. Tradidit autem calciamentum suū cuidam sutori. Qui dum emendare cepisset calciamentum, grauiter vulnerauit manum suam: et exclamauit: Unus est deus. Beatus ergo marcus gaudēs expuit in terram: lutoque facto in nomine christi liniuit manum eius. Quo viso sutor ille nomine anianus, cum omni domo sua baptizatus est. Lectio scda.

Cumqȝ beatus marcus ad fidem christi multos conuertisset: querentibus eum ciuibus apprehendere, anianum ordinauit episcopum et pentapolim perrexit. Ordinatisque ibi episcopis et clericis post biēniū alexandriam rediit. Lectio tertia.

Cumqȝ gentiles cognouissent beatum marcum ibidem alexandriam aduenisse, ⁊ multa miracula fecisse, apprehenderunt eum in paschali solennitate missam celebrantem. Ponentesque funem in collo eius: dixerunt. Trahite bubalum ad locum bubali. Ille autem cum traheretur gratias egit deo, dicēs. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Et hec dicens sanctus marcus, cum palma martyrij migrauit ad christū. Cetera de communi vnius euange. pasc. tēporis. Ad. iij. Cp. Vnicuiqȝ nostrū. Ad sextā. Cap.

Qui descēdit ipse est et qui ascendit super omnes celos, vt adimpleret omnia. Ad nonā. Cp. Eph. 4. C.

Et ipse dedit quosdā quidem apostolos, quosdā autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum. Vbi supra.

Ad secundas vesperas. ān Sancti tui domine. p̄. Dixit dominus domino, et ceteri psalmi de apostolis. Capitulum Vnicuique. R. Candidi facti sunt. oratio vt supra. Si hoc festum infra hebdoma. pasche contige. diffe. vsque post octa. pasche, et vbi conuenientius possit celebrari celebretur: et vbi possit vtrasque habere vespe. De ieiunio vero tūc nec de proces. que solet fieri eo die, nihil fiat nec post nec ante in illo anno: nec etiam si hoc fest. in aliqua do. post octa. pasche euene. sed tunc fes.

non diffe. immo fiat totũ seruitium de fes. et solen. memoria de dominica ⁊ postea de resurrectio. et proces. ante crucem ad vespe. in sabba. more solito, tamen de ieiunio nec de ꝓcessione q̄ solet fieri post mis. de sancto marco: nihil fiat eo anno. Quanis alia fest. post oc . pasche hoc fes. contige. fiat ieiunium et proces. more solito. De hebdo. vero penteco. eadem regula seruetur que in hebd. pasche. ¶ Sancti vitalis martyris tres lectiones fiant cum regi. chori. Si hoc fes. et festum sancti georgij in eadem hebdoma. contigerint, tũc in hoc fest. dicitur. Cap. Beatus vir qui in sapientia. sin autem, dicitur. Capitulum. Iste sanctus. Oratio.

Presta q̄sumus omnipotens deus: vt intercedente beato vitale martyre tuo: et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per. Lectio prima.



Sanctus Vitalis ɔsularis pater sãctoꝝ geruasij ⁊ prothasij: cum paulino iudice suo rauennam ingressus est. Cõtigit aũt ibi quẽdã xp̄ianũ noīe vrcisinum arte medicũ, natione liguriũ: post nimia tormenta capitalem accepisse sentẽtiã. Qui cum duceretur ad decollandum, expauit. Le. ij.

Tunc ei vitalis dixit. Noli vrcisine medice qui alios curare consueuisti: temetipsum eterne mortis iaculo vulnerare. Quod ipse audiẽs, penitentiam egit quod expauisset, ⁊ genuflexo capite truncatus est. Cuius corpus vitalis sepeliuit: ⁊ vltra ad iudicem ire noluit. Lectio tertia

Paulinus igitur iussit vitalẽ teneri, ⁊ eũ in equuleũ leuari. Cui vitalis in equuleũ leuatus ait. Infinita tibi dñat stultitia: vt putes ꝑ tormenta meipsum decipere, q̄ alios a periculo deceptiōis studui liberare. Tũc iussit eũ paulinꝰ ĩ foueã supinũ iactari, ⁊ lapidibꝰ obrui. Taliq; martyrio victor migrauit ad celũ. Cetera de cõi vniꝰ mart. pasc. tpis.

¶ Sanctorũ apostoloꝝ philippi et iacobi dupl. fes. Ad vespe. sup psal. feria. aña. Vado parare vobis locum: et iterum venio ad vos alleluia: et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. Capitulũ.

Stabunt iusti in magna cõstãtia aduersus eos q̄ se angustiauerũt, ⁊ qui abstulerunt labores eorum. ℟. Candidi facti sunt. hyꝰ. Tristes erãt apostoli. ℣. Gauisi sunt discipuli. ℟. Viso dño alleluia. ã. Tanto tempore vobiscum sum ⁊ non cognouistis me: philippe qui videt me, videt ⁊ patrem meũ alleluia. ps. Magnificat. Oro. Sap. 5. A.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi ⁊ iacobi solẽnitate letificas: presta quesumus vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per do. Memo. de resur. ¶ Ad matu. inui. Exultent in do. ps. Venite. Hymnus. Tristes erant apo. ãn. Tristitia vra. Tres psalmi de cõi apostolorũ dicantur reliqui temporis, scdm ordinem noc. ℣. Gauisi sunt discipuli. ℟. Viso dño all'a. ¶ Secũdũ Ioannẽ.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nõ turbetur Ioan. cor vestrum. Creditis in deum, ⁊ in 14. A me credite. In domo p̄ris mei mansiones multe sunt. Et reliqua.

Omelia beati augustini epi. Lec. j.
Erigenda est nobis fratres charissimi ad deum maior intētio, vt verba sancti euangelij que modo in nostris auribus sonuerunt, etiā mēte capere vtcunq possimus. Sciens redemptor noster discipulorum animos ex sua passione et morte perturbandos: antequam pateretur resurrectionis sue gloria et secum commorandi spe, eorum animos erigere curauit. R. de communi apl'orū pasc. temporis dicuntur. Lectio. ij.
Iacobus qui et frater domini dicitur cognomēto iustus: post passionē domini statim ab apostolis hierosolymorum episcopus est ordinatus. Hic ex vtero matris sue sanct⁹ fuit, vinum et siceram non bibit: carnem nullam comedit. Hic etiam pānis laneis tantum vtens, solus ingrediebatur templum, orans pro populi ignorantia: ita vt calles in eius genibus apparerent. Hūc igitur christum confitentem pharisei de pinnaculo templi precipitauerunt. Post hec fullonis fuste in cerebro percussus occubuit: et ibidem iuxta templum sepultus est. Le. iij.
Post passionē domini per annos circiter viginti: sanctus philippus in scythia euangeliū xpi p̄dicauit. Cunq ductus esset a gentilibus ad statuam martis ad sacrificandum: exiit de subtus statua draco ingēs: qui percussit pōtificis filiū et duos tribunos. Quos cū mortui essent: apostolus suscitauit. Quo viso: oēs qui eum persequebātur penitētiam egerunt: et per p̄dicationē eius multa milia hoīm baptizati sunt. Constructisq ecclesiis et ministris eis ordinatis asiam rediit: vbi btō fine dormiuit in pace, et ibidē sepultus est. V. Cognouerunt dominum. R. In fractione panis alleluia. ¶ In lau. ān.
Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis alleluia. ps. Dominus reg. 1
ān. Philippe qui videt me, videt et patrem meum alleluia. ps. Jubilate. ān. Ego 2
sum via, veritas et vita: nemo venit ad patrem nisi per me alleluia. ps. De⁹ de⁹. 3
ān. Spūs et anime iustorum hymnū dicite deo nostro alleluia alleluia. ps. Benedicite. 4
ān. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcunque petieritis fiet vobis alleluia. p̄. Laudate. 5
Cp̄. Stabūt iusti. Hy⁹. Claro pasc. V⁹. Gaudete iusti. ān. Non turbetur cor vestrum neq formidet: creditis in deum, et in me credite: in domo patris mei māsiones multe sunt alleluia alleluia. ps. Benedictus. or. Deus qui nos. Mēo. de resurre. ¶ Ad. j. ān. Dn̄e ostende. p̄. Deus in noīe. ān. Gratias. ps. Quicunq. ¶ Ad. iij. ān. Philippe. ps. Legem pone. Cp̄. Stabunt. R. Gauisi sunt discipuli Alleluia alleluia. V⁹. Viso domino, Alleluia. V⁹. Domine ostende. ¶ Ad. vj. ā. Ego sum. p̄. Defecit. Cp̄.
Virtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectionis iesu christi domini nostri: et gratia magna erat in omnib⁹ illis. Actu. 4. B.
R. Domine ostende nobis patrem Alleluia alleluia. V. Et sufficit nobis. V. Non turbetur cor vestrum. ¶ Ad. ix. ān. Si manseritis. ps. Mirabilia. Capitulū
Ibant apostoli gaudētes a cōspectu cōcilij, qm̄ digni habiti sunt pro nomine iesu cōtumeliā pati. Actu. 5. B.
R. Non turbetur cor vestrum Alleluia alleluia. V. Neq formidet. V. Cognouerunt dominum. R. In fractione panis alleluia. ¶ Ad secūdas vef. ān. Domine ostende. ps. Dixit do. et ceteri psal.

de apostolis. Cp. Stabunt iusti. R. Candidi. Hy. Claro pasc. V. Gaudete iusti. An. Si cognouissetis me, et patrem meum vtique cognouissetis, et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum alleluia. Ps. Magnificat. Oratio vt supra.

¶ Quando hoc vel aliud duplex festum in octa. pasche forte contigerit: differatur in crastinum, et in dominica erunt vespere de festo: et solennis memoria de dominica, et de resurrectione. In crasti. vero tunc fiant vespere de cruce: et solen. memoria de apostolis, & postea de martyribus. Si vero hoc festum in vigilia ascensionis domini euene. ibi celebretur, & ad primas vesperas de ascensione fiat solennis memo. de apostolis. Si vero in die ascensionis domini hoc festum forte cõtigerit, differatur in crastinum: & etiam de apostolis tunc fiet solennis memoria ad secundas vesperas in die ascensionis. Et in crastino erũt vespere de apostolis, et solennis memoria de inuentione sancte crucis, et de mar. & proces. fiat ante crucẽ: & in introitu chori de sancta Maria.



¶ In inuẽtiõe s. cru. Ad. i. vesp. sup psal. feria. a. Dulce lignũ, dulces clauos, dulce põdus sustinuit: que meruit portare p̃ciũ huius secli alla. psal. fer. Capim.

Mihi aut absit gloriari nisi i cruce dñi nostri Jesu christi: per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. R. O crux viride lignum quia super te pependit saluator rex israel: o quã dulce lignũ, quam dulces clauos, quam dulcia ferens pondera: o quam preciosum lignũ, quam preciosa gemma. Que christum meruit sustinere alleluia. V. Custodi domine gregem tuum quem redemisti per lignũ sancte crucis. Que christum meruit. Prosa.

Crux fidelis terras celis miro nectens federe.
Nos in laude tua gaude deuotos incedere.
Crux est thronus in quo bonus pastor oues redemit.
Crux fecundat, crux emundat: crux hostem interimit.
Ara crucis, lampas lucis: vera salus hominum.
Nobis pronum fac patronũ: quẽ tulisti dominum.
Salue lignum vite, dignum ferre mundi precium.
Confer isti plebi christi, crucis beneficium.

Omnes clerici ad altare cõuersi dicant Gloria patri. Alleluia. Hymnus.

Impleta sunt que concinit dauid fidelis carmine: dicendo natiõibus, regnauit a ligno deus.
Arbor decora et fulgida, ornata regis purpura: electa digno stipite, tam sancta membra tangere.
Beata cuius brachiis, precium pependit seculi, statera facta est corporis, predamq; tulit tartari.
O crux aue spes vnica: hoc inuentionis tẽpore, auge piis iustitiam, reisque dona veniam.
Te summa deus trinitas, collaudet omnis spiritus: quos per crucis

Sar. 6. D.

mysterium: saluas rege per secula. Amen. ℣. Hoc signum crucis erit in celo. ℟. Cum dominus ad iudicandum venerit. an. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorum & dominum alleluia. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui in preclara salutifere crucis inuētione passionis tue miracula suscitasti: concede vt vitalis ligni precio, eterne vite suffragia consequamur. Qui viuis.

Nulla fiat memo. de resurre. sʒ fiat solē. memoria de martyrib⁹ alexandro, euentio, et theodolo. an. Filie hierusalem. ℣⁹. Tristitia vestra. Oratio.

Presta quesum⁹ omnipotēs deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum alexandri, euentii, & theodoli natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per.

Deinde si dominica fuerit fiat memoria de do. ad vtrasque vesperas et ad matutinas. Et eat proces. ante crucem quocunqʒ die hoc festum contige. cum an. O crux gloriosa, o crux adoranda, o lignum preciosum et admirabile signum: per quod & diabolus est victus: et mundus christi sanguine redemptus alleluia. et terminetur cum alleluia. quandocunqʒ dicitur ℣⁹. Dicite in nationibus. ℟. Quia dominus regnauit a ligno alleluia. Oratio. Deus qui pro nobis filium tuū. In reuertendo dicatur de sancta maria. ℣. Sancta dei genitrix. Oratio. Gratiā tuā. Si vero post ascen. domini; vel in die ascen. hoc festum contige. tunc or. Cōcede quesumus misericors. post an. de sancta Maria dicetur loco Gratiam tuam. ¶ Ad Matuti. Inuita. Alleluia. Salue sancta crux: salue alleluia. ps. Venite. Hymnus.

Pange lingua gloriosi preliū certaminis, et super crucis tropheum dic triumphum nobilē: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

De perentis protoplasti, fraude facta condolens, quando pomi noxialis, morte morsu corruit: ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret.

Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artē falleret: et medelam ferret inde hostis vnde leserat.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris natus orbis conditor: atqʒ ventre virginali caro factus prodiit.

Gloria & honor deo vsqʒquo altissimo, vna patri filioque inclyto paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amē. Super psal. an. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mūdum alleluia. ps. Domine domin⁹ noster. Domine in virtute. Domini est terra. ℣. Hoc signum crucis erit in celo. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit. Lec. j.



Cum imperator constantinus victoriā obtineret sup gētē barbarorū: celit⁹ signo crucis sibi ostenso misit matrem suam helenā hierosolymā ad requirendum lignū scē crucis. Cūqʒ iudeos monuisset eligere q̄ nocerent legē: dixerūt. Pro qua causa hunc laborē nobis imponit regina? Iudas vnus eorum dixit. Scio

ego qz questionem ligni crucis vult facere, in quo suspēderūt iesum patres nostri. Uidete ergo vt nemo ei confiteatur. ℟. Dulce lignū dulces clauos dulce pōdꝰ sustinuit. Que digna fuit portare precium huius seculi all'a. ℣. Hoc signum crucis erit in celo: cū dominus ad iudicandum venerit. Que. Lectio scd'a.

3 Zacheus auus meus pnunciauit patri meo: et pr̄ meꝰ cū moreretur nūciauit mihi, dicens. Uide fili, cum questio ligni crucis facta fuerit in quo damnauerūt messiam qui ante nos fuerunt, manifesta illud antequam crucieris. Ego ergo dixi ei. Pater si sciebant ipsum esse christum: quare manus iniecerunt in eum? Et dixit ad me. Audi fili. Nunquam consiliatus sum cum eis: sed quia arguebat eos crucifixerunt eum, ⁊ sepultus, tertia die resurrexit. Unde et credidit frater meus stephanus: et lapidatus est. Alij dixerūt. Nos
2 nunquam talia audiuimus. ℟. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicandum venerit. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri all'a all'a. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: et ceperit iudicare seculū per ignem. Tunc manifesta erunt. Lect. iij.

Uocatiuero ad reginam que iussit eos tradi in ignem: timentes tradiderunt iudam. Cui regina ait. Ostende mihi lignum crucis. Judas dixit. Neqz locum scio: quia tūc nō eram. At illa iussit eum mitti in lacum siccum: per septem dies sine cibo manentem. Cum autem transissent septem dies: clamauit iudas de lacu dicens. Obsecro vos educite me: et ego ostendam vobis crucem christi. Tūc extractus de lacu: pergensque ad locum dixit. Domine deus si voluntas tua sit regnare filium marie, fac ab eodem loco fumum odoris aromatum ascēdere, vt ego credā in christum crucifixum. Cumqz orasset: ascendit fumus odoris aromatum de loco. Et ait iudas. In veritate o christe: tu es saluator mundi. ℟. O crux gl'iosa, o crux adoranda, o lignum preciosum et admirabile signum. Per quod ⁊ diabolus est victus: ⁊ mundus christi sanguine redēmptus All'. ℣. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Per. Gloria patri. Alleluia. ℣. Dicite in nationibus. ℟. Quia dominus regnauit a ligno alleluia. ¶ In laudibus. A'ña

Helena cōstantini mater hierosolymam 1
petiit alleluia. ps. Dn̄s regn̄. an̄. Tunc 2
precepit eos om̄es igne cremari: at illi timentes tradiderunt iudam alleluia. ps.
Jubilate. an̄. Helena sancta dixit ad iu 3
dam: comple desiderium meum ⁊ viue super terram: vt ostendas mihi qui dicitur caluarie locus: vbi abscōditum est preciosum lignum dominicū alleluia. Psalmꝰ
Deus deus meus. an̄. Orabat iudas: 4
deus deus meus ostende mihi lignum sancte crucis alleluia. ps. Benedicite om-
nia. a̅. Cum orasset iudas: commotus est 5
locus ille in quo sancta crux iacebat alleluia. ps. Laudate dominum de cel'. Capl'm. Mihi autem absit. Hymnus

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert fronde flore germine: dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet.

Sola digna tu fuisti ferre precium seculi, atque portum preparare nauta mūdo naufrago: quem sacer cruor perūxit fusus agni corpore.

Gloria et honor. V. Omnis terra ado ret. an. O crux benedicta: quia in te pepen dit saluator mundi, et in te triumphauit rex angelorum alleluia. Psalmus. Benedictus dominus. Or. Deus qui in precla. Memo. de mar. a. Lux perpetua. minor. V. Gaudete iusti. Oratio Presta quesumus. Si dnica fuerit tunc fiat memo. de do. ¶ Ad primam an. Helena constantini. ps. Deus i nomine. an. Gratias tibi. ps Quicunque. ¶ Ad tertiam. an. Tunc precepit. ps. Legem pone. Cp. Mihi autem. R. Hoc signum crucis erit in celo Alleluia alleluia. V. Cum dominus ad iudicandum venerit. V. Dicite i nationib9. ¶ Ad. vj. an. Helena sancta. ps. Defecit. Cpm.

i. Cor. i. C. Verbum crucis pereuntibus stultitia est: his autem qui salui fiunt (id est nobis) virtus dei est. R. Dicite in nationibus. Alleluia alleluia. V. Quia dominus regnauit a ligno. V. Adoramus te christe. ¶ Ad nonam. a. Cum orasset. ps. Mirabilia. Capitm.

i. cori. ij. D. Nos autem predicamus christum crucifixum: iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis iudeis atque grecis: christum dei virtutem atque sapientiam. R. Adoramus te christe et benedicimus tibi. Alleluia alleluia. V. Quia per crucem tuam redemisti mundum. V. Omnis terra adoret. ¶ Ad secundas vesperas. an. Helena constantini. psalmi feriales. Capitulum. Mihi autem absit. R. Per tuam crucem salua nos christe redemptor: qui mortem nostram moriendo destruxisti. Et vitam resurgendo reparasti. Alleluia. Vs9. Miserere nobis iesu benigne qui passus es clementer pro nobis. Et vitam. Gloria. Alleluia. Hy9. Crux fidelis. V. Omnis terra. an. O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior vniuersis: que sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: salua presentem cateruam in tuis hodie laudibus congregatam alleluia alleluia alleluia. ps. Magnificat. Oro. vt supra. Si hoc festum in sabbato contigerit: nulla fiat tunc processio ad secundas vesperas, nec vlla memoria nisi de sequenti do. tantum. Tamen si infra ascensionem domini euenerit fiat tunc memoria de ascensione. Si hoc festum in vigilia ascensionis domini euenerit ibi celebretur: et ad primas vesperas tunc de ascensione fiat solennis memoria de cruce. Si autem in die ascensionis hoc festum euenerit: differatur in crastinum: et ad secundas vesperas de ascensione fiat solennis memoria de cruce: procedendo ante crucem, cum hac antiphona. O crux gloriosa. et non dicitur antiphona O crux benedicta. propter nimiam suam breuitatem. V. Hoc signum crucis erit Oratio vt supra. In introi. chori dicitur an. de sancta maria.

¶ Sancti ioannis apostoli et euangeliste, qui ante portam latinam dictus est. tres lectiones cum regimine chori. Ad vespas super psalmos fer. an. Lux perpetua. minor. Capitm.

Qui timet deum faciet bona, et qui continens est iustitie, apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Sap. xv. D. Responsorium, hymnus, et versus de communi apostolorum paschalis temporis. an. In feruentis olei dolium missus ioannes apostolus: diuina se protegente gratia illesus exiuit alleluia. psal. Magnificat. Oratio.

Deus qui conspicis quia nos vndique mala nostra perturbant: presta quesumus, vt beati ioannis apostoli tui et euangeliste, intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum iesum chri. Ad matutinas. Inuitato. triplex. Cetera de communi apostolorum pas. temporis. Tres lectiones sine expositione euange. Lectio prima.



Hodie sancti ioannis apli et euangeliste gaudentes illum celebramus natalem: quo (sicut ecclesiastica narrat historia) ab epheso iussu domitiani romam perductus: et presente senatu ante portam latinam in olei feruentis dolium missus est. Ex quo tamen diuina se protegente gratia, tantum a dolore liber extiterit corporis, quantum alienus erat a corruptione carnis. Ideo festiuum hac ipsa die concursum fideles populi vsque hodie faciunt. L. ij.

Hic etiam beatus euangelista dum euangelium christi predicaret in asia: a prefato domitiano cesare in pathmos insulam metallo relegatur: in qua et apocalypsim scripsit. Interfecto autem a senatu domitiano: exilio solutus accessit ephesum. Ibique ob hereticorum refutandas versutias rogatus dicitur ab omnibus asie episcopis et presbyteris: quia iam in tribus euangeliorum de humanitate saluatoris habebant: vt eis de diuinitate sermonem faceret: atque ad memoriam futurorum scripta relinqueret. Maxime ad vincendam illorum heresim, qui dicebant christum ante mariam non fuisse. Lectio tertia.

Beatus apostolus quod petebatur primum se negauit facturum, sed precatoribus in prece perseuerantibus non aliter acquieuit, nisi omnes triduano ieiunio dominum in commune precarentur. Quod cum fecissent, die tertia tanta gratia sancti spiritus secundum sui nominis congruam interpretationem dicitur esse repletus, vt vsque ad contemplandam patris et filij et spiritus sancti diuinitatem mente raperetur, et de eterne vite purissimo fonte potaret, quod nobis sitientibus propinaret. Unde et euangelij eius tale est exordium. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. ℣. Ualde honorandus. In laud. an. Sancti tui domine. et cetere antiphone cum suis psal. Capitulum. Qui timet. Hymnus et ℣. de communi. an. Propter insuperabilem euangelizandi constantiam exilio relegatus: diuine visionis et allocutionis meruit crebra consolatione releuari alleluia. ps. Benedictus. Oratio vt supra. ¶ Ad primam. an. Sancti tui domine. ps. Deus in nomine tuo sal. ¶ Ad tertiam. Capitulum. Qui timet deum. ¶ Ad sextam. Capitulum.

Cibauit illum dominus pane vite et intellectus, et aqua sapientie salutaris potabit illum, et firmabitur in illo et non flectetur, et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. Sap. 15. ¶ Ad nonam. Capitulum.

In medio ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus, stolam glorie induit eum. Ubi supra. Vespere erunt de sancto ioanne de beuerlaco: om-

nia de cōmuni vnius confessoris et pontificis paschalis temporis, cum cap. et or. et lec. de communi vnius confessoris et pontificis reliq temporis: licet hic sequatur seruitiū de proprietate. Tres lectiones fiant cum regimine chori. Oratio.

Deus qui presentem diē beati Joannis confessoris tui atque pontificis migratione consecrasti, da ecclesie tue digne de eius solennitate gaudere: vt apud tuam misericordiam exemplis eius adiuuemur et meritis. Per dominum. Memoria de apostolo. āñ. Occurrit beato ioanni ab exilio reuertenti omnis populus virorum ac mulierum clamantium et dicentium: benedictus qui venit in nomine domini alleluia. Vsus. Gaudete iusti in domino. Oratio. Deus qui conspicis. vt s. Ad matu. L. j.



Beatus Joannes archiepiscopus inter confinia anglorū cum puerili adhuc pubesceret euo: theodoro Cantuariensi archiepiscopo admissus est. Qui eum omni probitatis more instruxit: atque prudentiam docuit. Lectio secunda.

Cum iam bene literis esset imbutus beatus Joannes: in eboracensi ciuitate episcopatum accepit. Cum autem quodam die i porticu sancti michaelis orationi vacaret: vnus diaconus introspiciens vidit spiritum sanctum superaltare residētē, radium solis vincentem cādore: cuius facies cremabatur sancti spiritus ardore. Quem episcopus adiurauit, precipiens ne hanc visionem q̄diu viueret patefaceret. Lect. iij.

Vixit in episcopatu triginta annis. Postea cum senex esset effect⁹ ordinato in episcopatu eboracēsis ecclesie vvilfrido presbytero suo: beuerlacum petiit: ibique in dei seruitio vitam finiuit. Cetera omnia de communi paschalis temporis. Si hoc festum vel sancti dunstani, vel sancti aldelmi in vigil. ascensionis domini eueñ. ibi celebretur. Ad primas vesperas de ascensio. non fiat de predictis sanctis mēo. in audientia. Si vero in die ascensio. domini aliquod festum istorum sanctorum contige. differatur in crastinum: et tunc ad secundas vesperas de ascē. fiat de eis memoria priuatim et cet. Si vero festum sanctorum dunstani, aldelmi, barnabe, vel richardi in festo sancte Trinitatis contigerit differatur in crastinum: et tūc fiant medie lectiones de octa. trinitatis.

Sanctorū Gordiani et Epimachi martyrum. Oratio.

Da quesumus oīpotēs deus: vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiani et Epimachi solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per d. Tres lectiones cum Inuita. dupl. fiant sine regi. chori. Lctō prima.



Ulian⁹ imperator apostata inter multos xpīanos quos publicis custodiis mācipauit: beatum ianuariū senē p̄sbyterū cōprehēsum, cuidā vicario suo gordiano nomine ad erudiendum tradidit. Lectio scd̄a.

Gordianus vero beatum ianuarium patienter audiens: cepit i chri

sto credere. Quem protinus beatus presbyter cū vxore magna nomine: ꝛ familia promiscui sexus numero quinquagintatribus: ꝛ eo amplius baptizauit. Tunc iulianus ira plenus dānauit proscriptionibus beatum ianuarium: Gordianum vero clementiano (quem vicarium eius loco dederat) tradidit. Lectio. iij.

Clementianus sedens pro tribunali fecit Gordianum vinctum sibi presentari et diu fustibus cedi: et, post capite truncari. Cuius corpus in tellurem proiectum canibus, rapuerunt christiani: et sepelierunt in cripta vbi iampridē corpus beati Epimachi spultum fuerat: miliario plus vno ab vrbe roma. Cetera de communi plurimorum martyrum paschalis temporis.

Sanctorum Nerei, et Achillei, atqꝫ pancratij martyrum. Oratio.

Semper nos domine martyrum tuorū nerei, et achillei, atque pancratij foueat (quesumus) beata solennitas: et tuo digno reddat obsequio. Per dominum nr̄m. Tres lectiones cum Inuita. dupl. sine regimine chori. Lectio prima.

Domicella virgo nobilissima neptis domitiani imperatoris duos habuit eunuchos cubicularios: nereum et achilleum: quos sanctus Petrus apostolus baptizauerat. Hecque desponsata erat cuidam illustri viro, nomine aureliano. Cunque supradicti eunuchi docuissent eam christo suo suam seruare virginitatem: aurelianus spōsus eius impetrauit a domitiano vt si sacrificare contemneret, pontiane insule subiret exiliū. Quod sibi concessum est. Lectio secunda.

Igitur cum esset ī exilio domicella et cū illa degerent nereus ꝛ achilleus, aurelianus illuc adueniens cepit animos eorꝫ primo promissionibus, deinde verberibus ꝛ flammis attentare. Cū nec sic sacrificare voluissent: capite cesi sunt. Quorꝫ corpora austius discipulus eorꝫ sepeliuit: via ardeatina a muro vrbis miliario vno ꝛ semis. Lectio tertia

Facta persecutiōe christianorum a paganis, adductus est ad diocletianum pancratius puer, cui dixit. Infantule, suadeo tibi vt recedas a cultura christianorum, ne mala morte moriaris. Pancratius dixit. Omnis terror principum tātus est apud nos: quanta pictura ista quā videmus. Iratus diocletian⁹ iussit eū duci in via aurelia, et capitalem ibi subire sententiam. Et sic cū palma martyrij migrauit ad dominū. Cuius corpus ab octauilla sublatum est noctu. Et conditū aromatibus: et dignissimis linteaminib⁹ inuolutū: sepultū est in sepulchro nouo, quarto idus maij. Cetera oīa de cōmuni plurimorꝫ mr. pas. tpis.

Sancti dunstani episcopi ꝛ confessoris in tempore paschali tres le. cum regimine chori. Oratio.

Deus qui beatū dunstanū pōtificem tuum ad regna transtulisti celestia: da nobis per gloriosa eius merita, ad gaudia transire perennia. Per. Eodem die fiat mēoria de sancta potentiana virgine ad primas vesperas et ad matu. ℟. Simile est. ℣. Diffusa est gratia. Oratio.

Concede nobis qs̄ omīpotēs deus sancte potentiane vgi-

nis tue et exultare meritis: et beneficiorū eius attolli suffragiis. Per.
Si hoc festū vel sancti aldelmi, vel sancti edmundi, vel sancti barnabe apostoli ante penteco. euene. fiant iij. lec. cum regimine chori. Cetera omnia fiant de communi sanctorū pascha. temporis. Si vero post pente. eue. fiant. ix. lec. et cetera oīa fiant de communi reliqui temporis. L. j.

Beatus dunstanus talibus parentibus ortus claruit: quales seculo exemptos inter choros cōspicere meretur angelorum. Natus vero puer dunstanus in sancte trinitatis nomine baptizatur, et postmodum literarum studiis traditus est. Cunque iam in dei seruitio adoleuisset: dorobornensi archiepiscopo aldelmo (patruo scilicet suo) accessit. In cuius moribus cum eidem archiepiscopo complacuisset: regi atelstano ab eodem est presentatus: et cum omni affectu est commendatus. Lectio secunda.

Beatus vero dustanus tempore edmundi regis filij atelstani, monachus et abbas glasconie effectus, monachorum ibi scholam primus instituit: et ita verbo et opere collaborauit. Et sicut de cereo pregnantis genitricis eius ceterorumque per totam ecclesiam cerei fuerant accensi: ita per eum ex hoc loco norma religionis monastice toto anglorum diffusa est orbe. Cunque prefato regi natus esset filius, qui in baptismate dictus est edgarus: beatus dunstanus diuinis intendens, audiuit psallentium vocem. Pax anglorum ecclesie: nati nunc pueri et nostri dunstani tempore. Quod postea rerum probauit effectus: Lectio tertia.

Quodam tempore p̄sente sancto dunstano: trabs maxima in culmē ecclesie erecta ruere cepit: multis minans interitum. Quam dunstanus dextera manu signum crucis faciens releuat. Huic etiam quadam nocte orantem diabolus in vrsi effigie aggreditur, et cambucam cui vir dei innitebatur, de manibus eius dentibus suis auferre conabatur. Sed vir dei imperterritus cābucā leuat, et horrendum monstrum cedendo insequtur. Et dum psallebat. (Exurgat deus et dissipētur inimici eius) informe fantasma euanuit. Postea rex edgarus in regni solio sublimatus: regnum in pace gubernauit, et dunstanum abbatem fecit episcopum wigorniensem. Adauctoque ei londonensis ecclesie presulatu, gemino claruit īsignitus pontificio. Post hec vero archiepiscopus dorobornēsis omnium cōsensu effectus est. Hic etiam beatus dunstanus spiritum sanctum in specie columbe bis videre meruit. Et angelos dei modulantes et dicētes. (Kyrie eleisō. Christe eleison. Kyrie eleison) in laudē trinitatis audiuit. Atque citharā suā parieti adherētem, angelicis manibus resonare antiphonā. (Gaudēt in celis aīe sctōrū) solus veraciter intellexit. Vixit itaque beatus dūstanus septem regum temporibus: dieque vocationis sue imminente, ecclesiam sibi cōmissam deo cōmēdauit. Et sumpto sacramēto corporis dn̄i, inter verba orationis spiritum in manus creatoris reddidit: et in pace requieuit. Cetera de cōībus vnius cōfes. ponti. pasc. temporis.

¶ Sancti aldelmi in tpe pasch. iij. lec. cum regimine chori. Oratio.



Eus qui hodierna die, sanctũ pontificem tuũ aldelmũ ad eterna sublimasti gaudia: illi⁹ q̃sumus meritis, illuc nos tua perducat mia. Per dñm.

Eodẽ die memo. de sctõ vrbano papa et mar. ad primas vesp. i͂ paschali tẽpore, cum hac antipho Lux ppetua. maior. ℟ Gaudete iusti. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt q̃ beati vrbani martyris tui atq; põtificis natalitia colimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per dominũ nostrum.

¶ Ad matutinas. Lectio prima.

Beatissimus aldelmus splendidissimo anglorum genere oriũdus: attauis etiam regibus est editus. Siquidem pater eius nomine kenten vir deo deuotus et in seculi rebus strenuus, ƥue regis erat germanus. Hic ergo kenten natalium dignitate et morum nobilitate parem sibi sortitus est vxorẽ: de qua hãc deo acceptissimã adeptus est prolem. Cui non ociose (vt credimus) nec sine instinctu diuino: aldelmus nomen imposuit. Aldelin enim anglice, latine vetus galea interpretatur: quia galea salutis caput protectus, optimam de hoste in celum reuexit victoriam. Hic vero traditus est liberalibus studiis informandus. Ubi adeo in breui effloruit: vt doctoribus quos grecos et latinos habuit non solum equiparandus, sed etiã p̄ferendus estimaretur. Mirabant̃ doctores tã docile ingeniũ, tã memorẽ animũ. Lec. ij.

Cum igitur crescens etas adolescentiam excluderet: in meldunensi ecclesia primo monachus, deinde presbyter et abbas effectus est. Ipse exercitiis spiritualib⁹ grauiter insudabat: subiectosque ad eandem formam verbo ⁊ exemplo inuitabat. Deniq; omnia opera eius inchoabat charitas: et consummabat humilitas. Fama igitur beati aldelmi romam penetrãte: eum sergius papa literis ad se vocauit, et eũ venientem honorifice recepit: quẽ dominus cum miraculis glorificauit. Dum enim quadam die in ecclesia lateranensi missam celebrasset: casulam retro se porrexerit, ratus alicui tradere ministrorũ. Quam deficiente ministro radius solaris per fenestram irrumpens, diu in memoriam sctĩ sustinuit. Lectio tertia.

Cõtigit etiam rome vt puer ex incesta matre incertoq; p̃re editus: famã pape lederet. Quod intelligens aldelmus: puerũ viginti dierũ natum precepit exhiberi. Cui beat⁹ aldelmus precepit vt fateretur si sergius papa incesti reus haberet. Respondit infans ipsum sine crimine esse. Cũq; beatus aldelmus benedictione pape recepta, ad ƥpria reuersus in cenobio suo ecclesiã sctẽ dei genitricis ɔstrueret: trabs vna breuior aliis est inuenta. Contristatus vero sanctus ob lignorũ penuriam, solus deum orãs prosternitur: ⁊ facta oratiõe trabs mox elongata reperitur. Post hec episcopus factus est. Et post annos quatuor comple-

tos exuit hominē terrenū: deductꝰ ad paradisum manibus angelorū. Hic ad cenobiū delatus: ibidē cū digna honorificentia est tumulatus. Memoria de sancto vrbano ad matutinas in tempore paschali. aña. Lux ppetua. minor. ℣. Tristitia vestra. Oratio vt supra. Cetera omnia ad vtrasq₃ vesp. et ad matu. ⁊ ad alias horas de cōi vnius cōfes. et pontifi. Si hoc festū in octa. ascen. domini contigerit, nihil de eo fiet eo anno.

¶ Sancti augustini episcopi ⁊ cōfes. anglorū apl'i, minꝰ dupl'. in tpe pasc. iij. lec. Cp̄ Ecce sacer. Oratio.

Deus qui beatum augustinum pontificem, primū doctorem populo concessisti anglorū: eius interuentu nobis tribue veniā peccatorum, et cum ipso celestium gaudia premiorum. Per dominū.

¶ Memoria de sancto aldelmo, cū hac antiphona in tempore pascha. Lux perpetua. maior. Lectio prima.



Beatus gregorius romane sedis apostolicꝰ: anno quarto sui pontificatus misit seruū domini augustinum ⁊ alios plures cū eo monachos timentes deum, predicare verbū dei genti anglorum. Qui applicuerunt in quadam insula cātie, nomine tenedos. Rex vero hoc audiēs, iussit eos in eadem insula manere, ⁊ eis necessaria ministrari donec videret eos. Post aliquot dies rex ad insulā veniens, iussit augustinum et socios suos ad se venire. Tu aūt. Lect. ij.

Tūc illi diuina virtute prediti veniebant, pro vexillo crucem ferentes argenteam: et imaginem domini saluatoris nostri in tabula depictam. Letaniasque cantantes pro sua simul et eorum propter quos ⁊ ad quos venerāt salute eterna, deo supplicabant. Cumq₃ beatus augustinus verbum vite regi et suis predicaret: respondit rex, dicens. Pulchra quidem sunt verba et promissa que asseritis: sed quia noua sunt et incerta, non possumus in his assensum tribuere. Lectio tertia.

Uerum quia de longe huc peregrini venistis: et ea que vera et optima creditis nobis communicare desideratis: benigne vos recipimus, vobis necessaria ministrantes. Nec prohibemus quin omnes quos poteritis, deo vestro societis. Deditq₃ eis rex mansionem in ciuitate dorobornensi: in qua vigiliis et orationibus inseruientes, verbum vite quotidie predicabant. Uidens autem rex mundissimam vitam ⁊ miracula sanctorum: credens baptizatus est. Sed et omnis populus respuens gētilitatis errorē, ad deum conuersus est. Post hec augustinus ab episcopo arelatēsi iussu pape archiepiscopus anglorum ordinatus est. Ordinauitq₃ beatus augustinꝰ duos episcopos: (mellitum et iustum) ad predicandum verbum dei. Omnibusq₃ rite peractis obiit vir dei septimo caledas iunii: ⁊ in ecclesia apostolorum petri et pauli iussu et expēsis regis ethelberti constructa, honorifice sepultꝰ est. Tu aūt. In laudibꝰ antiphona. Ecce sacerd. Cetera omnia de communi vnius

confessoris et pontificis paschalis temporis. Si hoc festum in vigilia ascensionis domini euene. ibi celeb. Vespere vero fient de ascen. et solẽ. memo. de sancto augustino. Si autem in die do. eue. differatur in crastinum, ⁊ ad secũdas vespe. de ascẽ. fiat solẽ. mẽo. de sancto augustino. Si hoc festum infra hebdom. pẽte. eue. differat usq; post fes. sctẽ trini. vt in sabbato post penteco. notatur.

¶ Sãcti germani episcopi. iii. lec. fiant sine regimine chori. Orat. o ⁊ cetera de cõi vnius cõfessoris ⁊ pontificis cum his tribus lect. Lectio. i.



Beatus igitur germanus parisiorũ pontifex, territorii augustudunẽsis indigena: patre eleutherio, matre vero eusebia procreatus fuit. Cuius genitrix pro eo ꝙ hunc post alterũ intra breue spatiũ cõcepisset in vtero: mota pudore muliebri, cupiebat ante partũ infantẽ extinguere. Lec. ii. Accepta igit potione vt abortiuũ proiiceret, dum nocere sic nõ posset incubabat sup ventrẽ: vt põdere suf focaret, quẽ veneno ledere nõ valebat. Sed ad sancti preconia multa stupẽda fiebant miracula. Lect. iij. Erat nãq; in eleemosynis dandis largus: nudos pauperes vestiebat, ⁊ quicquid habere potuit in operibꝰ charitatis expẽdebat. Tãdem vero diem transitus sui ita predixit. Accersito notario scribere iubet quinto calend. iunij, quo die beatus confessor migrauit ad celum. Cetera de cõi vnius confessoris et pont...cis.

¶ Sctẽ petronille vgi. nõ mar. or.

Deus ꝗ beate petronille virginis tue animã in celestibꝰ collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorum nostrorũ nexibus solui, et ab omni semper aduersitate defendi. Per dominum nostrum.

¶ Scti nicomedis martyris. Orõ.

Deus qui nos beati nicomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propitius, vt cuius beneficia poscimꝰ, dono tue gratie consequamur. Per.

¶ Sctorũ marcel. et pe. mar. Orõ.

Deus qui nos annua sanctorum martyrũ tuorum marcellini et petri solennitate letificas, presta quesumus: vt quorũ gaudemus meritis, prouocemur exẽplis. Per dominũ nostrũ iesum christũ.

¶ Scti bonifa. so. q; eiꝰ mar. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui beato bonifacio et sociis eius palmã martyrij cont...isti: presta quesumꝰ, nobis eorum meritis indulgentiã, qui eis largiri dignatus es coronam. Per dominum.

¶ Sanctorum gildardi et medardi episcoporũ ⁊ confessorũ. Oratio.

Deus qui nobis sanctam huius diei solennitatẽ in honore sanctorum confessorum tuorum atq; pontificum medardi et gildardi cõsecrasti: adesto familie tue precibus, ⁊ dona: vt quorum festa celebramus: eorum merito et auxilio subleuemur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula.

¶ Trãslatio sancti eomuoi episcopi et confessoris in t...pore p...cha. tres lec. fiant cum regi. chori. Orõ.

Deus qui nos beati edmūdi cōfessoris tui atq; pōtificis translationem celebrare cōcedis, te suppliciter exoram⁹: vt ei⁹ meritis et precibus a vitijs ad virtutes ⁊ a carcere transferamur ad regnum. Per do. Memo. de mar. primo ⁊ feliciano. ān. Lux perpetua. maior. R⁹. Preciosa est in conspectu dñi. Oratio.

Fac nos quesum⁹ dñe sanctorum martyrū tuorum primi ⁊ feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tue dona sentiam⁹. Per dñm. Ad matutinas et ad alias horas, omnia de cōi vnius confessoris et pontificis paschal. tempor , cum. iij. lec. de communi vnius confessoris et pontific. reliqui temporis et cum oratione supradicta. Hac die ad memoriam de martyrib⁹ primo ⁊ feliciano ad matu. dicit ān. Lux perpetua. minor. R⁹. Preciosa. Oratio. Fac nos q̄sumus.

¶ Sancti barnabe apostoli in tpe pasc. iij. lec. cū regimine chori. Oro.

Ecclesiam tuam quesum⁹ domine beati barnabe apostoli tui commendet oratio: et pro ea interuentor existat, quam doctrina et passione illustrat. Per dñm. Ad matuti. inuita. triplex. Lectio prima.



Beatus barnabas, qui ⁊ ioseph: cypri⁹ genere, tertio post passionem domini anno, cū paulo apostolo ad apostolatum (vocante spiritu sancto) electus est. Qui cum esset apud iconium cum paulo apostolo, apparuit ei per visum dominus iesus christus, dicens. Constans esto barnaba credendo quoniā pro sancta deuotione qua reliquisti generationē tuam pro nomine meo: premia recipies eterna. Cumq; de iconio pertransisset antiochiam: angelica visio per noctem facta est beato paulo apostolo, dicens. Celeriter propera hierusalē: quia fratres tui valde prestolantur aduētū tuum. Quō cū beato barnabe retulisset, ait beatus barnabas. Quia voluntati dei cōtradicere nō expedit, fiat volūtas dei. Obsecro igit te vt ores pro me ad dominum: vt decertatio mea acceptabilis sit in conspectu suo. Nunc enim propero cyprum: faciem tuam (prohdolor) vltra corporaliter non visurus. Lectio secunda.

Tunc procidit barnabas ad pedes pauli, flens amare. Cui⁹ dolori paulus compatiens, ait. Noli frater flere: mysterio illud agit. Positis autem genibus orantes, et oscula sibi dantes, adinuicē vale fecerūt. Barnabas vero ascendens nauē, descendit: laodiciam decertās vt perueniret cyprum. Cum autem cyprum peruenisset, inuenit ibi simonem ⁊ aristonem seruos dei. Simon autem vrebatur febribus. Cui cū manus imposuisset beatus barnabas, ⁊ sacrū euangelium per inuocationem saluatoris domini nostri predicasset, statim febris fugata est: et a deo corroboratus apostolum secut⁹ est. Visitatis igitur et in fide confortatis parentibus suis beatus barnabas exiuit a cypro: inde paphum transiturus. Sed obuians ei malignus iudeus nomine barieu (quem beat⁹ paulus ad tempus visu priuauit) malitia motus prohibuit eū ne introiret paphū. Proinde apostol⁹ reuersus introiuit salaminā. Lec. iij.

Inuenitque apostolus in salamina synagogam iudeorum: quam ingressus cepit hortari ad fidem, et per euangelium matthei, christi gratiam introduxit. Quod videns barieu: seditione facta comprehendi fecit apostolum. Et querebant illum tradere proconsulari ciuitatis: affligentes illum multis supplicijs et varijs cruciatibus. Sed l..citi nimium ne de manibus eorum eriperetur: ligantes funem in collo eius, nocturno tempore dilaceratum a synagoga in hippodromium pertraxerunt. Post hec autem circundantes illum igne, crudeliter cremauerunt. Sicque beatus apostolus migrauit ad christum. Impij autem iudei non satiati de nece apostoli, zelo concitati tulerunt corpus eius: et in locello plumbeo recludentes, in mare precipitare disponebant. Sed iohan...s discipulus eius nocturno tempore illud conuocauit in cripta (que omnium erat habitatio ieb seorum) tertio idus iunij, vbi diu latuit. Sed tempore gelasij pape eodem apostolo reuelante, corpus eius inueniri permisit. Cetera de communi vnius apostoli pascha temporis.

Sanctorum basilidis, cyrini, naboris et nazarij martyrum. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum basilidis, cyrini, naboris, et nazarij quesumus domine natalitia votiua resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostre deuotionis accrescat. Per.

Basilii epi et confessoris. Oratio.

Deus qui beatum basilium confessorem tuum doctorem precipuum catholiceque fidei predicatorem eligere dignatus es: presta quesumus: vt ipso pro nobis intercedente, a peccatorum nostrorum mereamur exui malis: et tibi domine synceris mentibus deseruire. Per dominum.

Sanctorum viti, modesti et crescentie martyrum. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum viti et mod..ti atque crescentie quorum celebramus victorias, participemus et premiis. Per dominum.

Sctorum cyrici et iulite mar. Oratio.

Exaudi nos domine deus noster cum sanctorum tuorum cyrici et iulite matris eius tibi patrocinio supplicantes: vt quorum celebramus triumphum, possimus retinere constan..tiam. Per dominum.

Marci et marcelliani mar. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorum tuorum marci et marcelliani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per do.

Finis.

Registrum partis hyemalis.

+. A. B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. M. N. O. P.
a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p.
A. B. C. D. E. F. Omnes sunt quaterni preter p. qui est ternus, et F. qui est duernus.

¶ De horis canonicis attende diligenter.

Cum beneficiatus omnis, aut in ordinibus sacris constitutus: iuxta determinationem ecclesie teneatur dicere horas canonicas septem. Aduertat q in primis animum suum preparet: vanos cogitatus prorsus abiiciendo. Inter orandum: colloquia, risus et iocos non admisceat. Auibus, canibus, bestiis non intendat. Locum deuotioni aptum eligat, omniq; impedimento vacuum. Non gratia humane laudis accedat, sed recta et bona intentione. Intendēs dei laudem, officij satisfactionem, meriti augmentum, benefactorū suffragium.

¶ Initiēdo deniq; muniat se signo sancte crucis: premittēs orationem dominicam cum salutatione angelica, vt diuina assistat gratia qua mens in laudem dei deuotius eleuetur, ac obsequium illud creatori acceptabilius reddatur.

¶ Legamus igitur fratres charissimi canonicas horas. Integraliter, cū cordis attentione. Affectualiter, cum mentis deuotione. Intelligibiliter, cum distincta oris expressione. Venerabiliter, cum gestu corporis et anime. Congruenter, locis et horis statutis.

¶ Psallentibus nanq; (sicut sanctus dicit bernardus super cātica) dignantur admisceri angeli sancti. Ea propter eorum debemus attendere presentiam cū stamus ad orandum et psallendū: et stare cum omni reuerentia & disciplina: & hos crebrius attendere versus.

Cum domino psalles: psallendo tu tria serues.

Dirige cor sursum, profer bene, respice sensum.

Tunc orantur hore: cū corde leguntur et ore.

Auscultando cane, simul incipe, desine plane.

¶ Is profecto qui horas canonicas dicit deuote: copiosius a deo premiabit, in tribulationibus suis consolabitur, a periculis pseruabitur, gratiam dei ampliorem obtinebit et gloriam, conscientiam suam alleuiat, tributum deo soluit & debitū. Seruitus quippe clericorū est, quotidie septem horarum seruitia persoluere. Illi nimirū angeli dei erūt familiares amici & custodes: et qz illius opera erunt ex tunc a deo acceptiora, plus sibi meritoria et viuis defūctisq; vtiliora. Has deniq; orationes deus citius et libentius exaudit, q alias priuatas.

¶ Deo gratias.

¶ **Pars hiemalis**
tam de tempoꝛe ꝙ de sanctis Poꝛti-
foꝛij ad vsum insignis eccle-
sie Sarisburiensis,
finit feliciter.

Parisijs
Per Guillelmum Merlin.

